 l.si seruus 14. §.fin.D.de statulib.cap. I 3.num. I .
 l.sine 9. §.hec actio D.de publi. in rem action. cap. I 2. num. I . C num. 36:
vers. quod autem.
 l.si ut certo 5. §.sed an etiam 6. D.commod.cap. I 4.num. 29.
 l.si ut certo 5. §.si me rogaueris 13. D.commod.cap. 7.num. 45.
 l.solent 15. D.de pref.ver.cap. I .num. 25.
 l.socium 60. §. I .tum l.seq. D.pro socio cap. 7.num. 46.
 l.stigmata C.de fabricen.lib. I I .cap. I 4.num. I 0.

l.fun:

E L E N C H V S . L E G V M.

I. sunt quidam 9. alias l. saccularij §. sunt quædam D. de extraor. crimi. cap. 18. §. 2. num. 6.

I. suppellectili 3. §. fin. D. de suppelle. leg. cap. 17. nu. 62.

T

I. Thais 41. §. si intra certa D. de fidei. liber. cap. 13. nu. 2.

I. Titianus 8. D. quod cum eo qui in alie. cap. 9. num. 18.

I. Titius 8. D. de ser. export. cap. 9. num. 8.

V

I. verum 63. D. pro socio cap. 19. §. 2. num. 21.

I. verum 39. D. de furt. cap. 15. num. 5.

I. unica C. de his qui ad Statu. confu. cap. 3. num. 7. & 8.

I. unica C. Theodos. de respon. Pruden. differ. 3. num. 56.

I. unicuique 7. C. de proxii. sacro. scrini. lib. 12. differ. 2. num. 14.

I. ut gradatim 11. D. de mune. & honor. differ. 2. num. 4.

Ex Authenticis.

Auth. de Pretore Thracie in princ. & cap. 1. cap. 20. §. 1. num. 34.

Auth. de Prefide Pisidie cap. 1. cap. 20. §. 1. num. 34.

Ex Iure Canonico.

Cap. si Index laicus 12. de senten. excom. lib. 6. cap. 14. num. 10.

Cap. ad audienciam 3. de crimi. falsi cap. 14. num. 10.

Cap. cum dilecta 22. de rescrip. cap. 17. num. 70.

Cap. quia per diuersitatem §. tempus, de conces. præ. cap. 19. §. 3. num. 65.

Cap. statutum §. fin. de rescrip. in 6. cap. 19. §. 3. num. 65.

Cap. si diligenti de foro compe. cap. 20. §. 1. num. 19.

Cap. sanè 11. de offi. & potest. Iudi. deleg. cap. 20. §. 1. num. 49.

Cap. tibi qui 12. de rescrip. in 6. differ. 2. num. 26.

Can. ad hæc 89. distin. differ. 2. num. 4. 5. & 6.

Can. I. §. tria vers. veruntamen 3. quest. 7. cap. 17. num. 70.

Can. hoc ipsum 33. quest. 2. cap. 14. num. 10.

F I N I S.

DE

DE SERVIS FVGITIVIS.

TRYPHONINVS LIB. I. DISPV TATIONVM.

Fugitus est non *is*, qui solum consilium fugiendi à domino suscepit, licet id se facturum iactauerit, sed qui ipso facto fuga initium mente deduxerit, nam ē furem, adulterum, aleatorum, quanquam aliqua significatione ex animi propositione cuiusque sola quis dicere posset, ut etiam *is* qui nonnunquam alienam matrem familias corruperit, si modo eius mentis sit, ut occasione data id commissurus sit, tamen opportere eadem hac crima assumptione actu intelligi, ē ideo fugituum quoque ē erronem non secundum propositionem solam, sed cum aliquo actu intelligi constat.

FV G A M P R O E X I L I O S V M I,
Fugere Iudicem pro detrectare, fugitiuarios fugitivos per sequentes appellari pluribus ostenditur, ac exornatur. Expli catur Ulpianus in l. 4. c. 11. D. de uiria vir. cau. &c in l. 10. sent. 15. D. de prascr. ver. l. naturalis 5. 5. quod si faciam D. eqd. l. cum mota 6. C. de transac.

C A P. I.

S V M M A R I V M.

1. *Fuga sumitur pro exilio.*
2. *Hinc colligitur ratio quare Auctor ad hoc opus scribēdum mon tus fuerit.*
3. *Fugere Iudicem pro recusare, accipitur.*
4. *Ad iudicium vocati, fugam quandoque arripiebant.*
5. *Ob id antestatio inuenta, ē quid sit.*
6. *In auribus memoria sedem sitam esse veteres existimabant.*
7. *Vnde explicatur locus veteris cuiusdam Poeta.*
8. *In ius vocatus, facta antestatione, obtorso collo, nisi satisficeret, in ius rapiebatur.*
9. *Vnde Horatiū locus explicatus.*
10. *Rei fugientes sepe appellantur.*
11. *Alcibiadis dictum.*

A

i 2 F

Don Raphaelis de Vilosa

- 12 Fugitiuarij dicti ij, qui seruos fugitiuos perquirebant.
- 13 L. Fabia de plagijs seruus, qui plagium admissit prohibetur manumitti intra decem annos.
- 14 Eadem lege seruus fugitiuus, si fugitiuario eum dominus vendiderit, a nouo domino intra decem annos manumitti nequit.
- 15 Manus fugitiuarij ad Praefectum Vigilum spectat, unde Paulus insenten explicatus.
- 16 Si intra triennium à die venditionis à dominis serui agnoscuntur, ab eisdem vindicantur.
- 17 Indicia sine pramia à dominis assignabantur fugitiarijs.
- 18 Explicatur l. idem 4. § si tibi indicium, D. de cond. ob tur. can.
- 19 Pecunia non condicinur, nisi quando consumpta est.
- 20 Conditio furtiva ad solum dominum pertinet.
- 21 Reūcitur dubitandi ratio à Bartolo proposita.
- 22 Reprobatur animaduersio à Fabro in Bartolum facta.
- 23 Prosequitur explicatio d. §. si tibi. Reūcitur Fabri sententia.
- 24 Furtum dicitur si est factum inuitu domino.
- 25 Explicatur Vlpianus in l. solent 15. D. de pres. ver.
- 26 Dictio (nisi) est correctua unius contractum nominatorum.
- 27 Ex contractu, facio, ut des, non oritur actio prescriptis verbis; sed de dolo.
- 28 Cuiacij, & Fabri doctrina impugnatur.
- 29 Actiones prescriptis verbis nascuntur ad similiudinem aliorū contractuum nominatorum.
- 30 Nullus contractus nominatus reperitur similis contractui innominato, facio ut des.
- 31 Explicatur l. cum mota 6. C. de transac.
- 32 In casu d. l. solent datio praeedit in conuentione, licet praeedat factum in contractus complemento.
- 33 Conciliantur Paulus in l. naturalis 5. §. quod si faciam, D. de prescrip. ver. & Vlpianus in d. l. solent 15. eo.
- 34 Conciliatur Vlpianus in princ. cum semetipso in vers. vlt. d. l. solent 15.
- 35 Actio de dolo subsidiaria est.
- 36 Sapè tamen concurrit cum alia actione.
- 37 Proponitur Hugonis Donelli sententia.

De Seruis Fugitiuis. Cap. I.

3



Lementa in qualibet materia originem disputationis nobis præbeant † Fuga inter alias, quibus accipitur significationes (consulto cæteras omitto) pro exilio etiā sumitur. Sic in l. qui cum uno 4. S. ad tēpus, ibi, si expleto spatio fuga militem, vel ut in vulgaris, militia se dederit, D. de re milit. l. exilium 5. ibi Exilium triplex est, aut certorum locorum interdictio, aut lata fuga ut omniū locorum interdicatur prater certū locū, D. de interd. Et relega. quem textum Iacobus Cuiacius in notis ad Paulū lib. 5. senten. tit. 17. contra omnium Codicum fidem sic legit idest lata fuga, cui assentire videtur Robert. lib. 4. senten. iur. cap. 11. quasi lata fuga sit certorum locorum interdictio: videndus omnino eruditissimus pariter, & amicissimus Don Nicolaus Antonius condiscipulus olim in Salmantica Eques Ordinis Sancti Iacobi, Canonicus Hispalensis, & pro Domino nostro Hispaniarum Rege in Curia Romana Procurator generalis post hæc scripta visus, incelebri, eruditio, & uiuissima laudato opere de exilio lib. 10. cap. 10. Fugam etiam pro exilio sumit Imperator Gordianus in l. vlt. ibi: nisi tanto tempore his (honoribus) abstinerit, quanto per fugam abstinuit C. de his qui in exil. dat. vel ab ordi. mori sunt lib. 10. ubi Cuiacius tum Græcis, tum Latinis Authoribus frequentissimam esse hanc significationem scribit, quibus addo Budæum in annotationibus ad l. aut facta D. de pœnis ineptè d. l. 5. D. de inter. Et relega. mutilatam Duare. lib. 1. disput. c. 37. & Thomam Carleualium de iudicijs disput. 2. q. 7. sect. 2. num. 8 49. Exul etiam ille Ouidius plurima legenti circa institutum loca præstabit lib. 4. de Ponto, lib. 5. Trist. eleg. 13. Et lib. 1. eleg. 3. ibi.

Vtima sed iussa nox erat illa fuga,
alibiq; sæpè. Cicero quoq; lib. 3. de Orat. inquit: Non videt
flagrantem bello Italianam, non ardenter inuidia Senatum,
non sceleris nefarij princeps Ciuitatis reos, non lucretum filie,
non exilium generi, non acerbissimam Caij Marij fugam?

A 2

Dion

4

Don Raphaelis de Vilosa

2 Dion quoq; etiam lib. 45. hist. hoc idem confirmat, plura congerit erudita pariter, & antiqua D. Nicolaus Antonius de exilio lib. 1. cap. 1. usque ad 7. † Vides igitur iam huius operis iustum causam: si enim fugam pro exilio accipi consuetum, quid mirum de fugitu scribat exul?

3 Sed ut progrediamur, scire debes fugere iudicem pro recusare, & detrectare accipi apud Liuum lib. 9. Quem, inquit, meorum suppliciorum iudicem feram? Neque priuatum, neque populum fugio. Idem lib. 8. Eumq; tibi fugienti 4 Senatus iudicium iudicem fero. † At quia vocati ad iudiciū per illas antiquas formulas, In ius veni, sequere ad tribunal, in ius ambula, & similes quandoque fugam arripiebant, ut ex Plauto in Pen. didici ibi.

Sed quid ego dubito fugere hinc in malam crucem,
Priusquam obtorto collo ad Prætorem trahor?

5 † Ob id antestatio inuenta, qua testimonium his qui præsto aderant denunciabatur his verbis, licet antestari? quæ hoc significabant, licet ne vobis testibus ad hanc rem uti? Illi vbi licet respondissent, † aurē (in qua memoriæ fedem veteres collocabant, testante Seruio, memoriæ sacratam fuisse, & Plinius lib. 11. cap. 5. Est inquit, in aure ima memoria locus, quem tangentes antestabantur, & Lipsius refert apud Laurinos lapillum esse, in quo sit caput sculptum, & manus aurem atterens cum verbo Græco memorare † sicq; intelligendus vetus Poeta in Poemat. Et in Epigram. vet. dum inquit,

Garrula quid totis resonas mihi noctibus auris?

Nescio quem dicas nunc meminisse mei

His quid sit queris? resonant tibi noctibus auris

Et resonant totis Delia te loquitur.

8 aurem inquam porrigebant; qua molliter tacta, atq; adprehensa, monebantur rei gestæ memores esse. † Quo facto manu iniecta aduersarius, nisi satisdaret, in ius rapi, obtor-toq; collo ad Prætoris tribunal trahi poterat. † Quod declarat Horat. lib. 1. ser. saty. 9. — casu venit obuius illa

Aduersarius, Et quo tu, ait, turpisime, magna
Exclamans voce, Et licet antestari? Ego vero

Oppono

De Seruis Fugitiuis. Cap. I.

5

*Oppono auriculam, Rapit in ius, clamor virinque
Vnde concursus*

Explicant lato calamo , pluraq; bonarum litterarum testimonia cōgerunt Brissoni. lib. 5. de formu. Et solem. popu. Roma. ver. pagina mihi 366. Hopper. de iur. art. lib. 3. Reuard. ad II. 1. 2. abu. cap. 5.

Hac fortasse de causa , quia rei iudicium fugere soleant 10
Fugientes ab Imperatoribus appellantur in l. properandum
13. I. Et siquidem, C. de iudic. l. vli. S. ubi autem 3. C. de bon.
qua libe. l. 2. in princ. C. de iure iur. prop. calum. l. 5. C. de re-
cep. arbit. Zasius in l. 4. S. si ex conuentione n. 2. D. de re iudic.
Nicolaus Sudor. lib. 1. disput. cini. pag. 39. Bodinus lib. 3. de
Repub. cap. † Sic Alcibiades ab Atheniensibus euocatus ad
dicendam causam stultum esse, respondisse fertur, reum cui
fugere iudicium liceat querere qui in eo se defendat. Ex Plut.
in Apotheg. tradit Donel. lib. 17. comment. cap. 5. vbi Osual-
litt. B. Inde reorum proprium fugere est, vt per DD. com-
muniter in l. sciendum, D. qui satis d. coga.

Hinc fugitiuaris iuncti , qui fugituos ieruos pericquebā-
tur in l. si apud te 15. ibi non enim ambo pecuniam ego, Et fu-
gitiarius deposuimus D. de prescr. ver. l. 1. in fine, C. Theo-
dos. si vag. peta. māci. lib. 10. tit. 12. Conan. lib. 7. com. iur. cap.
15. nu. 7. apud Florum lib. 3. cap. 19. de bello seruili sic lego:
*Iaque qui per fugitiarios distrabi debuissent pratorios du-
ces profugos prelio ipsi sequebantur.* Addo Varronem lib. 3.
de re rusti. cap. 14. vbi loquens de Coclearijs inquit. *Aqua
inquam cludenda ne fugitiarius sit parandus locis,* & lib.
3. de lingua latina cap. 4. Paulus quoque in senten. docet ser-
uum à fugitiario comparatum intra decem annos manu-
mitti citra prioris domini voluntatem non posse. † Etenim
quemadmodum l. Fabia de plagijs seruus, qui plagium ad-
misit, pro quo dominus sciens pœnam luit, à domino intra
decem annos manumitti prohibetur l. lege 12. D. manumis.
l. in bello 12. S. sed si in captiuo D. de capt. Et postli. reuer. † Sic
seruus qui sui ipsius plagium fecit, fugitius videlicet, si
fugitiario eum dominus vendiderit ex eadem lege inuito
domi-

11

12

13

14

- domino à fugitiuario nouo domino manumitti intra decem annos non potest, vt ex Paulo docet Cuia.lib.21.obser. cap.11. Hotho.& Ant.Augusti.tit.de l.Fabi.de plagijs. † Fugitiuarij autem munus ad Præfectum Vigilum spectare docuit Consultus in l.vlt.in fine D.de offic.prafe.vigi. cum sæpè fugitiui noctu fugere soleant. Quo pertinet illud quod dicit Paulus lib. 1. sentent. tit. de fugiti. *Fugitiui qui à domino non agnoscuntur per officium Præfecti Vigilum distractabuntur, intra triennium venditionis agniti fugitiui emptor premium à Fisco repetere potest.* † Hoc tamen singulare est, vt si à die venditionis intra triennium à dominis agnoscantur, ab eisdem rectè vindicentur, & euictis seruis emptor aduersus Fiscum regressū habeat ad premium recuperandum; triennio autem transacto emptor vindicantes dominos remouere potest triennij præscriptione: nam alijs rebus non suis à Fisco distractis nō triennij, sed quinquenij præscriptio ex D. Marci edicto necessaria fuit, sentit Cuia.d.c.11. Sic intelliges rex in lege 25.D.de S.C.Syllania.
- 17 Assignabantur autem indicia sue præmia fugitiuarijs à dominis, vt fugitiuos, vel fures rerum suarum indicarent, quæ repeti non poterant, quia non turpe erat ea accipere, vt ait Vlpianus in l. idem 4. §. si tibi indicium D.de condic. ob turp.cau. cum is, qui accipit pecuniam ad hūc effectum nihil faciat cōtra publicam utilitatem, imò vt potius pro fit publicè, qui hoc ipso se adstringit ad indicandum, id quod nullo iure indicare tenebatur: si enim honestè, ac licitè potest quis non indicare, nō potest accipere turpiter vt indicet. Paul.lib.2.sentent.tit.31.§.ob indicium optimè D.Ioan. Bapt.Larrea in alleg.fisc.par.1.allegat.65.nu.33. † At verò prosequitur Consultus in d. §. si tibi: si à fugitiuo meo acceptis ne eum indicares, condicere tibi hoc quasi furi possim, etenim licet vindicatio, & non condicatio competere videatur, maximè cū per serui mei fugam, nec possessionem, nec dominium illius amisserim, vt cap.9. probatur, vnde nec dominus esse desini illius pecuniæ, quam vendicare, non condicere nisi casu quo consumpta sit l.si pro fure 9. §.
- 18 19

vlt.

De Seruis Fugitiis. Cap. I.

7

vlt. Et seq. D. de condic^t. furti. possum, quod voluit diuinato^re sanè Accur. hic affirmare: tamen competit condic^tio furtiua, † quæ ad solum dominum pertinet l. i. cum vulga-
ris D. de condic^t. furt. contra eum, qui à fugitivo pecuniam accipit tanquam contra furem, cum pecuniam meam me inuito contrectauerit. † Non ergo pro dubitandi ratione debebat Barto. hic proponere quod vtriusque turpitudo & dantis, & accipientis hic versaretur, cum non agatur de cōdictione ob turpem causam, ineptaque sit quæstio de danda condic^tione illi, qui pecuniam dedit, qui cum sit seruus fugitiuus, est illius omnino expers. † De qua re nec debebat in Bartolum animaduertere Anton. Faber. in ration. ad hunc tex. dum dubitandi rationes à Fabro congestæ eidem, & sa- pè alijs laborent vitijs. Nō ergo licitum erat accipere à fugitivo ne eum indicaret, imò solebat aliquoties is à quo fugerat indicij nomine præconis admonitione aliquid pro-mittere. Sic intelligendus Apuleius *Nihil supereft*, inquit, *quam tuo præconio præmium inuestigationis publicitus edi-cere*. Quod præco exequitur hic verbis. *Si quis à fuga retrahere vel occultam demonstrare poterit fugitiuam illius ancil-lam nomine illo conueniat illo loco illum predicatorum acce-pturnus tot indicij nomine*. Et saepè amissæ rei dominus edice-bat publicè per prædicatorem priuatum, aut publicum da-turum se inuentionis præmium ei qui rem amissam, vel at-tulerit, vel adduxerit. Elegans ad id Diui Augustini ser. 19. de verbis Apost. locus, quem eo libentius referto, quod Medioli-
ani cuenisse afferat. *Dicā*, inquit, *quod fecerat pauper-rimus homo, nobis apud Mediolanum cōstitutis, tam pauper ut proscholos effet Grāmatici, sed plane Christianus quam-niis ille effet Paganus, Grāmaticus melior ad velum, quam ad cathedram. Inuenit sacculum, nisi forte me numerus fal-lit, cum solidis fere ducentis. Memor legis proposuit Pyta-cium publice: reddēdum enim sciebat, sed cui redderet igno-rabat; proposuit propterea Pytacium publice. Qui solidos perdidit veniat ad locum illum, & querat hominem illum. Ille qui plangens circumquaque vagabatur, inuento, & le-*
Eto

Eto Pytacio venit ad hominem, & ne forte quereret iste alium, quas fuit inuenitor signa, interrogavit sacculis qualitatem, sigillum, solidorum etiam numerum. Et cum omnia illi fideliter respondisset, reddidit quod inuenierat. Ille autem repletus gaudio, & quarens vicem rependere tanquam decimas obtulit solidos viginti, noluit inuenitor accipere, obtulit vel decem, noluit accipere, saltem rogavit vel quinque accipere, noluit ille. Stomachabundus sacculum proiecit: nihil perdi, ait. Si non vis à me aliquid accipere, nec ego aliquid perdi, quale certamen, qualis pugna, qualis conflictus, theatrum mundus, spectator Deus, vixit tandem ille quod offerebatur accepit, continuo totum pauperibus erogavit, unum solidum in domum suam non dimisit. Hæc Augustinus. †

- 23** Tandem concludit Vlpianus in in d. §. si tibi: Sed si ipse fur indicium à me accepit vel furis, vel fugitiui socius puto condicione locum habere Anto. Faber hic voluit duo, quæ in uicem se opponunt: fatetur turpiter facere furis, vel fugitiui socium pecuniam ad furem indicandum accipientem; negat autem loqui Consultum de condicione ob turpem causam, sed solum de furtiuia. Vereor ne à vero aberret, cū supposita turpitudine necesse sit, vt per condicione illā intelligamus eam, quæ ob turpem causam cōceditur. Tum & magis vereor ne fallat Faber in concedenda condicione furtiuia, cum hoc casu furis vel fugitiui socius cōtractet pecuniam illam cum expressa voluntate ipsius domini, nō eo inuito † quod videbatur necessarium vt furtū dici posset §. furtum autem I. de oblig. qua ex delic. nasc. cum vulg. Bouadilla lib. 1. polit. cap. 14. num. 4. Ant. Gomesi. lib. 3. var. cap. 5. num. 1. & vt inquit Consultus in l. inter 46. §. recte D. de furt. Eum qui putauit se domini voluntate rem attingere non esse furem: quid enim dolo facit, qui putat dominum consensurum fuisse, siue falso id, siue verè putet? Is ergo solus fur est, concludit, qui adtractauit quod inuito domino se facere sciuit. Furis autem vel fugitiui socius scit se consente domino pecuniam illam recipere, imò credit consensurum dominum etiamsi se socium fugitiui intellexisset,

De Seruis Fugitiuis. Cap. I.

9

set, dummodo fugitiuum vel furem ei indicaret. Vbi ergo furtum? Vbi conditio furtiva? Vbi Faber?

Præbeat sibi lucem idem Vlpianus in *l. solent 15. D. de præscrip. verb.* dum non esse fures eos qui dominis fugitiuos indicant docet, nec videri illicitum quod datur, cum is qui accipit ob causam non improbam accipiat, neque conditio-
nem timere debeat. Adeo autem verum est, quod nunc, &
supra dixerat Vlpian. non esse illicitum accipere pecuniam
ad indicandum fugitiuum, vt etiamsi sola pactio intercesser-
it ob inditium, vt puta vt si indicasset, apprehensusque esset
fugitiuus certum aliquid daretur, nihilominus agere possit,
cum nuda conuentio non sit, sed in se negotium aliquod ha-
beat ex quo ciuilis actio præscriptis verbis oriri potest, nisi si
quis, & in hac specie de dolo actionem competere dicat vbi
dolus aliquis arguatur. Hæc Vlpia. quæ difficultatibus non
carent: actionem enim hoc in casu esse concedendam in du-
bium non vertitur, cum non nudum pactum sit *l. iuris gentiū*
7. §. 1. cum vulg. D. de parr. sed an ciuilis, an vero de dolo cō-
trouerti potest: Et quidem licet communis interpretum opini-
o sit de dolo actionem hic competere, non autem præscrip-
ptis verbis, quasi se ipsum corrigat, & emendet Vlpianus in
vers. nisi quis t. & particula illa nisi sit correctiuia antecedentiū,
sicuti in l. si mibi 12. D. de leg. 2. t. cum ex contractu fa-
cio vt des non oriatur actio præscriptis verbis, sed de dolo l.
naturalis 5. §. quod si faciam D. de præscrip. ver. explicant ita
præter antiquos Cuia. in recitat. ad Pandec. in d. §. quod si fa-
ciam, & Ant. Faber in ratio. ad d. l. solent 15.

25

26

27

28

Cæterum si fas est tantorum Patrum doctrinam examina-
re, arduum videtur denegari hoc in casu ciuilem actionem
præscriptis verbis: imprimis quia licet verum sit ex cōtractu
facio vt des, non oriri ciuilem actionem præscriptis verbis,
quia nullum negotium ciuile tractetur *d. §. quod si faciam*,
cum nihil ab uno cōtrahente in alium transeat, quia ex par-
re illius qui dare debet, ac cui aliis fecit nihil accipitur pro-
pter quod videri possit se obligare, & ita nulla ciuilis actio
nasci ex illo negotio valeat contra eum qui postquam aliis

B

fecit

- fecit cessat dare, nec proinde aliud supersit remedium quam actio de dolo; diuersum autem sit in alijs contractibus do ut des, facio ut facias: qui enim accipit ab alio se obligat hoc ipso ad dandum ex parte sua vel faciendum quod promisit. Vel ut ait Cuius. *vbi supra* nō oritur ex contractu facio ut des
- 29 actio ciuilis præscriptis verbis, terquia actiones præscriptis verbis nascentur ad similitudinem aliorum contractuum nominatorum, vt euenit in contractu, do ut des, qui assimilatur emptioni, facio ut facias, qui similis est mandato, & do ut facias, qui æquiparatur locationi. At nullus contractus repetitur similis illi facio ut des, & ita neque actiones, cum haec non ex dissimilibus, sed in similibus solummodo dentur, facit *l. si mens. s. D. si mens. fals. mod. dix. l. si vero 64. S. penul.*
D. solut. matr. l. i. S. vlt. D. de aqua. 65 aq. plu. arcen. l. arbor. 19.
D. commu. diuid. nullum autem sit ciuale negotium quod habeat suum nomen simile huic contractui facio ut des.
- 31 Tamen in nostro casu difficile est denegare actionem præscriptis verbis, cum non debemus inspicere vni adimplenta, sed vt conuenta res fuerit, non quis in adimplendo, sed quis in conueniendo ordo seruatus sit, in adimplemento prius fuit factum, scilicet perquisitio fugitiui, in conuentione prius fuit indicium † Sic videmus in *l. cum mota 6. C. de transact.* decisum fuisse, conuentum fuit dabo partem bonorum si à lite discedas, prius discessum fuit à lite: non tamen propter hoc fuit contractus ille do ut facias, vel facio ut des, quia inspicitur quid in conuentione fuerit conuentum, hinc actio præscriptis verbis oritur. † Sic in casu nostro licet præcedat factum in contractus complemento: præcedit tamen datio in conuentione, vnde potius nominari debebat contractus iste do ut facias, ex quo tanquam similis contractui locationis oritur actio ciuilis, videor enim ipsius operas locare, quam facio ut des: indicium etenim impulit perquisitorem ad faciendum; est ergo causa facti, igitur eum præcedit, nomina idcirco contractum istum potius do ut facias, quam facio ut des.
- 34 Sed difficilior remanet per agenda via, qua ratione conciliandus

De Seruis Fugitiuis. Cap. I.

ii

ciliandus Paulus in d. §. quod si faciam cum Vlpiano in d.l. solent 15. & qua ratione ipse Vlpianus in princ. cum vers. vlt. d.l. 15. Fateor ex contractu facio ut des non posse oriri actionem praescriptis verbis ob rationem nuper traditam, quae non viget in d.l. solent, ubi cum dicat in princ. Vlpianus solere eos, qui sciunt seruos fugitiuos alicubi celari indicare eos dominis, euenit quod iam indicatio, seu perquisitio, vel factum precedit ante conuentionem, sequitur deinde conuentio ut detur indicium, vnde videtur prior datio, atque ita incipere contractum a datione, & finire in exhibitione serui: perquisitio autem illius ante conuentionem fuit: sciebat enim bene fugitiarius ubi absconditus reperiebatur fugitiuus quando dominum monuit, sequuta deinde fuit conuentio, quae potius a datione inccepit, ut fugitiarius seruum fugitiuum perquisitum iam, & inuentum exhiberet. En ergo causam quare Vlpianus hic actionem praescriptis verbis non denegat.

[†] Affirmat autem in fine d.l. solent 15. nisi si quis, ³⁵ in hac specie actionem de dolo competere dicat ubi dolus aliquis arguantur quasi dubiter utrum probato dolo competit actio de dolo ³⁶ [†] tamen licet subsidiaria sit l. 1. s. ait Prator D. de dolo: ³⁷ tam
ſæpe eam concurrere cum alia actione videmus l. item 14. §.
cum qui D. quod met. cau. l. si fideiūffor. 19. l. si seruus 20. §. vlt.
l. si legatarius 23. l. si cum mihi 34. l. si quis tabulas 35. D. de
dolo l. 1. C. eo. quoties scilicet actori per priorem actionem fa-
tis salua res non est, ut ex Iacobo Schulth practic. qu. 7. pro-
bat pluribus Osual. ad Donel. lib. 15. cap. 40. litt. bb. vel ut ibi
docet Donel. quando is, qui dolum fecit dolum negat, secus
ſi fatetur.

Nisi velis cum eodem Donel. trac. de prescrip. ver. cap. 10.
³⁸ seq. affirmare dandam actionem de dolo solam quoties de
reuocando facto agitur, quia nulla condictio facti per natu-
ram dari potest l. cum mota 6. C. de transac. dari vero actionem
praescriptis verbis solam quoties agitur ad adimplementum,
seu in id quod interest præstari ex parte altera, de quo con-
uenit.

VERBA TEX. NOSTR I I B I

Consilium fugiendi à domino suscepit obiter enodantur: Factum & animum fugitiuum constituere ostenditur. Ex quo lux Paulo in l. eum qui 18. §. at cum aliquis D. de iniur. Cælio in l. quis sit fugitiuus 17. §. 1. §. Cælius §. idem ait 9. & §. item Cælius, Viuiano, & Proculo in §. item apud 3. cum duob. seq. D. de ædili. edic. Tandem non leuis inter abductionem, & recuperationem differencia consideratur.

C A P. II.

S V M M A R I V M.

- 1 Proponitur definitio fugitiui.
- 2 Explicantur verba illa nostri tex. ibi consilium fugiendi à domino suscepit.
- 3 Fugitiuus constituitur, Ex animo fugiendi, Ex actu fuga.
- 4 Expenditur non vulgaris in hac re tex. in l. Labeo 64. §. fin. D. de adil. edic.
- 5 Factum sine animo non attenditur, Ex explicatur l. eum qui 18. §. at cum aliquis D. de iniur.
- 6 Contumelia filij est iniuria patris.
- 7 Ad officium patris pertinet in omnibus filium tueri.
- 8 Explicatur l. quis sit fugitiuus 17. §. apud Cælium D. de edil. edic.
- 9 Appellatione fugitiui in statuto non venit latitans.
- 10 Explicatur §. 1. d. l. quis sit fugitiuus 17.
- 11 Debitor vel delinquens fugiens animo deliberato reuertendi, non dici ur fugitiuus.
- 12 Reprobatur sententia Viuij extendentis supradictam doctrinam etiam ad eum qui iniustus reuertitur.
- 13 Carcerati non violenter fugientes, in breuiq; reuertentes non plectuntur tanquam fugitiui.
- 14 Qui hostem, latronem, incendium, ruinam, vel quo ad preceptoris, vel domini iracundia effruescit, fugit, non est fugitiuus.
- 15 Carceratus ad Superiorum fugiens eo quod iniuste tractaretur, aut Iudicis sauitiam, vel nequitiam timeret, non plectitur tanquam fugitiuus.

De Seruis Fugitiuis. Cap. II.

13

- 16 Arreptio itineris ad Superiorē habetur loco recursus , seu
appellationis .
17 Explicatur S. Calius cum seq. d.l. quis sit fugitiuus 17.
18 Elucidatur S. idem ait 9.d.l.
19 Proponuntur duo dubia ex S. apud Labeonem eius l.
20 Recuperatio differt ab abductione.
21 Recuperatores dicti qui inter populū , & Regem nationesq;
Civitates peregrinas de rebus priuatis reddendis co-
gnoscabant .
22 Hinc Recuperatores indices , & recuperatorium iudicium
dicebatur .
23 Abducere est per vim aliquem ē loco abstrahere .
24 Raptor dicitur abducere puellam
25 Proponitur verus intellectus S. item Calius eius d.l.



Ræhabit is iam , vt recta methodus postulat , su-
pra propositis rudimētis , fugitiuum Trypho-
ninus noster esse affirmat non eum , qui solum
cōsilium fugiendi à domino suscepit , sed qui
ipso factō fugæ initium mente deduxerit †
Quibus prioribus verbis ibi : consilium fugiendi à domino su-
cepit non id demonstrare conatur Consultus quasi ab alio
domino , quam suo fugiendi consilium suscepit , vt pleriq;
existimarunt : violenter enim ad id flectitur Consulti mens ,
sed solum docere hunc fugitiuum consilium suscepisse vt à
domino fugeret , vt rectè interpretatur ex interpretibus so-
lus Petr. Rebussus in *Commenta ad nostram legem*.

Fugitiuum ergo , & animum , & actum constituere doce-
mur à Tryphonino hic , & probat Vlpianus in l. quis sit fugi-
tiuus 17. per totā D. de ad l. edic. vbi ex Offilio Cælio , Cassio ,
Viuiano , & alijs , pluribus propositis speciebus infra recensē-
dis , id ipsum statuit , quod & tradidit Paulus lib. 1. ad Edictum
in l. bouem 43. §. 1. cum 2. seqq. D. eo. Vlpianus etiam in l. 2. D.
ad l. Fabi. de Plagia. dum l. Fabiam ad eos non pertinere af-
firmat , qui cum absentes seruos haberent eos vendiderunt :
aliud est enim , inquit , abesse aliud in fuga esse , quasi absentia
illa

1

2

3

illa factum, nō animum inducat, at fuga vtrumque comple-
 tatur, † potestque ad hoc institutum expendi tex. in l. Labeo
 64. §. fin. D. de adili. edic. vbi iumentum etiam si fugiat, aut
 erret non dicitur fugitiuum, & ita vitium animi non corpo-
 ris est esse fugitiuum l. ob qua 4. §. idem D. de adili. edic. Tenent
 hanc nostram sententiam Bald. conf. 250. nu. 8. vers. est autem
 fugitius lib. I. Et conf. 383. nu. 9. vers. Et I. videndum lib. 5.
 Socin. conf. 99. n. I. vol. 4. Franc. Purpura. in l. quicunq; n. 5 19.
 D. de officio eius, cui manda est iurisd. Iason. in l. vt vim nu. 9.
 D. de iusti. Et iur. Cacialup. de debitore suspec. quast. I. n. 1. Cota
 in memorab. ver. fugitius Cuiacius in Commen. ad tit. D. de
 verbo. signif. hac l. nostra Menoch. lib. 6. præsump. 3. n. 12. Tu-
 schus concl. 522. litt. F. Boer. decis. 215. nu. 2. † Factum enim
 sine animo nec attenditur, vt probat Paulus in l. eum qui 18.
 §. at cum aliquis D. de iniur. dum affirmat per personæ puta-
 tionem ex persona filij nō transire ad patrem iniuriā, quan-
 do iniuriā filio inferens aliquis eum esse patrem familias
 credidit: hoc ipsum enim ne trāsferatur effici per illam per-
 sonæ, quæ in eo est, qui iniuriā intulit, id est propterea quod
 patrem familias credens quem afficiebat iniuria, eius inferē-
 dæ patri animum nō habuit. Atque hoc est quod statim Pau-
 lus subiicit cum affectus iniuriā facientis in hunc tanquam
 in patrem familias consistat. Consistit autem, nec vltro pro-
 greditur hoc casu à filiofa. ad patrem † quamvis alioqui con-
 tumelia filij, patris iniuria sit (sicuti Eusebi. Emisse. homil. I.
 de symbolo memorat) quando scilicet, qui fecit iniuriā
 esse filium fa. non ignorauit, vt suo nomine pater possit iniu-
 riā agere † ad cuius officium in omnibus tueri filium per-
 tinet l. sed si unus 17. §. ait Prætor, Et §. quod inde D. de iniur.
 Hoc quidem ex Platonica Philosophia esse Maximus Tyrius
 eius imprimis sectator orat. 2. ab Stephano impres. fol. 11. præ-
 clare docet, Tertulia. quoq; lib. de anima cap. 22. (quod est in
 æditione Pameli. 40.) Et cap. 34. quos refert Petr. Faber lib.
 3. semestr. cap. 9.
 8 Vnde intelligitur Cælius relatus ab Vlpiano in d. l. quis sit
 fugitius 17. §. apud Calium D. de adili. edic. vbi proponitur
 liber-

De Seruis Fugitiuis. Cap. II.

15

libertum in ædibus Patroni eo pacto habitasse, vt sub vna clave tota habitatio clauderetur, seruus ea mente, & animo ne ad Dominum rediret, extra habitationem liberti, inter ædes tamen patroni per vnam noctem latuit, quærit Consultus an sit fugitiuus, affirmatiuè que respondet animum ipsius serui facto illi annexum introspiciens. At si illam custodiam ea habitatio non habeat, & in ea cella libertus habitauit, cui commune, & promiscuum plurium cellarum iter est, tunc non esse fugitiuum rectè asserit, vtrumque ex animi affectu deducens † Ex quo appellatione fugitiui in statuto non venire latitantem colligit Bald. in l. i. *tertia colum. C. de ædil. edic.* 9
¶ in l. i. *C. de ser. fugiti. Alexan. in l. penul. C. co.*

Facit quoque idem Cælius relatus ab Vlpiano in §. i. *eiasdem l. quis sit fugitiuus* 17. dum affirmat discessum à dominio non operari fugam, nisi ea mente vt ad dominum reuerten- dianimus nō sit, licetque postea mutato consilio reuertatur: adhuc tamen pœnitentiae locum non esse l. *qui ea mente* 65. 10
D. de furt. At contra si animo deliberato non reuertendi fu- gerit, deindeque reuertatur non diciui fugitiuus † vt de de- bitore vel delinquente adducunt Tiraquel. in l. *si vñquam pvers. suscepit liberos* nu. 179. *C. de reuocan. donatio. Curti. in l. admonendi* nu. 159. & Ripa nu. 169. *D. de iur. iur. Blanc. in tracta. de indi. E. tort.* nu. 287. Petr. de Ptolomæ. in d. *l. admonendi* nu. 79. Bertran. *conf. 61. nu. 7. E seq. vol. 2. secundum primam impres. Viuius lib. 3. decis. 509. nu. 28.* † qui frustra, & ad eum qui non sponte, sed inuitus reuertitur extendere conatur, cum ex futuro illo violento sanè regressu animum nō redeundi agnoscere possimus. 11
12

Hinc si animo redeundi fugiant non violenter qui carce- rem, breuiterque reuertantur tāquam fugitiui non plectun- tur Bald. in l. i. *C. de ser. fugit. E in l. i. C. de ædil. actio. Bertachi. in repert. ver. fugiens Paris de Puteo de sindic. ver. fuga officialis cap. 20. nu. 2. Bald. in l. i. post nu. 15. vers. quod de errone C. de ser. fugiti. Iacobus de S. Georgio in d. l. i. n. 10. Cepola in d. l. *quis sit fugitiuus. S. si quis in septimo notabili Menoch. de arbit. lib. 2. casu. 301. nu. 12. E de presump. lib. 1. q. 79. n. 44. Ma-* scar.*

scar.de probat.lib.1.concl.266.nu.21.¶ lib.2.conclus.820.nu.
 28.Farinac.de carcer.quest.30.n.148.¶ 156.Plot.de in litem
 iur.§.30.nu.3.Grammat.conf.57.n.1.in fine Boer.decis.215.
 nu.17 qui id probat ex l.3.in fine ibi in brcui reuersa est uxor
 D.de diuor.can.vulgaris §.diuortium de paniten.distinc. 1.l.
 si quis ita 8.ibi dum uxor mea est D.de cond.¶ demos.l.nihil
 interest 26.ibi,nec enim est satis corpore domum quem redijs-
 se si mente alienus est D.de cap.¶ posth.reuer.§.panonum vers.
 in his autem. I.de rer.diuif.Corne.conf.244.voln.2.

14 Ob eandem rationem ex animi scilicet defectu non dici-
 tur fugitiuus is qui hostem , aut latronem , incendium , rui-
 namve fugeret , item nec eum qui à præceptore cuius disci-
 plinæ traditus erat aufugit , vel ab eo cui commendatus fue-
 rat , vel si sœuius cum eo agebat , ita temen vt ad dominum.
 reuersus fuerit , nec is qui domi latuit quoisque iracundia
 domini eferuesceret , vel cum animaduerteret dominum.
 velle eum verberibus afficere proripuisset adamicum quem
 ad præcandum perduceret (cuius meminit Terentius in
Phor.)

15 Nunc ad deprecatorem abeam qui mihi sic oret)
 vt ex Viuliano , & Proculo probat Vlpian. in §. item apud 3.
 cum 2.seq.d l.quis sit fugitiuus 17. † Et de carcerato ad Supe-
 riorem fugiente eo quod iniuste tractaretur vel Iudicis sœui-
 tiam, aut nequitiam timeret vt non sit tanquā fugitiuus ple-
 ñendus tractant Paris de Puteo tract.de sindic. ver.fuga offi-
 cialis cap.2.nu.4. Hostiens.in cap.vt debitus extra de appell.
 Cæpola in d.l.quis sit fugitiuus 17. in princ.nu.21. Mascar.de
 probatio.lib.2.conclus.820.nu.13. Boffius de carce.fideiuf.com-
 mitt.nu.46. Boer.d.decis.215.nu.28. alijque relati à Farinac.
 lib.1.de carce.¶ carcer.quest.30.nu.171. & de indic.¶ tort.
 quest.48.nu.57. Giurba conf. crim.60. nu.4. & de Monacho
 aufugiente ad Superiorem tradit Anton. Ricciullus tract. de
 iure perso.extra Eccl.gre.existentium lib.8.cap.2.n.24. † Ar-
 reptio siquidem itineris ad Superiorem habetur loco recur-
 sus, seu appellationis l.sed si per Prætorem 26. §.fin.vbi Bal.D.
 ex quib.caū.maio.Boer.vbi proximè, quod & in Cathalonia
 Patria

De Seruis Fugitiuis. Cap. II.

17

Patria Principi suo vero, & naturali ingrata, obtinuit, ut quotidiè experiebamur.

Exin etiam patet ratio quare Cælius Consultus affirmauerit in §. *Cælius eiusdem l. quis sit fugitiuus* 17. quod si seruus emptus in Tyberim se deiecerit, vel de ponte se præcipita uerit, moriendiq; consilio suscepto, à domino discesserit, fugitiuus non est, secus si fugæ consilium prius habuit, deinde eo mutato se præcipita uerit vel deiecerit, cum enim in hac specie ad fugam paratus animus insit, hinc tunc verum effici fugitiuum affirmat. Sic etiam si seruus fugiens Vicarium secum adduxerit, si Vicarius inuitus, ac imprudens fecutus est, nec occasionem redeundi prætermiserit in fugitiuorum pœnas non incidit ob animi defectum, ut ex eodem Cælio restatur Vlpianus in §. seq.

Neque ab hac sententia discedendum etiamsi ex eodem Consulto obijciatur quod in §. *idem ait 9.* sequitur, videlicet eum qui currere coepit si dominum sequentem euadere nequeat non esse fugitiuum: nam ibi licet animus adsit, deest tamen primatio servi in domino, cuius eo affequuto nūquam ab illius aspectu recessisse videatur arg. *l. naturalem* 5. *D. de adquir. rer. domi. §. pauonum I. de rer. dini.*

Labeo quoque, quam exornamus sententiam, approbat in §. *apud Labeonem eiusdem legis*, dum de seruo in asylum confugiente, aut quo solent venire, qui se venales postulant se conferente non esse fugitiuum affirmat. De primo quia ad Cæsaris statuam confugiens non habet fugiendi animum. De secundo quia qui facit quod publicè licere arbitratur fugitiui pœnis non sit plectendus. Vtraque tamen ratio oppugnari potest ex traditis ab Vlpiano ib §. *item Cælius seq. dum* affirmat eū qui se cōtulerit ubi à domino recuperari nequeat fugitiuum esse, multoq; magis illum qui eo se conferat vnde abduci non possit, quasi discrimen inter recuperari, & abduci constituatur, & quod magis est opponatur proximè dictis fugitiuum scilicet non esse eum, qui ad Principum statuas confugit à quibus abstrahi non posse incomperito est.

Primo occurreret dubio si recuperationem ab abductione

C

sepa-

20

- separes: recuperatio enim, vt notauit *Ælius Gallus apud Festum*, est cum inter populum, Regem, nationesq; & Ciuitates peregrinas de rebus priuatis reddendis, recipiendisque cognoscebant. † Inde recuperatores primum dicti sunt, qui inter populum Romanum, & Ciuitates peregrinas de rebus priuatis reddendis, recipiendisque cognoscebant, vt refert Schar. in *Lexicon*, & Hotho. *de ver. iur. ver. Recuperatores.*
- 21 † Hinc recuperatores iudices, recuperatoriumq; iudicium, de quibus plura petes à mox laudatis, quibus addo Corras. lib. 3. miscel. cap. 18. nu. 6. Cuia. in *commenta seu recitat. ad l. certi conditio 9. D. de reb. cred.* & plenè disputantem Osualdurn ad Donel. lib. 17. comment. cap. 21. litt. F.
- 22 At abducere proprie est per vim aliquem è loco abstrahere.
- 23 *l. item 15. §. abduxisse D. de iniur.* † Vnde abducere puellam dicitur raptor in *l. 1. C. Theodosi. de rap. virgi.* Dion. lib. 58. histor. Virgil. lib. 10. *Eneid. Matrum gremijs abducere pactus.* Valer. Flac. lib. 7. Argona. Apulei. lib. 4. de asino aur. D. Ambros. Epist. 65. lib. 8. Cicero orat. pro Flaco Valer. Maxi. lib. 9. cap. 1. Seneca lib. 1. de benefit. Sucto. in Augus. cap. 67. & in Caligu. cap. 20. Cuia. in *commenta. ad l. si quis 46. D. de contr. emp.* plura congerit Brissoni. *de verbo. signif. lib. 1. ver. abducere.*
- 24 Hinc nunc liquet ratio quare afferat Consultus in d. §. item *Calius* multo magis fugitiuum eum esse, qui ibi vnde abduci non possit, quam vnde recuperari nequeat se cōtulerit: licet enim nunc ius recuperandi non competit, forsitan deinceps competet ea pactione cum vicinis Ciuitatibus inita. At collato seruo in locum à quo abduci nequit à fortiori fugitiuus appellandus, cum non pactione aliqua, sed solum vi ab eo loco abstrahi possit. Vel vt ait Gotofre. in d. §. item *Calius.* Priore casu tibi fugitiuus est, altero, & tibi, & tuæ Ciuitati.

De Seruis Fugitiuis. Cap: III.

19

PLVRA DE STATVARVM, AC ASYLORVM
immunitate obseruantur. Ex quo secunda difficultas ex §. item
Celsius supra proposita, explicata manet, verusque sensus *ad d.*
§. apud Labeonem proponitur.

C A P. III.

S V M M A R I V M.

- 1 Statuarum immunitatis origo, & qua de causa fuerit iniuria.
- 2 Amplior immunitas Statua Nini, quam Assyrophenis.
- 3 Quanam barum fuerit prior.
- 4 Ad statuas confugiens extrahi sine piaculo non licebat.
- 5 Et ex eis profugi, iniuriam alijs aliquoties inferebant.
- 6 Ea immunitate gaudebat etiam imaginem Tyberij secum ferens.
- 7 Ob statuarum multitudinem, & frequentem imaginum delationem S. C. prohibitum fuit ne quis in alterius iniuriam ad statuas confugeret.
- 8 Explicatur l. unica C. de hic, quis ad stat. confug.
- 9 Frequentiores serui, quam liberi homines ad statuas confugendum, hinc Tacitus, & quodam vetus inscriptio explicata.
- 10 Eadem assylorum, qua statuarum immunitas.
- 11 Eorum origo.
- 12 Primum assylum fuit Cadmi, unde rotatus Polydorus Virgilius.
- 13 Aram, qua Athenis à filijs, & nepotibus Herculis ad propriam suendam vitam erecta fuit, sive eam cuius meminit D. Paulus Actor. 17. plures existimant.
- 14 Eorum sententia reiçitur.
- 15 Duo assyla fuerunt ante illud filiorum Herculis
- 16 Romulus assylum apperuit.
- 17 Assylorum immunitatis materia remissiore.
- 18 Suetonij, & Taciti diuersa sententiae proponuntur.
- 19 Iusti Lypsi, & Patris Gambacurte ad eos conciliando sensus.
- 20 Actoris super hac re opinio ex alio eiusdem Taciti loco defumpta.
- 21 Homines sacrosancti, veluti Tribuni plebis, appellabantur assyli.

C 2

22 Criz.

- 22 Crimen *Lesa Maiestatis* erat latere Tribunum, aut illum priuati loco habere, aut in via occurrenti de via non cedere.
- 23 Flaminis *Dialis* autoritas eadem qua *Affyli*.
- 24 Virgines *Vestales* obuiam euntes damnato dum ad suppli-
cium duceretur, ex earum aspectu liberabatur à pæna.
- 25 *Affyorum* materia remissiū.
- 26 Conciliatur S. apud *Labeonem* cum S. item *Calius d.l. quis*
sit fugitiuus.
- 27 Crebriores quarela seruorū in dominos, ob quas ad statuas
confugiebant, numerantur.
- 28 Explicatur d.S. apud *Labeonem*
- 29 Serui iure gentium facti qui sint.
- 30 Serui iure ciuili quomodo fiant.
- 31 Nemo nuda voluntate, nec professione fieri potest seruus.
- 32 Neque conuentionibus, aut priuatis pactis.
- 33 Nec confessione, vel scriptura.
- 34 Fit iure ciuili quis seruus ex potestate legis in pænam deli-
cti quod committit se ipsum vendendo.
- 35 Venditio libertatis apud diuersas inualuit gentes.
- 36 Requisita, ut quis fiat seruus ratione pretij participationis
remissiū.
- 37 Emens ignorare debet libertatem eius, qui emitur.
- 38 Expenditur d.S. apud *Labeonem*.
- 39 *Tuscus* vicus appellabatur ubi liberi homines se venales
postulabant.
- 40 *Goihofredus* appellat catastam locum illum
- 41 Varia significationes catastae remissiū.
- 42 Verus sensus ad d.S. apud *Labeonē* proponitur ex *Oswaldo*.



T secundum quod ex S. item *Calius d.l. quis sit fugitiuus*, diluamus dubium, aliqua imprimis legenti non iniucunda circa statuarum, affylo-
rumque immunitates præmittere oportet, ex quorum cognitione *Labeonis*, & *Cælij* consensus omnino pender.

Sta-

De Seruis Fugitiuis. Cap. III.

21

Statuarum igitur immunitas (si à longinquo, & primæuo principio rem quærimus) ab Assyrophene Ægyptiorū Principe originem traxit: is enim ob immaturam vniç filij mortem eius imaginem ad viuum expressam commodo domus loco reposuit, vt sic orbitati remedium, ac solamen solitudini præstaret, cuius aspectu, directo ad illam colloquio, oblectebatur, quod conspicati serui, vt domino grati magis fierent, eiusque gratiam maiorem quotidiè inirent, eidē simulachro, modo detecto capite adstabant, modo flores spargebant, modo coronas plectebant, cumque placatiorem sic dominum reddi cernerent, non dubitauerunt in dominum peccantes ad illam statuam configere, à qua eos abstrahere, ne filium læderet, vtq; maior illi exhiberetur cultus, non audebat Assyrophenes. Tradit Fulgent. lib. I. *Mytholog.* ex *Diophante*, S. Bernardin. *Seren. sermo. 10. in Dominic. 4. Quadrag. art. I. cap. I. Abulensis 2. par. comment. cap. 20. lib. Iosue quæst. 20.* † Amplior tamen immunitas fuit cōcessa à Nino Assyriorū primo Rege mortui Belli patris statuæ † de quarum prioritate vide latè pertractantem Patrem Petrum Gambacurtam Societatis Iesu lib. I. *de immunit. Ecclesiast. cap. 6. nu. 8.*

Ad has igitur configuentes statuas exin extrahi sine piaculo non licebat l. 2. *D. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. I. S. I. D. de offic. Praeſe. rr. l. capitaliū 20. S. ad statuas D. de panis l. in eum 5. D. de extraor. crimi. l. unica C. de his qui ad stat. confu. S. sed ♂ maior I. de his qui sunt sui.* Suetoni. in *Tiberio c. 53.* Nouissime, inquit, calumniatus modo ad exercitum configere velle Pandatariam relegauit Plinius lib. 10. *Epist. 195. ad Traian.* Miles qui est in statione Nicomedensi scripsit mihi, quendam nomine Callidromum cum detineretur à Maximo, ♂ Dionysio pistoribus, quibus operas suas locauerat, ad tuam statuam configisse. Seneca de clemen. lib. I. cap. 18. Seruis ad statuam licet configere, cum in seruum omnia liceant est aliquid quod in hominem licere commune ius animatum vetet, quia eiusdem naturæ est cuius tu.

Res autem eo euasit, vt non periculū solum fugæ imago Imperatoris esset, sed calumniæ occasio, ea arrepta nō solum iniu-

1

2
3

4

5

iniuriam vitare; verum inferre licebat. Sic ex Tacito lib. 3. annal. colligo: *Incedebat, inquit, deterrima cuique licentia impune proba, & inuidiam in bonos excitandi armepita imaginē Cæsarīs.* Extat apud eundem Tacitum dicto lib. 3. pulcherrima C. Cestij in hac re dissertatio. *Igitur C. Cestius Senator differuit Principes quidem instar Deorum esse, sed neq; à Dijs nisi iustas supplicum preces audiri, neq; quenquam in Capitolum, aliave Vrbis templa perfugere, ut eo subsidio ad flagitia utatur. Abolitas leges, & funditus euersas ubi in foro, in limine Curia ab Annia Rusilla, quam fraudis sub Iudice damna uisse probra sibi, & mina intendantur, neque ipse audeat ius experiri ob effigiem Imperatoris oppositam* † Neque Philostratus hic prætermittendus qui lib. 1. de vita Apolonij ait: *Erat apud Aspendios asylum Tiberij statuaeque sanctiores illis in locis, venerabilioresque quam Iouis Olympij simulachrum habebantur, ita ut impietatis damnatus quidam fuerit quod serum suum verberasset, qui drachmam argenteam Tiberij imagine signatam gestabat.*

7 At cum improbi passim homines, & serui imaginibus Cæsarum sine causa perlatis, statuisque adprehensis, inuidiam aduersarijs concitarent, Senatus Consulto prohibitum fuit ne quis in alterius iniuriam ad statuas Principum cōfugeret, imagine sive eorum deferret, qui secus faceret in vincula publica mitteretur. *l. Senatus Consulto 38. D. de iniur. l. capitulum 28. S. ad statuas D. de panis Brisoni. lib. 3. select. cap. II.*
 8 † Facitq; maximè *l. unica C. de his qui ad stat. config. qua prudenter sancitum est, ut sicut hi qui se probauerint iustas, verasque ob causas ad statuas configuisse, tuti omnino sint, sic hi qui veras causas non probauerint, nō modo securitate careant, sed vtrices etiam pœnas luant, decidunt ita Valens, Theodosius, & Arcadius Imperatores in d. l. unica hisce verbis. Qui ad statuas vel vitandi metus, vel creanda inuidia a causa configuerint, si certas habuerint causas quibus configere ad Imperatoria simulachra debuerint, iure à legibus vindicentur, sin vero probati fuerint artibus suis inuidiam inimicis creare voluisse, vtrix in eos sententia proferatur.*

Frc-

De Seruis Fugitiuis. Cap. III.

23

9

Frequentiores autem seruorum, quam aliorum fuere ad statuas concursus, adeo ut propter eorum concurrentiū multitudinem vilescere Imperatorum statuæ viderentur: *Complebantur* (ait Tacitus *dicto lib. 3. annal.*) *templa pessimis servitorum*. Vnde ad hanc vilem turbam è suis statuis arcēdam quidam à seruo non tangi in statuarum basi scribere præcipiebant, sic in marmorea Lauinij basi refert Lipsius in *notis ad lib. 3. annal. Taciti* scriptum.

M A V O R T I O

S A C R.

H O C S I G N V M

A S E R V O T A N G I

N E F A S E S T

Nec solum ad Principum statuas confugientes, verum & in asyla se recipiētes exin extrahi nequibant † Veterem igitur fuisse morem eorum, qui nouas Vrbes conderent assyla aperire eo fine, vt per ea nouos accolas ad nouam vrbem accerserent, testatur Liuius *lib. 1. Deinde, inquit, ne vanâ urbis magnitudo effet adiicienda multitudinis causa vetere consilio condentium urbes qui obscuram, atque humilem conciendo ad se multitudinem, natam è terra sibi prolem mentiebantur: locum qui nunc septus densis inter duos lucos est, asylum apperit eo ex finitimis populis turba omnis sine discrimine liber, an seruus effet, auida nouarum rerum perfugit idque primum ad captiam magnitudinem roboris fuit* † Post supra tradita Assyrophenis, ac Nini statuarum asyla primum in orbe fuit asylum Cadmi: constructis enim Thebis initio Regni sui illud aperuit, sed id Polydorum Virgilium latuit dum *lib. 3. de invent. rer. cap. 12.* affirmat primum omniū asylum fuisse illud Atheniense quod Herculis filij, nepoteſq; eo fine aram misericordiæ nuucupatum aperuerunt, vt vitæ propriæ potius, quam alienæ cōſulerent, vt si quando ab his quos eorum pater inumeros grauissimè vexauerat ad necem quærerentur, hoc haberent tutum vitæ perfugium, eius meminit Statius *lib. 12. Thebaidos*

10

11

12

Fama

*Fama est defessos acie post busta paterni
Numinis, Herculeos sedem fundasse nepotes
Sic sacra fesse loca commune animantibus agris
Confugium*

Et ibidem

*Vrbe fuit media nulli concessa potentum
Ara Deum mitis posuit clementia sedem †*

- 13 Hancque aram fuisse eam, quæ Athenis Ignoto Deo erat dicata, attestantur relati apud Lyranū *super cap. 7. Act. Apost.* & Gerſon. *tract. 7. super Magnificat.* Ex cuius aspectu argumentum sumpsit D. Paulus Apostolus anuntiandi Atheniensibus Christum: sic enim ait *Act. 17. Præteriens simulachra vestra inueni aram in qua scriptum erat Ignoto Deo, quod ergo ignorantes colitis, hoc ego anuntio vobis.* Diuersum autem traxisse originem aram istam Ignoto Deo sacram docet Historia Ecclesiastica apud eundem Lyranum, ut refert P. Gamba curta *d.lib. 1. cap. 5.n. 12. †* At distinctam omnino fuisse hanc aram ab ea quam filij, & nepotes Herculis sacrauerant, vel ex eo liquet quod illa Ignoto Deo, hæc vero nulli, sed clementiæ, seu misericordiæ dicata fuerat. Latuit ergo Polydorum Virgilium proximè laudatū Cadmi asylo posterius ducentis prope annis fuisse Atheniense † Sed & ante hoc misericordiæ Atheniense asylum, duo alia post illud Cadmi præcesserunt vnum viuenti Herculi sacratum ad ostium Nili, quod Canopium vocabatur, alterum Dianæ Ephesinæ circa idem tempus, cuius libertatis iura ab eodem Hercule, dum Lydia potiretur aucta fuisse refert Tacitus *lib. 3. anna. †* Romulus quoque asylum aperuit inter Capitolium, & Palatium in Sacro luco; quod Quercetum dicitur, cuius meminerunt Halicarnas. *lib. 2. cap. 34.* Strabo. *lib. 5. Patri. de Reg. lib. 8. tit. 16. Inuen. Saty. 8.*

*Et tamen ut longe repetas, longeque reuoluas
Nomen, ab infami gentem deduces asylo,
Ouid. lib. 3. Faſto.*

*Romulus ut saxo lucum circumdedit alto
Quilibet buc, inquit, confuge, tutus eris.*

Vir-

De Seruis Fugitiuis. Cap. III.

25

Virgi.lib.8. Aeneid.

*Hic lucum ingentem quem Romulus acer asylum
Retulit & gelida monstrant sub rupe lupercal.*

Diuus Augustinus lib.1.de Ciuit. Dei cap.34.Romulus,inquit,
& Remus asylum constituisse perhibentur , quo quisq; confuge-
ret ab omni noxa liber esset.

Sed tamen si quis breuiter omnia scire desiderat , quæ cir-
ca asylorum immunitatem obseruauit antiquitas , adeat Ta-
citur lib.3.annal. latissimè omnia referentem , qui tamen in
fine afferit: *Factaque Senatus Consulta, quis multo cum hono-
re modus tamen præscribatur , insique ipsius in templis fa-
cere aras sacrandam ad memoriam , nev specie Religionis in
ambitionem celebarentur* † Obstat tamen Suetonius , qui in
Tiber.cap.37. inquit *Abolenit, & ius moremque asylorum, que
asquam erant*. Ex quibus apparet non certum modum tan-
tuim præscriptum fuisse , vt dicebat Tacitus, sed abolita omi-
nino fuisse asylorum iura. † Suetonium,& Tacitum vt in cō-
cordiā reducat Lipsius in notis ad anna. Tacitus ita huic adhæ-
ret, vt Tranquillum errasse , afferere non dubitauerit . Nec
magis fœliciter P.Gambacurta d. l.1. cap.17. nu. vlt. dum pro
Tacito sentiens, Suetonium secundum vulgi sermonem lo-
quutum fuisse afferit , quod mihi persuadere non possum. †
Forsitan ad cōcordiam patēbit aditus, si animaduertamus Se-
natus Consulta illa , quibus asylis certus modus præscriptus
fuit , quorū meminit Tacitus loco supra tradito *ex tertio an-
na* fuisse facta an. ab V. C. D. CCLXXV. At sequenti anno
āterum Græciæ Ciuitates , aliæque Prouinciæ Legatos mife-
runt ad ius asyli confirmandum, vel de nouo statuendum , vt
ex eodem Tacito lib. 4. annal. prompsi, ibi: *Is quoque annus
legationes Græcarum ciuitatum habuit, Samijs, Iunonis, Cois,
& Esculapij delubro vetustum asyli ius, ut firmaretur, petenti-
bus. Samij decreto Amphycionum nitebantur, queis præcipuum
fuit rerum omnium iudicium, qua tempestate Græci conditis
per Asiam urbibus ora maris potiebantur. Neque dispar apud
Coos antiquitas, & accedebat meritum ex loco: nam Ciues
Romanos templo Esculapij induxerant cum iussu Regis Mi-*

D

thri-

thridatis apud cunctas Asiae insulas, & urbes trucidarentur.
Crederem ergo dici posse hoc anno aboleuisse Tiberiū ius,
moremque Asylorum, licet antecedenti certum tātum mo-
dum eis præscripserit.

21 Sed, vt progrederiamur, ex supradictis, vt notat Budeus in no-
tis ad d. S. apud Labeonem, dicebantur asyli homines sacrosan-
cti, quos attingere sine piaculo non licebat, vt apud Roma-
nos Tribunos plebis fuisse afferit Cicero lib. 3. de legibus in-
quiens *Tribuni plebis sunt*, quos plebs cōtra vim auxiliū cau-
ſa creassit, quodque prohibessint quodque plebem rogassint
ratum esto, sanctique sunt hoc est intacti, atque asyli.

22 Nō solum autem lādere Tribunum nefas erat, sed etiam
priuati loco illum habere, aut occurrenti non cedere de via,
Lēſae Maiestatis crimen putabatur, propterea C. Buturius à
Romanis vltimo supplicio condemnatus sit, quod Tribuno
cuidam plebis in foro ambulanti, de via nō diceſſerit, quem-
admodum ex Plutar. refert Budæ. ad Pandec. ad tit. D. ad l.

23 *Iuli. Maies. Hyero.* Plattus de bono statu Religio. c. 37. † Hinc
Flaminis Dialis autoritatem tātam fuisse legimus, vt ad eum
quasi ad asylum vulgo concurreretur, qui enim ad eius pedes
accessissent, si vincī essent soluebantur, si noxij, pœna con-
donebantur † Sic etiam Virgines Vestales ita quasi Sacrosan-
ctæ habebantur, vt obuiam eunt es ei, qui ad supplicium du-
cebatur, statim liber erat † Sed plura de asylis consulto omit-
to petenda à Thucyde lib. 1. belli Peloponnesiacij, Polido. Virg.
lib. 3. de inuen. rer. cap. 12. Plutar. in Theseo, & Romu. Corras.
lib. 5. miscell. cap. 23. Alexan. ab Alexan. lib. 3. dier. genia. c. 20.
omnium latissimè P. Gambacurta ſæpe laudatus lib. 1. de im-
mun. Eccl. per totum, quibus addo præter Tacitū d. lib. 3. anna.
Didacum Couar. lib. 2. var. cap. 20. nu. 2. Anastasium Germo-
nium lib. 1. de sacro. immu. cap. 15. Petr. Gregor. lib. 33. Syntag.
cap. 21.

26 Quibus sic præhabitatis, supereſt nūc vt Labeonis, & Cælij
inuicem pugnantes ſententias in concordiam reducamus.
Affirmat Labeo ſeruum in asylum, vel Principis ſtatuum cō-
fugientem fugitiuum non esse. Aiferit Cælius ſeruum fe-

con-

De Seruis Fugitiuis. Cap. III.

27

conferentem vbi recuperari , vel abduci nequit, fugitiuum esse. Et merito: hi enim qui ad statuas vel asyla confugiebant liberam facultatem legibus concessam habebant iustam cōtra dominos proponendi querelām , iudicesq; assignabantur qui de huiusmodi seruorum querelis cognoscerent l.2. D. de his qui sunt sui, vel alien. iur. vbi in rescripto ad Aelium Martianum Baeticæ Proconsulem misso dicitur : ideoque cognosce de querelis eorum, qui ex familia Iulij Sabini ad statuam con fugerunt S. vlt. I. co.l.1. ibi seruos , qui ad statuas confugiunt de dominis querentes audiet D. de offic. prae. urb. l. unica. C. de his qui ad stat. confu. l. capitalium 28. §. ad statuas D. de panis.

† Crebriores autem querelæ, quas aduersus dominos proponebant serui erant quod ab eis male tractarentur , quod nimis crudeliter vapularentur, quod neque necessaria alimenta eis subministrarentur , ad peccandumque quandoque eis abuterentur d.l. 2. D. de his qui sunt sui . Excipe ab his seruos domi Sinesij, de quibus scribit ipse Sinesius Epist. 145. fugisse nunquam vllum ex seruis paternis, vel quos ipse habuerit, quia nimirum institutione adeo liberali' eos régeret , eoque honoris vultu, vt ipsum quasi electum quendam Magistratū amarent magis , quam timerent , vt tradit Antonius Mornaciis in obser. ad DD.lib. 21. tit. 1. ad l. quis sit fugitiuus 17. D. de adil. edic. Supradictas autem querelas si postea iustas probabant, liberè & impune proponere eis permittebatur , sin autem in ipsis succumbebant, puniendo veniebant. At in seruo qui eo se cōtulit vnde recuperari , vel abduci nequit, prædicta non procedunt, nec aliqua ratione eius domino consultum videtur ; nihil ergo mirum scribat Cælius eum fugitiuum esse.

Supereft nunc vt vltimam ex d. S. apud Labeonem non leuem, nec vulgarem proponamus , expendamusque difficultatem, vtque eam radicitus euellamus, ad iuris primordia ex quibus oritur recurrentum erit : certum enim est seruos aut iure gentium, aut iure ciuili fieri † Iure gentium sunt, qui ex ancillis nostris nascuntur, aut ab hostibus capiuntur l.5. D. de stat.homi. §. serui autem I. de iur. person. † Iure ciuili fiunt serui

27

28

29

30

D 2

homi-

homines illi, qui ita abiecti, degeneres, & viles sunt, vt Imperatorū verbis utr in l. quisquis C. de postul. vt pecuniae cupiditate allecti pretiosius, quo humanum fruitur genus, libertatem scilicet vendant d. l. s. i. D. de stat. homi. l. si ex causa 9. s. Papinianus ait D. de minor. l. si quis o. s. irritum D. de iniur. rup. non quod voluntas semet vendentis causa sit amittendi libertatem † nemo enim nuda volūtate fit se fuus, nec etiam professione l. parentes 22. l. liberos 39. C. de liber. cau. † neque conuentionibus, aut priuatis pactis potest quis mutata conditione alterius seruus fieri l. conuentio 37. d. l. liberos C. de liber. cau. † neque præiudicium libertati fieri potest confessione, vel scriptura qua liber homo se esse seruum profiteretur l. nec si volens 7. l. interrogatam 14. l. parentes 22. l. Arrianus 27. d. l. liberos C. de liber. cau. l. non nudis C. de probat. l. ingenuam C. de inge. manu. dummodo alias de libertate constet l. iubemus 41. C. de libe. cau. non potest enim conuentionibus seruus fieri, cum sui ipsius quis dominus non sit l. liber homo 13. D. ad l. Aquilam, imò liberum corpus æstimationem non recipiat l. i. s. sed cum liber. l. fin. D. de his qui esfude. vel deyece. Martinus Magerus de aduoca. arma. cap. 9. nu. 276. † fit autem seruus ex legis potestate in poenam delicti, improbiq; facti vt docet Anto. Faber. in Iurispr. papi. lib. 1. tit. 3. princi. 2. illa. 1. Et princi. 3. illa. 3. † Huiusmodi autem libertatis venditio apud diuersas inualuit gentes, apud Gallos narrat Cæsar lib. 6. de bello galli. Plerique inquit, cum aut are alieno, aut magnitudine tributorum, aut iniuria potentiorum premuntur, se se in seruitutem dedunt nobilibus: in hos eadem omnia fere sunt iura, qua dominis in seruos. Apud Germanos obseruo ex C. Tacito de mori. Germa. Aliam quod mirere, (ait) sobrij inter se exercent tanta lucrandi, perdendue temeritate, vt cum omnia defecerunt, extremo, ac nouissimo iactu de libertate, ac de corpore contendant. Victor voluntariam seruitutem adit, quamvis iunior, quamvis robustior alligari se, ac venire patitur. Ea est in re praua peruicacia, ipsi fidem vocant. Seruos conditionis huius per commercia tradunt, vi se quoque pudore victoria exsoluant. Tandem & apud Hunnos

De Seruis Fugitiuis. Cap. III.

29

nos morem hūc inualuisse tradit D. Ambrosius de *Tobia* cap.

11. dum ait : *Ferunt Hunnos cum sine legibus viuunt, ale & solius legibus obedire, in procintu ludere, tesseras simul & arma portare, & plures suis quam hostilibus ictibus interire, in victoria sua captiuos fieri, & spolia suorum perpeti, quæ pati ab hostibus nequiuerant* † Plura vt huiusmodi seruitutis pæna locum habeat, requiruntur requisita, quæ eleganter prosequitur, ac exornat Balthesar Gomesius de Amescua tract. de potest. in se ipsum lib. 2. cap. 17. † Sufficiat pro instituto vnum solum animaduertere, ementem scilicet ignorare debuisse libertatem eius, qui emitur l. liberis 7. §. si quis sciens l. qui sciens 33. D. de liber. cau. l. Licinius l. vlt. D. quib. ad liber. procla. non licet l. scientis C. de inge. manu. Vulteius in § serui n. 4. I. de iur. perso. Corras. ad l. 5. D. de stat. homi. Osual. ad Donel. lib. 2. comment. cap. 9. litt. O. † Quibus acriter obstat Consultus in d. §. apud Labeonem, vbi affirmat fuisse certum locum assignatum his, qui se venales postulant, vnde nunquā ignorantia in emptoribus reperiri poterat. Sic loquitur Consultus: *Apud Labeonem, & Calium quaritur, si quis in asylum con fugerit, aut eo se conserat, quo solent venire, qui se venales postulant, &c.* Ex quo constat certum locum fuisse, in quo liberi homines se venales postulabant † quem locum fuisse Tuscum vicum non obscurè ostendere videtur Plautus sic in Curculione scribens.

Sub veteribus ibi sunt qui dant, quiq; accipiunt fœnore

Pone adem Castoris ibi sunt quibus credas male

In Tusco vico ibi sunt homines qui ipsi se venditant.

Idque etiam visus est voluisse Horat. lib. 2. ser. saty. 3. his verbis.

— ac Tusci turba impia vici

Cum scurris fator, cum velabro omne macellum

Mane domum veniant —

Vbi per turbam impiam Tusci intelligi eos homines liberos qui se venditabant affirmat Reuard. lib. 2. coniect. cap. 8. quod cum non animaduertissent interpretes pessimam hanc turbam ad fœneratores retulerunt: fœneratores enim non in

Tusco

36

37

38

39

Tusco vico, sed sub veteribus frequentes erant, & assidui, vt ex Plauto probauimus.

Sed alio respiciens Gothofr. in d.S.apud *Labeonem* appellat Catastam locum istum in quo homines se veditabant, quo pacto D.Cyprianus Epist. 33. inquit ad pulpitum post catastam venire. Quem locum eleganter explicat Iacobus Pamelius dum in notis ad eum ait *Pulpitum suggestum vocat unde lectiones recitari solent coram populo; catastam vero propriè locus erat aditior in quo serui venales exponebantur ab exponendo sic Gracè vocatus*. Ad quam significationem proxime accedit Cypria. dum per catastam intelligit locum eminētiorem in quo de Martyribus sumebatur supplicium, quo & adludere videtur Romanus Martyr.apud Prudētium sic exclamans.

*Audite cuncti, clamo longe, ac prædico,
Emitto vocem de catastâ celsior*

Hocque confirmat ex eo quod asserit in Hispanijs locum in quo serui venum exponuntur similem esse locis illis æditioribus in quibus santes plectebantur, quæ in Gallijs gehenne nuncupantur. Altera etiam huius vocis *catasta* acceptio est apud eundem Prudētium dum hym. 2. Per istepb.de Lauren-
tio Martyre sic cecinit.

*Postquam vapor diutinus
Decoxit exustum latus
Vtiro è catastâ Indicem
Compellat affatus breui:
Conuerte partem corporis
Satis crematam ingiter.*

Sed de catastæ varijs significationibus, quamque ab equo distet, videndus omnino Antonius Gallonius tract. de Cru-
ciatibus SS.Martyrum cap. 3.

His tamen omissis difficultis semper redditur Cōsultus no-
ster in d.S.apud *Labeonem*: si enim certus locus liberis homi-
nibus se venundantibus constitutus erat, qua ratione poterit
ignorantia ab emptore obtendi? † Ex interpretibus solus
Osuald. difficultatem agnouit: is etenim in notis ad *Donel.*
lib.2.comment.cap.9.litt.O. tex.nostrum intelligit de his, qui
cum

De Seruis Fugitiuis. Cap. III.

31

cum iam essent serui vēdebantur, quasi his certus locus fuerit constitutus, non autem liberis hominibus; Plautum vero explicat de pueris, & scortis palam venalem formam, vt loquitur *l. si ea qua 22.C. de adul. exhibētibus.* Quasi hos eadem ratione dixerit Plautus se vendere, qua vulgo promercale corpus habere dicitur, & qua vxor mercalis vocatur in *l. mercalem 5.C. de condicē ob turp. cau.* Cui sententiæ adstipulatur ratio à Consulto adducta in *d. 5.apud Labeonem Ego,* inquit, *puto non esse eum fugitiuum, qui id facit quod publicè facere licere arbitratur,* quæ inconcinnia esset si de liberis hominibus se venundari postulantibus intelligeretur, cum id publicè non licere nemo est qui nesciat.

Sit pro coronide circa materiam hāc seruorum ad assylū, vel Ecclesiam confugentium quod *cap. 70.* in Edicto Theodorici Regis legitur in hāc verba: *Si seruus cuiuslibet nationis ad quamlibet Ecclesiam cōfugerit, statim domino veniam promittente reddatur, nec enim ultra unum diem ibidem residere precipimus.* *Qui si exire noluerit vir Religiosus Archidiaconus eiusdem Ecclesie, vel præsbyter, atq; Clerici eundem ad dominum suum exire compellant, & domino indulgentiam prastanti sine dilatione contradant.* *Quod si hoc suprascripta Religiosa persona facere forte noluerint, aliud mancipium eiusdem meriti domino dare cogantur, ita ut etiā illud mancipium quod in Ecclesia latebris commoratur, si extra Ecclesiam potuerit comprehendī, à domino protinus vindicetur.*

E X P O N V N T V R §. I T E M C Ā E L I V S,
& §. erronem 14. eiusdem l. quis sit fugitiuus 17. Plura inter erronem, & fugitiuum discrimina aperiuntur, aliqua inter emanforem, & desertorem enodantur.

C A P. IV.

S V M M A R I V M.

1 Proponitur, & exponitur species §. idem Calius 16.d.l. quis sit fugitiuus 17.

2 Ex-

- 2 Explicatur s. erronem eiusdem legis.
- 3 Erro est qui frequenter sine causa vagatur.
- 4 Stella erratica cur errores appellantur.
- 5 Fugitiuus differt ab errore quemadmodum desertor ab emansore.
- 6 Is qui reuertitur quandoque etiam habetur pro desertore, Et qui reducitur pro emansore.
- 7 Discrimen consistit in tempore.
- 8 Contempsit hoc discrimen Germanicus in l. 4. S. edicta D. de re milit.
- 9 Desertor dicitur etiam fugitiuus.
- 10 In serui venditione de corporis, Et animi vitiis cauebatur.
- 11 Seruus fugitiuus solitus semper furari.
- 12 Serui fuga deteriores reddebantur.
- 13 Vinum quod vepescit appellatur à Cicerone fugiens.
- 14 In venditione seruorum stipulationes solita furtis, noxijsq; solutum esse, fugituum, erronemue non esse, Et probatur tex singulari num. 18.
- 15 Empior tenetur probare fugisse seruum antequā emeretur.
- 16 Si deficit probatio creditur serui dicto.
- 17 Imo Et questioni subiicitur.
- 18 Explicatur elegans D. Hieronymi locus.
- 19 In permutationibus etiam similes stipulationes interponabantur.
- 20 Quas ridet Apolli. apud Philos.
- 21 De earum validitate disputat Amaya.
- 22 Interdum expesse predictae stipulationes rejiciebantur.
- 23 Serui quoruū nomine nihil venditor promittebat pileati verdebantur.
- 24 Pileus symbolum libertatis erat.
- 25 Serui capti in bello vendebantur cum corona
- 26 Transmare aduestorum pedes creta signabantur.
- 27 Manus medicamentis dealbatæ appellantur gypsatae.
- 28 Serui nudi aliquoties, ut corporis sanitas appareret, vendebantur.

De Seruis Fugitiis. Cap. IV.

33



X eodem supra exposito principio lucem accipiet Consulti responsum in d.l. quis sit fugitius 17. S. idem Cælius 16. vbi proponitur seruum à domino in Prouinciam missum, eum defunctum, & se ab illo in testamento manumissum falso, vt interpretatur Accur. audiuisse, in eodemque officio permansisse, & pro libero se gesisse, an fugitius sit dubitat Cælius, non esse decidit, cum m̄entiendo se liberum absq; fugæ consilio fugitiū se reddere nequeat, & merito: siue enim bona, siue mala fide pro libero se gesserit, nunquam tamen animum fugiendi habuit † Eodemque sensu intelligitur Vlpia. in §. erronem eiusdem l. 17. vbi cum Labeo erronem pusillum fugitiuum esse affirmaret, & è cōtra fugitiuum magnum erronem † afferit Vlpianus erronem eum esse qui nō quidem fugit, sed frequenter sine causa vagatur, & temporibus in res nugatorias consumptis, serius dominum reddit, vnde cum fugiendi animus omnino ab errore absit, hinc eum fugitiuum non esse in comperto est. Hinc Columela de re rust. lib. 7. cap. 12. Maxime, inquit, debent in custodia vigilaces conspici, nec errones, sed assidui & circumspecti, & Tibul.

*Adque iterum erronem sub tua signa voca
Sapho apud Ouidi.*

Nec vos erronem tellure admittite nostrum.
† Vnde stellæ erraticæ errores appellantur, quod Zodiacum non ambulent, sed in diuersos vagentur motus A. Gelli. lib. 3. cap. 10. & lib. 7. cap. 1. † Hinc communiter dici solet sic fugitiuum ab errore distare, quemadmodum desertorem ab emansore l. 3. S. leuius 14. D. de re milit. At nō est differentia inter emansorem, & desertorem quod hic reducatur, ille vero reuertatur † nam & qui reuertitur quandoque pro desertore habetur l. qui commeatus 14. D. de re milit. & qui reducitur pro emansore l. qui cum uno 4. S. edicta D. eo. † Discri-
men tantum est in tempore Laut facta 16. S. tempus D. de
panis l. 3. si ad diem D. de re milit. desertor siquidem pro diu-
turno tempore, emansor nō ita † Contempsit hanc differen-

E

tiam

tiam Princeps ille magnus Germanicus meliori fato dignus,
cum exercitum Romanum duceret, ut refertur in d. S. edicta.
edixit enim se habere pro desertore etiam eum qui diu ab-
fuisset, ut is, inquit, inter emanentes haberetur, ubi ut pro
quamvis accipit Cuius. lib. 6. obser. cap. 26. † Desertor vero non
solum fugitiuo comparatur, verum & fugitiuus dicitur in
d. S. tempus. Anto. Augus. lib. 3. emenda. cap. 7. Cuius. d. cap. 26.

10 Exposita inter erronem, & fugitiuum differentia, succe-
dit explicanda inter ipsos conuenientia: Etenim inferuorum
venditione non solum illæ concipiebant formulæ quibus
corporalibus vitijs innoxios prestari seruos cauebatur, verum
& quoad animi vitia caueri plerunque solebat, ne scilicet fu-
gitiui, vel errores essent l. ob qua 4. S. in summa D. de adib. edic.
Horat. lib. 2. ser. saty. 3.

— sanus utrisque
Auribus atque oculis mentem nisi litigiosus
Exciperet dominus cum venderet, &c.

Vbi vetus Interpres: Sumptum est, inquit, hoc argumentum,
à dominis mancipia vendentibus, quorum omnia vitia cogni-
tas sibi tam corporis, quam animi debeant aperire emptori, nisi
postea litigari vellent propter celatum vitium. Obseruant A.
Gellius lib. 4. noet. Attic. cap. 2. Cuius. ad l. aliud 174. D. de Ver.
signific. Anto. Gomez. lib. 2. vari. cap. 2. n. 49. Morla in Empor.
iur. tit. 9. in premis. num. 41. Donel. ad l. emptor. 14. C. de actio.
emp. & lib. 13. comment. cap. 2. &c. 3. ubi Osual. Pichar. in y.
actionum 28. quest. 16. l. de actio. † Cumque vix unquam fu-
giat seruus quin secum furto auferat rem, pecuniamue à do-
mino l. qui seruo 36. S. idem D. de furt. l. vlt. D. de fugit. l. si quis
12. C. ad l. Fabi. de plagi. & ut ait Martia.

A pedibus didiscere manus peccare proterua
Non miror furem qui fugitiuus erat.

12 † Et deteriores fere semper fuga serui redderentur † adeo ut
13 vinum quod fit deterius, hoc est illud quod vapescit appell-
letur à Cicerone lib. 3. de officijs vinum fugiens ibi: Si quis
vinum fugiens vendet sciens &c. Vbi optime vinum, & non
venenum legi debere tenet Turne. lib. 20. aduersario. cap. 13.
notauit

De Seruis Fugitiuis. Cap. IV.

35

notauit solito ingenij sui acumine magni nominis vir, hoc & omni sæculo maximus Don Nicolaus Fernandez de Castro, olim in Salmaticensi Gimnasio Præceptor, nunc in Mediolanensi Senatu Senator, & in hac Cremonensi Prouincia bellorum, ac famis turbine agitata dignissimus Prætor, Pauperum parens, Iustitiæ asylum, Lusitanorum, ob præclara in eos scripta, verè malleus, cuius olim discipulum, nunc Vicarium, & semper seruum me profiteor, in erudito ac celebri tractatu de empt. Et vendi. §. 49. num. 164. circa medium † hinc in prædictis vēditionibus stipulatio hæc vſitata, eum hominem furtis, noxijsque solutum esse, item fugitiuum erronemue non esse, vt referunt Paulus in l. 3. l. *Lucius* 11. §. vlt. Pomponius in l. *euictare* 16. §. vlt. Et l. *si emptori* 30. Vlpianus in l. *si ita quis* 31. Et in l. *quia dicitur* 32. D. *de euicti*. l. *quoties D. si fami. furt. fecis. dic. l. ex emplo.* 11. §. *uendorē D. de actio. emp. l. sed si* 31. §. *idem dicemus* 5. D. *de donat. inter uir. l. emptor* 14. C. *de acti. emp.* † Emptor vero tenebatur probare fugisse seruum antequā emeretur l. *emptorem* 4. D. *de probati.* † Etsi deficit probatio serui responsioni credebatur l. *quaro* 58. §. vlt. D. *de adil. edic.* & Paul. 2. *sent. tit.* 17. † imo & quæstioni super ea re subiicitur l. *cum probatio* 7. D. *de probati.* Merilius lib. 3. obser. cap. 30. videndus Iacobus Gothofredus de antiqua Iurisprudentia optime meritus in *comment. ad Codicem Theodosia. tit. de Ædilitijs actio.* Varro lib. 2. *de re rust.* cap. 10. Seneca lib. 4. *contro.* inquit: *Triarius dixit fugitiuum erronem non esse, si tam malum authorem habemus gener noster fugitiuus est.* Relegamus authoritatis tabulas furtis, noxaque solutis Cicero. lib. 3. *officio.* *Qui enim scire debuit de sanitate, de fuga, de furtis præstat edicto Ædilium.* † Quo respexit elegans D. Hieronymi locus in epist. ad Titum. Cum audiente uiro apprimè graui laudaretur Index quidam quod fuit non esset, refert illū dixisse. *Laudas optimum seruum si nec fugitiuus est, quod scilicet liberum hominem florere opporteat laudibus longe maioriibus, quam quibus serui collaudantur,* Et longissimè abesse à uitijs seruilibus. Quod videtur ex Appollonio Philostrati sumptum apud quem Iarchas Rex Indorum dat per quam

E 2

ineptè

14

15

16

17

18

- 19 ineptè laudem Magistratibus eandem quam venelatiarij ve-
nalibus suis, quod scilicet fures non sint † Coniunctæ itaque
erant huiusmodi stipulationes furem, fugitiuumue non esse,
vt singulariter probo ex *l. non impossibile s o. D. de pactis*, vbi
dicitur in contractu depositi, commodati, & locati posse ad-
iungi pactum illud ne scilicet depositarius, commodatarius
vel cōductor sollicitet seruum depositum, commodatum, vel
20 locatum vt sit fur, vel fugitiuus † In permutationibus quoque
similes stipulationes interponi solebant *l. 2. D. de rer. pemis.*
At has stipulationes quibus vitijs carere seruos promittere
adstringebantur stipulatores ridet Appollina. *apud Philostr.*
21 † De earum validitate disputat latè ad partes Salmanticensis
Scholæ decus insigne D. Franciscus de Amaya *lib. 2. obserua.*
cap. 3.
- 22 Interdum vero pasciscebatur venditor, vt nō adstringere-
tur præstare non fugitiuum, vt in *d. l. sed si 31. S. si vir. uxori*
D. de donat. inter vir. Plaut. in *Pers. Act. 4. sce. 4.*
- Ipse qui tabellas affert, adduxit simul
Forma expetenda liberalem mulierem
Furtiuam, aduetam ex Arabia panitissima
Eam te volo accurare, vt istic veneat
Ac suo periculo is emat, qui eam mercabitur
Mancipio neque promittet, neque quisquam dabit
Probum numeratum argentum, vt accipiat face.*
- 23 Huiusmodi autem seruos, quorū nomine venditor nihil præ-
stare adstringebatur etiamsi fugitiui, vel errores essent, pi-
leatos venum solitos ire ex Cælio Sabino I. C. tradit A. Gel-
lius *lib. 7. noct. Attic. cap. 4.* huius siquidem conditionis manci-
pijs insignia in vendendo erant, vt emptores errare, & deci-
pi non possent, neque lex vendendi operiēda esset, sed ocu-
lis iam perciperent quodnam esset mancipiorum genus. Pi-
leus ergo impositus eos seruos venundari significabat, quorū
nomine nihil venditor pollicebatur, † Forsan quia pileus
symbolum libertatis erat, Liui. *deca. 5. lib. 5. in fine*, Petr. Gre-
gor. *lib. 32. Syntag. cap. 27. n. 3.* Sic gladiatores post quinquer-
nium pileo vtebantur, quia plenam libertatem consequuti
erant,

De Seruis Fugitiuis. Cap. IV.

37

erant, pulchrè Camil. Borrel. *de magistra. edic. lib. 2. cap. 8.*

num. 76. sicque libertas venditoris significabatur + Captiuos

seruos lege belli alio signatos veniebant, corona videlicet,

vt ex A. Gellio supra, & innumeris Liuij locis probari posset.

Addo Varro. lib. 2. de re rusti. cap. 10. Cæsar lib. 3. de bello Galli.

+ Transmare autem aduectorum pedes creta denotabat Ti-

bul. supra adductus Plin. lib. 35. nat. hist. cap. 17. & 18. Ouid.

lib. 1. amo. eleg. 8.

Nec tu si quis erit capit is mercede redemptus

Despice gypsati crimen inane pedis

Iuuena. saty. lib. 1.

Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.

Vnde manus medicamentis dealbatas appellat gypsatas Ci-

cér. epist. ad Trebat. ibi *Hoc tibi tam ignoscemus nos amici,*

quam ignouerunt Mede & matronæ opulenta optimates, quibus

illa manibus gypsatis persuasit ne sibi illa uitio uerterent quod

ab efferet. à patria + Plerumque etiam nudebantur serui, vt eo

melius corporis vitia apparerent, vt ex Claud. lib. 1. ad Eutro.

Suet. in Calig. cap. 36. Senec. lib. 11. epist. 81. & alijs obseruo.

Ex quo intelligendus idem Seneca lib. 6. epist. 47. dum inquit.

Stare ante limen Calixti dominum suum uidi, & eum qui illi

impegerat titulum qui inter ridicula mancipia perduxerat

alijs intrantibus excludi.

25

26

27

28

DE SENATVS CONSVL TO SERVI FVGITIVI

venditionem prohibente latè differitur. Ex quo lux Paulo

in l. arbor 19. §. Index D. commu. divid. & Caio in l. quod

sepè 35. §. si quis amico D. de contra. empt.

C A P. V.

S V M M A R I V M.

1 *Senatus Consulto prohibitum fuit ne serui fugitiui vendarentur.*

2 *Accur. vocat illud Libonianum.*

3 *Eius sententia reiicitur.*

4 Fuit

- 4 Fuit factum Modesto Consule Senatus Consultum de fugitiis ex sententia Cuiaci.
- 5 Sed in aliam abit ipse sententiam.
- 6 Solebant Imperatores orationes in Senatu referre.
- 7 Certior sententia ex eodem Cuiacio proponitur, fuisse scilicet iunctum l. Fabia de Plagiariis.
- 8 L. Fabia de Plagi. successit l. Cornelia, & hinc explicatur Apulei.
- 9 Quare hoc Senatus Consultum l. Fabia iniunctum sit.
- 10 Fugitiuus in quadam libertatis specie reperitur.
- 11 Verior ratio proponitur quare Senatus Consultum super hac refactum.
- 12 Interpretatur Marcianus in l. fin. S. serui qui in fuga D. de public. & vectig.
- 13 Alta ratio Senatus Consulti proponitur.
- 14 Idem naturaliter non potest esse agens, & patiens.
- 15 Qui in alterius potestate est illi furtum facere nequit.
- 16 Seruus fugitiuus sui ipsis furtum facere videtur.
- 17 Expenditur l. arbor 19. S. index D. commu. diui.
- 18 Socijs communi diuidendo, cohæredibus familiae cœciscunda iudicia assignabantur ad divisionem faciendam.
- 19 Officium Arbitri quodnam erat.
- 20 Vniuersa res non singularum partes estimari in his iudiciis debent.
- 21 In hac estimatione licitatio admittitur.
- 22 Species d. S. index.
- 23 Licitatio est species venditionis.
- 24 Arbitrer nec Prator circa leges statuere potest.
- 25 Adiudicatio est legitimus modus adquirendi dominij.
- 26 Assimilatur emptioni quia utroq; casu evictio locū habet.
- 27 Resellitur Antonius Faber dum sententiam in petitorio prolatam adiudicationem appellat.
- 28 Sententia non adquiritur dominium, sed antea quesitum declaratur.
- 29 In adiudicatione solū, iudicis sententia adquiritur dominium.
- 30 Quod auctore Pratore fit, iuste factū intelligitur.

31 Ne-

De Seruis Fugitiuis. Cap. V.

39

31 *Necessitatis causa semper excepta intelligitur.*

32 *Senatus Consultum nō prohibet adiudicationem seruorum fugitiuorum.*


33 *Exornatur predicta sententia.*

34 *Explicatur l. quod sapè 35. §. si quis amico D. de cōtr. empt.*

35 *Quod procurator facit contractu in suam personam conce-
pto, non videtur dominus fecisse.*

36 *Non comparet personaliter qui per procuratorem cōparet.*

37 *Non punitur ut siccarius qui occidere mandauit, sed ut
mandans.*



Ibet iam ad institutum redire, vtque in hac ma-
teria progrediamur animaduertere Senatus Cō-
sulto cautum fuisse, vt fugitiuum vendere non
liceret l. 2. S. vlt. D. ad l. Fabi. de plag. l. in fuga 6.
C. eo l. 5. in fine C. de ser. fugit. Quo autem nomi-
ne hoc Senatus Cōsultum appellabatur, adhuc sub tenebris
inuolutum extat † Libonianum illud vocat Accur. † quod
quam falsum sit ex eo liquet, Libonianum S. C. fuerit l. Cor-
neliae de falsis iniunctum, eiusq; materiam amplectitur, quæ
quantum à fugitiuorum, de qua agitur distet nulli non patet,
adeat qui voluerit Hotho. & Anto. Augus. tractatibus de Se-
natus Consultis † Certum huius S.C. nomen nō cernitur: ap-
paret tamen ex l. i. *D. de ser. fugit.* factū fuisse Modesto Coss.
qui Collegam habuit Probum tempore Alexandri l. 9. *C. de
excusat. tut.* qui erat annus V. C. secundum Liuij computa-
tionem 980. ad idque inducitur vetus inscriptio à Cuia. in
recitat. solem. ad d. l. quod sapè 35. §. si quis amico D. de contr.
empt. † Sed nec diu idem Cuia. in eadem persistit sententia,
ibidem enim affirmat factum fuisse tempore Marci si quis
Consul. Modestus nomine sub Marco Philosopho reperi-
tur, eoque præcipue nititur fundamento quod ex l. 3. *D. de
ser. fugit.* Marcum hac de re in Senatu habuisse orationem
constat † solere autem Imperatores ante Senatus Consulta
orationes in Senatu referre l. cum hi 8. *D. de transac. l. penult.
D. ad S.C. Teriy. probant.* Sed nec hæc ad rem faciunt cum
oratio

1

2

3

4

5

6

oratio D. Marci in Senatu habita de qua in d.l. 3. *D. de ser. fugiti.* solum de facultate fugitios inquirere volentibus concessa ingrediendi, tam Cæsar is, quam Senatorum prædia, scrutari que cubilia atque vestigia occultantium differat: At quid hæc ad prohibitionem ne fugitiui vendantur attinent?

7 Arbitrabar cum eodem Cuia. lib. 17. obser. cap. 10. & lib. 21. cap. 11. iunctum fuisse hoc S. C. vna cum l. Fabia de plagiarijs: illo etenim tam emptori, quam venditori irrogatur pæna l. Fabiæ quæ fuit Sesterciorum quingentorum millium populo, vel Fisco inferendorum, vt ex Vlpiano 9. de offic. Procon. tit. ad l. Fabi. de plagi. Licinius Ruffinus refert legēdum sic *Si seruus sciente domino fecerit, dominus eius seftertijs D. millibus eodem capite punitur, & inferius: iubeturque populo seftertiū D. millia dare.* Probat id Paulus lib. 1. sentent. tit. de fugiti. his verbis *Contra decretum amplissimi ordinis fugitiuum in fuga constitutum nec emere, nec vendere permisum est irrogata pana in utrumq; seftertiū D. millium* tradit Cuia. d. cap. 11. Ampliusque hæc opinio scilicet hoc S. C. legi Fabiæ fuisse iniunctum, probari potest ex l. arbor 19. S. iudex ibi: *nec erit periculum ne ex S.C. pana. l. Fabiæ cōmittatur D. commu. diuid. tum & Imperatores Dioclet. & Maximi. in l. in fugam 6.C. ad l. Fabi. de plagi.* (vbi illius pæna cuius antea Vlpia. & Paulus meminerunt mentio fit) dum eum qui seruum fugitium donauerit, vel vendiderit in eam legem incidisse, quæ super huiusmodi delictis certam pænam Fisco inferendam statuit, declarant l. vlt. D. ad l. Fabi. de plagi. Et hanc eandem sententiam reperi post hæc scripta sequutū fuisse Petr. Fabrum omnino videndum lib. 2. semeſ. cap. 11. in fine † Hæc autem l. Fabia successit l. Corneliae de plagiarijs in eiusque locum subrogata est, nisi me fallat Apulei. lib. 8. Crimen (ait) l. Cornelie *incurram si ciuem romanum pro seruo vendidero.*

8 9 Ratio vero cui innititur dicti S.C. dispositio multiplex assignari potest, fortasse ne per causam venditionis, plagiarij, vel qui proximi plagiarijs sunt solicitatores alienorum seruorum, redemptis forte à domino seruis in Reipub. fraudem plagij

De Seruis Fugitiuis. Cap. V.

41

plagij publicum crimen eludant. In huncq; sensum inclinat glossator lib. Basili^{con} lib. 60. tit. 48. de lege *Fabia de plagiarijs.* † Vel cum fugitiuus in quadam libertatis specie reperiatur l. quis sit 17. §. idem ait D. de adil. edic. & liberi venditione plagiū committatur, sic & statutum fuit, ut fugitiui venditione contra l. Fabiam committeretur, quod refellit Cynus ad d.l. in fuga δ. dum ex l. si is 15. §. 1. D. de usucapi. probat retineri fugitiuum in potestate. † Aut si mauis S.C. ratio fuit, ut sic serui à fuga deterreantur si nec impunè recipi se, vel celari à quois posse intelligent, nec alteri vlo titulo, veluti exemptionis, vel vēditionis adquiri. Sic sentiunt Cynus, & Petr. de Bellaperti. in d.l. 6.C. ad l. *Fabi de plagi.* & cōfirmatur hæc ratio à Cuia. lib. 17. obser. cap. 10. ex l. seruos 12.C. de agric. Ε censi. lib. 11. vbi Arcadius, & Honor. inquiunt: *Nemo enim dominum suum deserit sciens nunquam sibi latendi locum esse derelictum,* Ε c.

Ex quo lumen accipit quod Marcia. in l. fin. §. serui qui in fuga *D. de public.* Ε vectig. affirmat, seruum fugitiuum in eos fines ingressum in quos nisi soluto pro eo vectigali ingredi non poterat, in commissum non cadere, ne alias in seruorum arbitrio esset domini conditionem deteriorem reddere, sicq; ut à fuga deterreantur in commissum nō incidere. Sentit ita D. Ioannes Suarez ad l. *Aquiliam* lib. 1. cap. 5. seCt. 6. num. 27. † Nisi dicamus huius prohibitionis rationem forsan accommodatiorem esse, quod licet seruus fugitiuus furtiuus non sit, cū sui ipsius furtum facere nequeat † natura siquidem ipsa non patitur, ut idem sit agens, & patiens, ut vulgo dicitur l. *heres* 21. §. quod si stipulator l. *Grannius Antoninus* 71. *D. de fideius.* l. frater à fratre 38. *D. de condic. inde.* l. *Stichum* 95. §. aditio l. qui hominem 34. §. qui filium *D. de solutio.* l. *depositi* 38. §. *Stichus D. de pecul.* l. *Stichus* 16. §. fin. *D. de pecul. leg.* l. *pupillus* 5. §. item ipse *D. de autor.* tuto l. si plures vers. nam difficile *D. de pact.* l. *debitori* 7. C. eo. Anton. Fab. lib. 18. coniec. cap. 19. Barbosa in l. *qua dotis* 34. in princ. *D. solut. matri.* Amaya lib. 3. obserua. cap. 1. Valentia lib. 1. illustr. tract. 4. cap. 7. nu. 2. Briffo. *de solutio.* lib. 2. tit. de confusione. Morla in *Empo.* tit. 8. q. 3. nu. 6.

F

& ego

10

11

12

13

14

- & ego singulariter illud esse impossibile probo ex *l. mulier*
 15 *20. D. de conditio. institut.* † Nec ius ciuile admittit, vt qui in
 alterius est potestate illi furtum faciat *l. rem quæ 15. vbi Iason*
nu. 9. D. de adqui. poss. nec possessionem ei interuertat *l. 3. §.*
Nerua 13. l. 1. §. per seruum qui in fuga D. de adquir. possess.
 16 *l. 1. C. de ser. fugit.* † At ne fuga seruorum dominis damnoſa
 esſet, effectum fuit (vt ſic loquar) vt quo ad effectus, ſui ipſius
 furtum feciſſe dicatur, nec enim præſcribi, uſuapi, aut ven-
 di, donariue poſt *d. l. 1. l. mancipia 5. C. eo. d. l. vlti. §. serui D.*
de public. & vectig. l. vlt. §. fane ſi seruus ibi: cōquassatis rebus
certis, atque subtractis, aut ſeipſum furatus C. de his qui ad
Eccles. confug. Bald. Alberi. Salicet. Iason *n. 14.* & alij antiquo-
 res in *d. l. 1. C. de ser. fugit.* Cuia. & Giffani. *ibidem.* Idem Cuia.
lib. 17. obſerua. cap. 10. Duar. in d. l. 1. §. per seruum qui in fuga
Osual. ad Donel. lib. 5. commen. cap. 24. litt. D D. Anto. Fab. in
Iurispr. tit. 3. princ. 3. illa. 1. Qua autem ratione seruus ſui ip-
 ſius furtum facere poſſit, latè explicat Franciſcus Curtius iu-
 nior *ad d. l. 1. nu. 1. cum ſequent. C. de ser. fugit.*
- 17 Sed antequam ad ulteriora progrediamur, diluendum ve-
 nit dubium, quod contra doctrinam ſuprapoſitam fugitiuos
 videlicet seruos nec vendi, nec donari poſſe, opponi poſt
 ex Paulo *lib. 6. ad Sabinum in l. arbor 19. §. index D. communi*
diuid. † Pro cuius iuris difficultate expendendum eſt quoties
 18 inter ſocios, vel cohæredes de diuifione rerum cōmuniū,
 vel hæreditariarum conueniri nequibat, conſtitutum erat il-
 lis cōmuni diuidendo, his vero familiæ erciscundæ iudicium,
 quo diuidi inter ſe hæreditaria poſſent designato ad id à Præ-
 tore arbitro, ſiue iudice qui ex bona fide omnia expediret *l.*
1. l. officio 26. D. famil. ercif. l. qui nō militabat 78. D. de bared.
inf. cum alijs §. familiae 1. de offic. iudi. Balduinus *ad ll. 1 2. tab.*
cap. 30. Rosin. de antiq. romano. lib. 8. cap. 19. Don Marti. Lar-
 riateg. *lib. 4. Select. cap. 1. cum seq.* † Ad cuius Iudicis officium
 19 maximè ſpectabit, vt in ſolidum alia alijs tribuat, quia ſæpè
 folutio, & exactio partis non minima incōmoda, imò & im-
 poſſibilitatem continet *l. 3. l. 4. l. ſi ita 42. D. fami. ercif. l. ar-*
bitrer 11. D. de diſtr. pigno. † quo circa cum de his iudicijs agi-
 tur

De Seruis Fugitiuis. Cap. V.

43

tur vniuersæ res, quæ in diuisionem veniunt æstimari debent, non singulorum partes l. *Maius 52. §. fin. D.fami.ercis. l.item 10. §. fin. D.commu.diuid.* † Ad quam æstimationem faciendam licitatio, vel inter ipsos socios admittetur, vel inter ipsos extraneos si plus offerant l. item 22. §. 1. *D.fami.ercis. l.cum in fundo 78. §. penult. D.de iur.dot. l. 3. C.com.diuid.* Cuia ad *Vrseum Ferocem lib. 2. in l. Maius 52. §. fin. D.fami.ercis.* † His suppositis proponit Paulus in d. §. iudex: Iudicem communidiuidundo, vel familiæ erciscundæ iudicijs præpositum si inter res adjudicandas testatoris seruus qui in fuga esset reperiatur, eum licitari iubere debere inter eos inter quos iudex est, illumque adjudicandum esse ei poenes quem licitatio remansit. Quod quam difficile sit, vel ex eo apparet † quod licitatio species quædam venditionis sit l. *si pignori 29. D.fami.ercis. l. 3. C. com.diuid.* latè obseruat Ioan. Anton. Mangilius *de subhaftat. quæst. 1. nu. 2. & 9. cum liceri nihil aliud sit, quam ad venditionis pretium aliquid adjicere l. 7. §. quasitum D.de minor.* Cæsar *de bello Galli. lib. 1. Omnia, inquit, Heduorum, vectigalia parvo pretio redempta habeat, propterea quod illo licente, contra liceri audeat nemo Conan.lib. 5. comment. cap. 8. nu. 1.* (licet contrarium leui fundamento teneat Franciscus Philelphus epist. *ad Iacobum Puteum, in cent. epist. Phylolo. est epis. 12.*) hincque licendo superare, quasi plus offerre dicitur in l. 7. §. *si debitor D. commu. diuid.* vbi vetus Glosographus scite ad rem inquit: *Licitari dicitur, qui vel emendo, vel conducendo rem aliquam, vel aliquid ad negotiandum plus offrendo contendit impetrare.* Si ergo liceri potest fugitiuus, cur non & vendi & donari valebet?

Rursus arbitrer, vel Iudex contra leges nihil statuere potest, cum nec Prætori, qui arbitrium dat, quidquam contra leges stabilire permisum sit l. *iurisgentium 7. §. ait Prator l. contra 31. D.de pact. l.nec non 28. §. quo ad eius D.ex quibus can. maio.* Adhucq; fortius vrgebit argumentum si consideres adjudicationem serui fugitiui à iudice, ei qui in licitacione vicerit, esse faciēdam, † adjudicatio autem inter legitimos acquirendi dominij modos numeratur ab Vlpiano *in frag. tit.*

F 2

19.

21

22

23

24

25

19. §. 1. Et §. adiudicatione 16. Vbi adiudicatione dominia in formulis familiæ erciscundæ, cōmuni diuidundo, & finium regundorum nancisci affirmat, statimque illi rem adiudicatā adquiri siue mancipi, siue nec mancipi sit, idque confirmat Iusti. in §. fin. I. de offi. iud. & Consultus in l. liberto 21. §. Lucius Titius D. de annu. lega. † comparaturque emptioni, & venditioni ipsa adiudicatio: sequuta enim (sicut & in venditione) post adiudicationem euictione, actio de euictione nascitur l. si prae dium C. de euictio. Tuschus conclus. 196. num. 5. litt. A.
- 26 † Vnde optime Osualdus (vt obiter hoc notemus) ad Donel. lib. 20. comme. cap. 6. litt. D. refellit Antonium Fabrum lib. 16. coniec. cap. 17. Et de error. prag. deca. 18. er. 5. dum sententiam
- 27 28 in iudicio petitorio prolatam adiudicationem appellat, † cum enim sententia illa dominium non adquiratur, sed antea acquisitum declaretur, nec noui quid inducat, sed quod est, demonstret l. sicut 8. §. Et siquidem D. si serui. vindic. Cuia. ad Paul. lib. 21. ad edict. in l. caterum 31. D. de rei windi. Gilchen. de prescrip. par. 2. mem. 1. cap. 21. nu. 2. Giffani. ad l. 40. §. 2. nu. 26. D. de procurat. Gaspar Schiforde. lib. 2. ad Fabrum tract. 22. quæst. 1. declaratio enim solum quod fuit obscurum, seu absconditum detegit, seu aperit l. heredes palam 21. §. si quid post factum testamentum D. de testamen. vbi testator, qui post factum testamentum declarauit quod erat obscurum, nihil dedisse, sed tantum actum significasse dicitur l. adeo 7. vers. videtur tamen D. de acquir. rer. domi. vbi Caius affirmat quod cum grana quæ spicis continentur suam habeant perfectam speciem, spicas excutiens, non nouam speciem facit, sed eam quæ est detegit, sentit Ansaldo. de Iuris. facul. par. 3. tit. uni. cap. 13. n. 29. vnde adiudicationē dici non posse optime probat † & hunc solum in iure casum (ait Cuia. in notis ad Vlpia. in d. §. adiudicatione) esse in quo iudicis sententia dominium adquiratur. Remanet ergo ex supradictis difficilior Consultus in d. §. index, quomodo enim liceri seruus fugitiuus, aut adiudicari poterit, qui vt supra plenè probauimus, nec vendi, nec donari valet?
- 29

Non latuit difficultas hæc Anto. Fabr. qui in ratio. ad eum sex.

De Seruis Fugitiuis. Cap. V.

45

sex. non dubitauit affirmare facta per Arbitrum à Prætore concessum , per ipsum fieri censeri † quod autem authore Prætore fit iuste factum intelligi *l.iuste 11.D.de adquir.poss.* legemque fugitiuorum venditionem prohibentem priuatis dumtaxat venditionibus, quæ varijs fraudibus expositæ erant, occurere voluisse , non etiam ijs quæ per iudicem fiunt ex causa præsertim necessaria, † semper enim necessitatis causa excepta intelligitur *l.alienationes 13.D.fami.erclif.l.item 10.* *D.commu.diuid.* & tandem nō solum casu, quem tractamus, verum , & alijs fugitiuorum seruorum permisam venditionem concludit, id probans ex *l.quod sape 34. § 5. quis amico D.de contr.empt.* Hæc Faber. ex quibus aliqua displicent, aliqua vero amplectentur. Displicet quod primo loco affimat: etenim Prætor ius dicere secundum leges , & Senatus Consulta debet , secundum quæ fugitiuorum seruorum vēditionem prohibitam fuisse supra ostensum fuit. Tum & quod ultimo loco asserit ex *d.l.quod sape 34.* etenim ut inferius apparet tex. ille de fugitiui venditione non loquitur. Amplectenda vero sunt tāquam difficultatem diluentia cætera quæ asserit, videlicet † non voluisse Senatus Consultum occurrere adiudicationibus fugitiuorum, quæ per Iudices fiunt, cum ex semper necessitatis causa factæ videantur , ut aperte probo ex Imperatorum rescripto in *l.fugam 6. C.ad l.Fabi.de plag.* vbi postquam pecuniarijs poenis fugitiuorum seruorum vēditionem donationemue vetitam statuunt, sic prosequuntur: *Exceptis cohæredibus, & socijs, quibus in diuisione communium rerum licitationem de fugitiuo seruo iniucem facere permisum est.* Idem sentire videtur interpres *lib. 60. Basili* con dum ad tex. similia docentem sic animaduertit : *Qui vendit seruum fugitiuum lege Fabia tenetur, nisi cohæres sit, vel socius, & inferius, quia enim diuidi nō potest, adiudicatio totius serui fit vni ex hæredibus, & vicissim alteri ab eo præstatur dimidium serui fugitiui.* Ex quibus verbis cōstat de exceptione ad regulam suprapositam, & à principijs iuris communis recessum cernitur dictione illa *permisum* . *Quod, & præter Fabrum sentit etiam Cuia. in recitat. solem ad d.tex. dum af-* firmat

30

31

32

firmat socium, cui seruus adiudicatur condēnandum, vt partem pretij socio præstet, ideoq; non incidere in pænam L. Fabiæ, vel Senatus Consulti cum tantum de voluntaria, nō necessaria, qualis est à Iudice facta, loquantur venditione † Sed vterque Faber scilicet, & Cuia. poterant pro hac sententia adducere Baldum, & Angelum de Perusio in *d. l. infuga 6. C. ad l. Fabi. de plagi.*
 33 Supereft nunc vt explicemus Caium lib. 10. ad edictum Provinciale in l. quod s̄ape 35. §. si quis amico D. de contr. empt. Vbi Titius amico peregre eunti mādauit, vt fugituum suum quæreret, & si inuenerit vendat, quæsito, ac inuento fugituo, contractaque venditione, quæritur an Titius mandator, vel ipse mandatarius, emptorue in Senatus Consultum inciderint, responditque neutrum cadere. Hæc Caius, quæ eleganti ratione nituntur, licet in his se inuoluat post Bald. Gothofredus hic asserens hoc ideo esse, vel quia † quod procurator facit contractu in suam personam concepto nō videatur dominus fecisse, vel contraxisse. Vel quia directè venditio fiat à procuratore, obliquè à mandatore *l. quacunque 1 r. D. de oblig. Et actio.* sicque non videri vendidisse, qui vendi mandauit † Vnde colligunt personaliter non comparere, qui per procuratorem comparet *l. vlt. C. de procur.* † nec vt sacerdium teneri qui interficere mandauerit, sed vt mandantem, vt notauit Bald. in *l. 1. §. de jecisse D. de vi Et vi arma.* & Cygnus in *l. non ideo minus C. de accusatio.* His tamen omisiis optimâ ratione à Consulto nec mandantem, nec mandatarium, emptoremue in Senatus Consultum commisisse statuitur: imprimis enim non Titius mandator, qui, vt supra ostensum est, non vendidisse intelligitur, nec mandatarius ipse cum præsentem vendat, non absentem, sicque non fugituum, sed à fuga reuersum, in quem Senatus Consulti prohibitio nem non procedere certum est, constatque ex tex in *l. 2. ibi. Item non pertinere ad eum, qui mandauit seruum fugituum, persequendum, Et distrahendum, & in §. 2. ibi Si quis Titio mandauerit seruum fugituum adprehendendum usi apprehendisset eum emptum haberet, cessare Senatus Consultum D.*

ad

De Seruis Fugitiuis. Cap. VI.

47

ad l. Fab. de plagiā. Idemque probatur in d. l. in fugam & in fin. C. eo. Vnde intelligēdus Vlpianus in l. 2. §. vlt. D. de l. Fab. de plagi. nam cum in princ. & antecedentibus §§. dixisset Cōsultus non pertinere L. Fabiam, nec hoc S. C. ad eos qui mandarunt seruum fugitiuum persequendum, & distrahendum in hæc prorumpit verba. Hoc autem Senatus Consulto domini quoque continentur, qui fugam seruorum suorum vendiderunt.

DE VENDITORE SERVVM FVGITIVVM

scienter, vel ignoranter vendente. Explicatur Julianus in l. Julianus 13. §. 1. D. de actio. emp. Pomponius in l. si à substituto 45. §. 1. D. de leg. 1. & in l. sed si seruo 13. D. de cōtr. emp. Vlpianus in l. si seruus 21. §. vlt. Et in l. quia dicitur 32. §. 1. D. de euictio. & alia iura.

C A P. VI.

S V M M A R I V M.

- 1 *Ad quid teneatur venditor scienter fugitiuum vendens.*
- 2 *Ignorans tenetur tantum quanto minoris.*
- 3 *Ignorans furem ad nihil tenetur.*
- 4 *Proponitur ratio differentia.*
- 5 *Ignorans fugitiuum tenetur quasi euictionis nomine.*
- 6 *Idem damnum emptori ex fugitiuo, quod ex fure contingere videtur.*
- 7 *Venditor solet cauere seruum furtis, noxijsque solutum.*
- 8 *Accursij ratio proponitur.*
- 9 *Refellitur, quia fuga serui semper furtum solet comitari.*
- 10 *Proponitur, Et comprobatur ratio Cuiacij.*
- 11 *Fugitiui perquisitio Praefecto Vigilum commissa.*
- 12 *In fundis Fiscalibus apprehendi poterant.*
- 13 *Proponuntur verbal. si à substituto 45. §. 1. D. de leg. 1.*
- 14 *Hares seruum generaliter damnatus non adstringitar eum sanum præstare, bene vero furtis, noxijsque solutum.*
- 15 *Euocari potest seruus fur, vel qui noxam commissit.*

16 He-

- 16 Heres supradictus non tenebitur sanum præstare, quia sanitas serui ad proprietatem nihil pertinet.
- 17 Venditor tenetur præstare seruum furtis, noxijsq; innoxium, heres ita solum, ut legatario haberi liceat.
- 18 Venditor rem illis vitijs liberam tenetur præstare, qua eius usum impediunt.
- 19 In legato solum attenditur, ut dominium in legatarium transeat.
- 20 Dominus in noxali iudicio litis estimationem, vel seruum in noxam tradendo liberatur.
- 21 Ne nequitia serui ultra eius corpus ei sit damnoſa.
- 22 Hinc seruus fur haberi, seu retineri potest litis estimationē præſtando.
- 23 Fugitiuſ vero ſemper euocari poterit.
- 24 Expenduntur ultima verba Pomponij in d. S. I. d. l. si à substituto 45.
- 25 Fundus uni obligatus, alteri venditus potest soluta pecunia pro qua erat obligatus ab eo retinerti.
- 26 Proponitur species l. sed si 13. D. de contr. emptione.
- 27 Ignorantia mandatarij non prodest mandanti, qui habet ſcientiam.
- 28 Explicatur l. in seruo 17. D. de libert. cau. Eſ nu. 37.
- 29 Supradicta procedunt in mandato emendi certum hominem, ſecus ſi incertum.
- 30 Hinc intelligitur Vlpianus in l. non ſolum 22. S. penit. D. de liber. cau.
- 31 Proponuntur verbal. cum mancipium 51. D. de adil. edic.
- 32 Venditor ignorans non tenetur domino redhibitoria, etiam ſi seruus mandatarius ſciret mancipium eſſe morboſum.
- 33 Redhibitio contineatur in iudicio empti.
- 34 Scientia serui indistincte domino nocet.
- 35 Ipsius vero ignorantia non ita absolute domino prodest.
- 36 Verus intellectus ad d. l. sed et ſi 13. D. de contr. empt.
- 37 Verus intellectus ad d. l. in seruo 13. D. de liber. cau.
- 38 Proponitur species l. ſi seruus 21. S. vlt. D. de evictio.
- 39 Possessor cuius culpa, Eſ possessor ſine cuius culpa ſeruus, de quo

De Seruis Fugitiuis. Cap. VI.

49

quo lis erat, fugerit neuter statim ex stipulatione dupla agere potest.

40 *Is cuius culpa fugit damnatur in litis aestimationem, is vero sine cuius culpa fugit absoluitur, solitis interpositis cautionibus.*

41 *Is cuius culpa fugit tunc demum agit ex stipulatione dupla cum seruum apprehenderit; is vero sine cuius culpa, tunc demum cum apprehensum restituerit actori, vel aestimationem eius.*

42 *Explicatur Julianus in l. quia dicitur 32. S. 1. D. de euictio.*

43 *Sciens, & vendens non tantum redhibitoria verum & quanti emptoris interest tenetur.*

44 *Ignorans tenetur estimatoria.*

45 *Excipe in uno casu.*

46 *Interpresatur l. si apud 3. C. de adili. actio.*

47 *Reiciuntur intellectus Castren. Duarenii, & Donelli.*

48 *Si vitium vel morbus contingit intra triduum, ad venditorem spectat.*

VI V S quæstionis difficultatem proponit nobis Julianus relatus ab Vlpiano in l. *Julianus 13. S. 1. D. de actio. emp.* vbi differentiam quandam inter scientem, & ignorantem venditorem statuit, qui sciens, ait, fugitium, aut furem esse seruum vendidit, nec præmonuit emptorem, tenetur emptori quanti eius interest non decipi, vt si res quasdam emptoris fugitiuus secum abstulerit, vel alios emptores solicitauerit, vt secum fugerent, huius damni æstimationem vendor emptori præstare teneatur, vt in l. 1. C. de adili. actio. ¶ Venditor autem ignorans fugitium esse seruum, quem venundedit, tenetur tantum quanto minoris, ¶ ignorans furem nullo modo tenetur, ¶ inter autem fugitium, & furem differentia ratio hæc est, quam affert Vlpianus hoc loco, quia fugitiuum quidem habere non licet, ¶ & quasi euictionis nomine tenetur vendor, etiamsi ignorauerit fugitiuum esse l. ex empto 11. S. venditorem *D. de actio. emp.* Separat igitur Consul-

G

tus

2

3

4

5

tus fugituum à fure, ita vt ignorans venditor quanti minoris
emptore emisset, si fugituum sciuisset, præstare adstringatur;
si ignorans furem vendiderit, ad nihil teneatur. Quæ sanè
difficilia videntur, si consideramus † idem ferè damnum ex
fure, quod ex fugitiuo emptori euenturum, † & hinc vide-
mus ignorantem venditorem præstare debere seruum, quem
vendidit furtis, noxijsque solutum, de hocque specialiter
cavere debere *l. si emptori 30. D. de euicti. l. quoties 3. D. si fa-*
mil. furt. fecis. dic. l. vlt. D. de rer. permu. l. aliud est 134. D. de
ver. signif. l. emptor 14. C. de actio. emp. Varro lib. 2. de re rusti.
In pastorum emptione, inquit, solet stipulatio intercedere sa-
nun cum esse, furtis, noxijsque solutum. Plura Cuia. in reci-
tat. solem. ad l. ex empto 11. §. venditorem cum sequentibus D.
de actio. emp.

8 Accursius ad rationem Consulti confirmandam afferit, ac-
cedentem ad serui emptionem scire debere furta proprii
seruorum vitia esse, & seruos ferè omnes furaces esse, pro
quo affert Virgil. cui addo Tacitum lib. 3. hist. ibi *Seruili*
probro respersus est tāquam scyphum aureū in conuiuio Clau-
dij furatus † Sed prorsus hæc rei cienda sunt, nam, & fuga
proprium seruorum vitium est, & concreta cognatae hæc
duo in uno homine fuga, & furtum. Vnde & hoc loco fugi-
tiui mentio, qui furto emptori res quasdam abstulerat *l. qui*
seruo 38. §. vlt. D. de furt. l. si quis 12. C. ad l. Fabi. de plagia.
Cuia. in paratit. ad tit. C. de furt. E ser. cor. plura supra ad hanc
rem cap. 4. nu. 11. notauiimus. Vnde non furti magis, quam
fugæ vitio, plerumque seruos laborare scire omnis emptor
debet, & ratio ab Accur. in fure tradita, etiam in fugitiuo lo-
*cum obtinet, vt planè non sit idonea causa separandi fugiti-*uum à fure.**

10 Quare cum Cuia. *in comment. adhunc tex.* ratione tradita
à Consulto hic contenti sumus, conferuntque notata à Paul.
Castrén. *hic num. 1.* vt scilicet ignorans vendens fugituum
quanto minoris teneatur, secus vendens furem, fugituum
siquidem habere non licet, furem habere licet, † fugitiui si-
quidem perquisitio Præfecto Vigilum commissa, quia noctu
fugere

De Seruis Fugitiuis. Cap. VI.

51

fugere solebant *l. vlt. D. de offi. Praef. Vigi.* † in fundisq; Fiscalibus quæri, & apprehendi poterant, vt testatur Paul. *lib. i. sententi. tit. de fugiti.* prosequitur Cuia. *lib. 21. obser. cap. 11.* vnde à quocunque detentore abstrahebantur, quod secus erat infure, hinc optimè constitutum, vt vēditor fugitiui ignorans quanto minoris emisset emptor si sciuisse soluat, ignorans autem, vendensque furem ad nihil teneatur.

12

Verum antequam ad vleriora procedamus expendendus venit Pompo. in *l. si à substituto 45. §. i. D. de leg. i.* vbi sic ait: *Hæres generaliter damnatus, sanum eum esse promittere non debet, sed furtis, & noxijs solutum esse promittere debebit, quia ita dare debet, ut eum habere liceat: sanitas enim serui ad proprietatem eius nihil pertinet. Sed ob id quod furtū fecit seruus, aut noxiam nocuit euenit quominus eum habere domino liceat, sicut ob id quod obligatus est fundus accidere possit, ut eum habere domino non liceat.* Hæc Pomponius: quæ manifesto hucusque dictis, Consultique rationi supra traditæ obstarè videntur † Siquidem imprimis docemur hærede generaliter damnato dare seruum, nō debere sanum præstare; bene vero furtis, noxijsque solutum, rationem reddit dicens: hæredem dare grauatum per damnationem eum seruum præstare debere, quem legatario habere liceat † At si ei seruo fiat controvèrsia de noxa, vel de furto eum rectè habere non licere affirmat Consultus, cum ab eo euocari possit, vt probatur in *l. hæres 58. D. de euictio. l. si domus 71. §. i. D. de leg. i. l. qui concubinam 29. §. hæres D. de leg. 3. l. si rem 20. l. etiam 27. l. qui decem 72. §. hominem D. de solutio.* voluntas siquidem testantis, qui seruum generaliter legauit, & electionem hæredi dedit illa fuit, vt ex tanta copia seruorum eligat, quem legatario habere liceat † Sed quamvis ad id adstringatur hæres: non tamen tenebitur promittere seruum sanum esse, non quod id impossibile sit, vt optimè probat D. Franciscus Amaya *lib. 2. obser. cap. 13. nu. 12.* sed quia vt ait Pomponius *sanitas serui ad proprietatem non pertinet*, idest cum hæres tantum teneatur dominium eius serui tradere, ita vt legatarius inquietari non possit ab aliquo, si sit morbosus, vel sanus non ex hoc do-

13

14

15

16

minium impeditur cum huiusmodi proprietatem non turbent. At vero si noxa furtoq; sit obligatus cum possit euocari, proprietas læditur. Ex quibus patet furem seruum habere licitum non esse, imò euocationi eum qui ipso vtitur subijci, sicque male constitutam videri differentiam illam ab Vlpiano in *l. Julianus 13. §. 1. D. de actio. emp.* inter fugituum, & furem, vt ignorans venditor fugitiui quanto minoris teneatur præstare, ignorans vēdens furem ad nihil obligetur, quia fugituum quidem habere nō licet, furem habere licet, cum tamen ab emptore euocari possit, vt dictum est.

17 Nec difficultatem effugies si venditorem ab hærede separe, ita vt vēditor sanum seruum præstare teneatur, at hæres generaliter damnatus morbosum etiam præstanto libe-
retur, ita vt hæres solummodo legatario ita præstare debeat, vt habere ei liceat, at venditor emptori amplius, hoc est fur-
18 tis vitijsq; ac morbis innoxium. † Huiusque rei ratio sit quod venditor rem ita illis vitijs liberā præstare tenetur, quæ vsum ipsius impediunt, vel minuunt, ob idque sanum tradere ad-
19 stringitur *l. i. D. de adili. edic.* † Attamen in legato solum at- tenditur, vt seruus fiat legatarij, & vt rei legatæ in eum do- minium transferatur *l. legatum 80. D. de leg. 2. l. à Tito 64. D. de furt.* & ita non attenditur rei legatæ qualitas, sed solum vt eo pacto, quo apud testatorem erat in legatarium transeat, vnde cum voluntas testatoris, nec proprietas impediatur ex eo quod non sit sanus seruus, hinc valuit morbosī traditio ab hærede facta, & hoc est quod significare voluit Pomponius in *d. §. 1.* dum affirmat non pertinere ad proprietatem mor- bum, vel sanitatem serui, vt optimè relicto Cuia. *tract. 8. ad Africa. in l. si hæres 110. D. de leg. 1. explicat Amaya d. cap. 13. nn. 22.* Quamquam autem hæc in se vera sint semper, & illud sequitur, ergo furem, noxiumue seruum habere non licet, cuius contrarium docuit Julianus, Vlpianusue in *d. l. Julianus 13. §. 1. D. de actio. emp.*

20 Sed in his difficultatum ambagibus, vbi sine duce viam- aperire cogimur, ex noxalium actionum principijs existima- bam hanc difficultatem diluendam. † In noxali siquidem iu- dicio

De Seruis Fugitiuis. Cap. VI.

53

dicio quando videlicet seruus delictum aliquod commisit, vel furtum fecit, tunc dominus qui ratione damni, vel furti à seruo perpetrati conuenitur, litis estimationem, vel seruum ipsum innoxam tradendo liberatur *l. miles 6. §. 1. D. de re indic. l. si seruus 31. D. de pignor. actio. l. 1. D. l. 2. C. de noxa actio. l. cum autem 23. §. Julianus l. quaro 68. D. de adili. edic. l. ait Prator 7. §. hoc edictum D. de dam. infec. l. rem 21. §. 1. D. com mod. l. si longius 18. §. 1. D. de iudic. Cuia. lib. 11. obserua. cap. 38. E 13. cap. 9. E 21. cap. fin. E 22. cap. 3 6. Donel. lib. 15. cō ment. cap. 50. Osuald. ibi. Anto. Faber. in ratio. ad l. 1. D. de noxal. actio. E lib. 20. cōiec. cap. 11. E lib. 7. cap. 4. E de error. prag. deca. 46. er. 4. Menoch. lib. 1. de arbitr. iudic. quæst. 5. nu. 13. Vuesem. in paratit. ad tit. de noxa. actio. Duare. in paraphr. ad tit. de dāno infec. cap. 6. Gilcheni. de prescrip. 2. parte mem. 2. cap. 5. nu. 26.*

Cum ergo in potestate domini sit alterutum præstare, vel litis æstimationem, vel seruum ipsum reddere † ne videlicet nequitia serui vltra corpus, eius domino sit damnosa *l. 2. in princ. D. de noxali. actio. princ. I. eo. hinc poterit dominus æstimationem litis præstādo, seruum retinere, † vnde erit verum dicere licitum esse domino seruum furem habere, litis æstimationem præstando absque eo quod euictionem, seu euocationem timeat, † quod secus est in fugitiuo, quem habere ob publicam vtilitatatem ob dominij defectum nō licet, imò poterit quocunq; tempore id vero serui domino notum erit, eum ab emptore euocare. Quapropter optimè Julianus affir mat venditorem ignorantem fugitiui teneri quanto minoris emptor emisset si sciuisset, vendentem vero furem ad nihil teneri, ex eo quia fugitiuum quidem habere nō licet, furem vero habere licet, resarcito scilicet damno à se dato. Sicque intelligendus Pomponius in *d. l. si à substituto §. 1. videlicet furem non soluta æstimatione litis, vel damno ab eo seruo commisso, habere nō licere. † Ad cuius rei corroborationem expendo finalia verba Pomponij in d. §. 1. ibi sicut ob id quod obligatus est fundus accidere possit, ut cum habere domino non liceat: Fundum autem tunc habere domino licebit, si pretiū pro**

21

22

23

24

- pro quo est obligatus soluat, vnde videtur optima compara-
25 tio inter fūdum obligatum, & seruum furem, f etenim sicut
ille retineri potest soluta pecunia pro qua est obligatus, ita
hic quoq; satisfacto dāno pro quo noxali iudicio tenebatur.
- 26 Sed quia hucusque tractauimus de venditore scienter, vel
ignoranter vendente fugitiuum, nō abs re erit hic tanquam
in proprio loco adnectere Pomponij locum in *l. sed si 13.D.*
27 *de contr.emp.* vbi inquit, † quod si tu sciens vendideris seruo,
vel mandatario meo fugitiuum illo ignorantе, me sciente:
nō tenerite ex empto, cum enim is qui nomine alterius con-
trahit, ad vtilitatem alterius contrahat, inspicienda est scien-
tia eius qui mandauit, non ignorantia contrahentis: nō enim
potest dici deceptus mandator cum sciret, licet mandatarius
28 ignoraret. † Hoc idem videtur probare Paulus in *l.in seruo 17.*
D. de liber.cau. vbi seruus, vel procurator meus certum
hominem iussi, aut mandato meo emit quem quidem ego
sciebam, seruus autem, aut procurator ignorabat liberum,
mihi hoc casu non competit actio, quæ dari solet in duplum
bonæ fidei emptori aduersus liberum hominem, qui sciens
dolo malo se venundari passus est; è contra vero conceditur
hæc actio si procurator, vel seruus scit, ego uero ignoro.
29 † Hæc autem ita procedunt si mandaui, uel iussi, ut emeret
certum hominem; non autem si incertum: nam tunc licet
sim ego ignorans, scientia serui, uel procuratoris etiam mihi
30 ignorantia nocet † quomodo intelligendus Vlpianus in *l. non*
solus 22.S.penul.D.de liber.cau.
- 31 Sed omnia supradicta destruere uidetur Africanus in *l.*
cum mancipium 51. D.de adili.edic. ubi sic ait: *Cum manci-
pium morbosū, vel vitiosū seruus emat, & redhibitoria, vel ex-
empto dominus experiatur, omnimodo scientiam serui, non do-
mini spectandam esse ait, ut nihil intersit peculiari, an domini
nomine emerit, & certum, incertumue mandante eo emerit,*
*quia tunc & illud ex bona fide est, seruum cum quo negotium
sit gestum deceptum non esse, & rursus delictum eiusdem quod
in contrahendo admisserit domino nocere debet, sed si seruus
mandatu domini hominem emerit, quem dominus vitiosum
esse*

De Seruis Fugitiuis. Cap. VI.

55

esse sciret, non tenetur venditor. Circa procuratoris personam, cum quidem ipse sciret morbosum vitiosum esse, non dubitandum, quin quamvis ipse domino mandati, vel negotiorū actione sit obstrictus, nihil magis eo nomine agere possit: at cum ipse ignorans esse vitiosum mandato domini, qui id sciret emerit, redhibitoria agat ex persona domini, utilem exceptionem ei non putabat opponendam. Hæc Affrica. Quæ ne Supradictis obstent sic intelligenda sunt † Venditor nō tenetur domino redhibitoria, vel exempto actione † (nam redhibitio quoque continetur empti iudicio l.ex empto 11. §. redhibitionem D.de actio. emp.) si seruus scierit mancipium, quod emebat esse morbosum vel vitiosum, dominus vero ignorauerit † scientia serui domino nocet indistinctè, siue emerit peculiari, siue nomine domini, & siue certum, vtputa Stichum, siue incertum vt potè hominem generaliter emi mādauerit: nam tunc omnem emptionem in arbitrium serui dominus contulit. † Non autem sicuti absolutè scientia serui domino nocet, ita ipsius ignorantia domino prodest, nam sane si seruus suo nomine emerit, ignorantia serui domino scienti prodest, vt ei competit actione redhibitoria, idemque erit si mandauerit dominus incertum hominem emi. Si vero certum, & ipse fuerit sciens, tunc non proderit ei ignorantia serui, quia ipse dominus contraxisse intelligitur, † & de hoc casu intelligendus est tex. in d.l. sed si 13. D. de contr. emp. † Neque etiam obstat tūc tex. in d.l. in seruo 17. D. de liber. cau. nam ibi scientia serui inspicitur peculiari ratione, nisi mandauero emi certum nominatim, nam competit pænalis actione, ne propter scientiam serui eximatur à pæna liber homo, qui se quasi seruum dolo malo venire passus est, maximè cum nō tam emisse videatur seruus meus, quam ego, qui nominatim seruo eū hominem emendum destinaui. Sic optimè explicat Cuia. trac. 8. ad Affrica. in d.l. cum mancipium, cuius doctrina pro nunc contenti sumus.

32
33
34
35
36
37
38

Sed vt progrediamur animaduertendum est quod docet Julianus in l. si seruus 21. §. vlt. C. de euict. vbi ait, quod si post item à domino cum emptore hominis contestatam, fugerit homo

homoculpa emporis, puta quod eum, cum deberet, diligenter non custodierit, quia fugitiuus esset, & culpæ nomine condemnatus fuerit in serui æstimationem, vt in *l. Julianus 17. §. vlt. D. de rei vindicione*. non statim eum habere regressum aduersus venditorem ex stipulatione duplæ euictionis nomine, quia propter fugam serui, & culpam suam homo emptori abest, non propter euictionem, sed si eum postea à fuga reuocauerit, & apprehenderit, tunc agere in venditorem potest ex stipulatione duplæ, quia seruus apprehensus, & reuocatus à fuga, desit propter fugam emptori abesse, quia eum recuperauerit, & nunc primum post apprehensionem serui intelligitur ei abesse propter euictionem cum litis æstimatione, siue premium serui absit, cum ablato pretio serui, & ipse seruus ablatus videatur. Quod si, subiicit Consultus, sine culpa emporis seruus fugerit, veluti si fuerit eius opinionis, vt custodi debuerit, deinde emptor absolutus fuerit (quia culpa caret) interpositis cautionibus, scilicet de eo seruo persequendo, & restituendo, vel ipso, vel pretio eius: nihilominus tamen non habebit emptor statim regressum aduersus venditorem ex duplæ stipulatione, antequam apprehensum hominem restituerit actori. † Et ita illud cōmune est inter possessorem cuius culpa, & possessorem sine cuius culpa seruus, de quo lis erat, fugerit, vt optimè animaduertit Cuius. *ad Saluum Julianum lib. 43. Digestorum in d. l. si seraus 21.* quod scilicet neuter statim ex stipulatione duplæ agere potest † Illud autem est discrimen, quod is cuius culpa fugit damnatur in litis æstimationem; is vero sine cuius culpa fugit absolvitur interpositis supradictis cautionibus. † Item etiā illud est, quod is cuius culpa fugit tunc demum agit ex stipulatione duplæ, cum seruum apprehenderit, quia litis æstimatione, vt dixi, siue premium serui ei abest etiam non propter fugam, quia abolita est apprehensione serui, sed quasi propter ipsam euictionem, quia & ablato serui pretio, ipse seruus ablatus videatur. Is vero sine cuius culpa seruus fugit tunc demum agere potest ex stipulatione duplæ nō cum apprehenderit, sed cum apprehensum hominem restituerit actori, vel æstimationem eius.

De Seruis Fugitiuis. Cap. VI. 57

ei⁹, quia nihil ei antea abfuit, cum solum cauerit, non autem aliquid præstiterit actori.

Sit pro coronide huius capit⁹ Julianus ipse, qui totam in eo dicendi, ac discendi materiā præbuit, eum refert Vlpia. in l. quia dicitur 32. §. 1. D. de evictio. Vbi si quis stipulatus fuerit fugitiuum non esse, erronem nō esse, duas stipulationes contineric⁹ docuisset Vlpianus, infert ex Julian⁹, quod si propter fugam serui emptor quanto minoris aduersus venditor⁹ egerit, deindeq; propter morbum quanto minoris agat cauendum est ne lucrum faciat emptor, & bis eiusdem vitij aestimationem consequatur, vt dicitur in l. sed si priore 47. D. ad l. Aquil. l. quod si nolit 31. §. si quis egerit 15. D. de adil. edic. cum bona fides pati nequeat, vt bis idem exigatur ex l. bona fides 57. D. de reg. iur. vnde ſepe ex stipulatu agi poſſe cum non ex vna, ſed ex pluribus agatur stipulationibus concludit optimè Consultus in d. §. 1. d. l. quia dicitur 32.

Ex omnibus supradictis cōcluditur, eum qui fugitiuū ſeruum vendidit, & tradidit, pretiumque accepit, vitium eius regulariter præstare, ita vt ſi ſciens non tantum redhibitoria teneatur, & pretium recepta re reddere, verum etiam quanti emptoris interest, & ſic damnum insuper præstare cogitur l. quaro 58. in princ. E⁹ §. 1. D. de adili. edic. d. l. Julianus 13. §. 1. D. de actio. emp. l. 1. D. de adili. edic. Paul. lib. 2. ſentent. tit. 17. in quo fugitiui venditi ratio eadem eſt quæ furis venditi. † Si vero ignorans, ſeu bona fide, fugitiuum vendidit bonis conditionibus etſi redhibitoria non teneatur, ſeu pretium restituere non cogatur, attamen aestimatoria tenetur quanti minoris empturus fuifſet (quod in fure ſecus eſt) l. Julianus 13. §. 1. D. de acti. empt. † In vno ſolū caſu qui eſt l. 1. C. de adili. acti. E⁹ l. 1. Cod. Theodo. eo. venditor, etiam bonæ fidei, redhibitoria tenetur haētenus ſcilicet vt pretium restituat ſi emptor fugitiuum potuerit exhibere. Vbi Accur. exhibendi verbum pro probandi accipit & ita interpretatur quod ſi emptor potuerit probare ſeruum cum venderetur fugitiui vitium ſe habuifſe, atque adeo ex veteri ſuperiore pristinoque vitio, non ho- die fugitiuum eſſe, redhibitoria agere poterit l. 3. C. eo. l. em- ptorem

*ptorem 4.D.de probat.l.actioni 54.l.quaro 58.D.de adili.edic.
& hoc est quod dicitur si in domo venditoris fugit d.l. quaro
58. §.vli. vt notauit Iacobus Gothofredus in cōment.ad Cod.*

- 46 *Theod.l.1.C.de adili.acti. † Sed & inueniri qui promisit seruum non solum fugitiuum tempore venditionis non esse, sed nec in posterum vitiosum fieri, probat l.si apud 3.C.de adil.act. quod ita intelligendū est nō quod promittatur quod seruus non sit fur, nec fugitiuus, vel alio in posterum non laboret vitio, hoc enim impossibile est, sed vt præstetur quod intererit si vitiosus euadet, & propterea Imperatores appellant temerariam hanc promissionē, nō quod factum impossibile contineat, sed quia voluit periculum futuri casus in se suscipere l.1.vers.sed si venditor D.de peric. Et commo. rei vendi. sicut & in l.si quis fundum 10.D.locati. Ita tex.istum eleganter explicat Don Franciscus Amaya lib.2.obserua.cap. 13.nu.17. † omisso Castren.& Duareno in l.stipulatio ista, & Donello in l.inter stipulantem n.6.D.de verb. oblig. existimantibus solum contrahentes in d.l.3.de præsenti serui conditio ne vel de præterita promisisse, non autem de futura, contra verba expressa tex. ibi Si autem venditor non vitiosum in posterum fieri seruum temere promisi. † Illud notandum est, vi tium fugitiui seu morbum præcessisse venditionem probari si seruus fugiat vel moriatur intra triduū, quod à die postquā periculum ad emptorem spectat numerandū est, vt per Cæ polam in l.actionis nu.2.D.de adil.edic. Alciat.de praf.reg.2. praf.26.nu.11.Boer.decis.323.nu.22. Riminal.conf.360.nu. 11.vol.2. Iosephus Ludoui.decis. Perusi. 118. Mascar. de probatio.conclus.92.num.1. Et 2. Et conclus.616.num.8.Surd. decis.146.num.18.*

PRO-

De Seruis Fugitiis. Cap. VII.

59

PROSEQUITVR MATERIA DE SERVO,
 qui fugitiuus est legato. Explicatur Pomponius in l. si legati 56. D. de leg. 1. Expensis, & opera hæredis esse perquendum concluditur ad explicationem Iuliani, Africani, & Vlpiani in l. cum seruus 39. l. si seruus legatus 108. D. de leg. 1. l. si quis 8. D. de leg. 2. l. in rebus 18. S. possunt D. commod. l. socium 60. S. 1. D. profocio.

C A P. VII.

S V M M A R I V M.

- 1 Rei legata dominium debet in legatarium transire.
- 2 Non attenditur qualitas, sed ut efficiatur legatarij eo modo quo erat defuncti.
- 3 Proponitur species l. si legati 56. D. de leg. 1.
- 4 Stipulatio regulatur secundum materiam super qua interposita est.
- 5 Seruo in specie legato non tenetur heres cautionem eum non esse fugitiuum præstare.
- 6 In d. l. si legati 56. fuit seruus in specie legatus.
- 7 Si culpa hæredis esset factus fugitiuus teneretur.
- 8 In contractu emptionis indistincte, id est etiam sine culpa, tenetur.
- 9 Proponitur alia ratio Angeli de Perusio.
- 10 Stipulatio erronea nullius est momenti.
- 11 Proponuntur verba l. cum seruus 39. D. de leg. 1.
- 12 Res legata ubi reperitur dari debet.
- 13 Voluntas testatoris totum facit in ultimis voluntatibus.
- 14 Si res legata dolo hæredis in aliud locum translata sit, debet præstari ubi petitur.
- 15 Fauendum est hæredi, ut quanto minus oneretur.
- 16 Qui operam præstare tenetur, debet suo sumptu id facere.
- 17 Vassallus adstrictus sequi dominum, tenetur id proprijs suis facere si feudi fructus sufficiunt.
- 18 Expenditur l. si seruus legatus 108. D. de leg. 1.
- 19 In d. l. cum seruus 39. loquitur de seruo fugitivo legato, qui

post testatoris mortem fugit.

20 *In d. l. si seruus 108. agitur de seruo qui viuente testatore fugam arripuit.*

21 *Adducitur ad huius rei probationem l. si quis 8. D. de leg. 2.*

22 *Explicatur Constantinus Hermanopolus.*

23 *Sic culpa heredis fugit post testatoris mortem tenetur ad estimationem, nec cautio sufficit.*

24 *L. si quis 8. loquitur de herede, qui culpa vacat.*

25 *Refellitur Accur. quatenus existimat ibi fugisse culpa heredis.*

26 *Reprobatur etiam dum cautionem solum de restituendo, non de reducendo praestandam putat.*

27 *Improbatur etiam dum solum existimat habere locum si seruus ante aditam hereditatem fugerit.*

28 *Quomodo contingere potest culpa heredis circa serui legati fugam.*

29 *Fuga seruorum inter casus fortuitos numeratur.*

30 *Hinc heres non cogitur estimationem praestare, sed cautionem.*

31 *Quae cautio iudicialis appellatur, ergo quare.*

32 *In alijs quoque actionibus praestatur.*

33 *Seruus legatus tempore, quo iam erat in fuga, ita demum expensis heredis perquendus si quandoque esset expensis legatarij querendus, legatum esset inutile.*

34 *Heres tenetur pro usufructuario expensas, ergo onera publica praestare, si alias usufructus nullum adfert utilitatem.*

35 *Opinio Baldi Castren. ergo Alexandri circa rem hanc.*

36 *Refellitur.*

37 *Testator non presumitur voluisse inutilem suam dispositionem.*

38 *Verosimiliter creditur voluisse, ut res legata utilitatem legatario adferat.*

39 *Explicatur l. in rebus 18. §. possunt D. commo.*

40 *Fuga seruorum inter casus fortuitos numeratur.*

41 *Commodatarius agere potest contra commodantem ratione expensarum requirendi seruum post fugam, dummodo magna sint.*

42 Ci-

42 Cibaria autem impensa nunquam restituenda, & quare.

43 Minores impensas valetudinis, aut fugae tenetur praestare, commodatarius.

44 Ratio Bartoli, & Accursij refellitur à Fabro.

45 Differentia inter negotiorum gestorū, & cōmodati actiones.

46 Explicatur l. socium 60. §. i. cum l. seq. D. cōmod.



X his quæ supra dicta sunt, videlicet in legatis attendi solum, vt res legata fiat legatarij, in eumq; dominium transeat l. legatum 80. D.de leg. 2. l. à Titio 54. D.de furt. † ita vt nō attendatur qualitas rei legatae, sed solum vt efficiatur legatarij eius conditionis, qualis erat defuncti colligitur, aut intelligitur ratio Pomponij in l. si legati 58. D.de leg. 1. † tractat. ibi Cōsultus de eo, qui legati serui nomine stipulanti legatario promiserat seruum non fugitium praestari, in eamq; stipulationem nihil venire decidit, cum talis ex testamento praestari debeat, qualis apud testatorem fuerat, ne videlicet aliquod in legato damnum pateretur hæres. Ex quo tex. varia colligunt antiquiores interpretes cum Accur. hic † stipulationem videlicet interpositam regulari secundum naturam materiæ l. si stipulatus vers. verum si emptor D.de usur. l. i. §. si quis sub conditione D. vt legato. nomi. cane. Alex. de Immola, Castren. Angel. de Perus. hic Iason nu. 1. & 3. ad rubri. D.de ver. oblig. vbi id ad partes disputat. † Vnde si legetur seruus in specie († vt sic legatum in hoc tex. fuisse sentit Cuia. ad l. 2. C. de evicti. Caldas Perey. in typo de emptio. cap. 31. nu. 45. Donellus lib. 8. commen. cap. 19.) non tenetur hæres ad cautionem quod non sit fugitiuus, si iam viuente testatore, talis erat, sed ipsum praestare debet qualis est, vt in d. l. si à substituto in fine D.de leg. 1. † At si esset culpa hæredis factus fugitiuus bene teneretur sicut, & de eius peremptione sua culpa contingente l. quid ergo 53. §. si hæres D. eo. Cum igitur promittat cum tradit, vel asserit seruum fugitium non esse, non intelligitur se obligare si est fugitiuus sine sui culpa, sed solum si esset culpa sua, vt intelligatur stipulatio secundum subie-

8 subiectam materiam. † At in contractu emptionis tenetur indistincte venditor si est fugitiuus, etiamsi non sui culpa, cum pretium recipiat, ideo promittendo quod non sit fugitiuus, indistincte tenetur si contrariū reperiatur *l. si ita 31. D. de eius etio. l. si apud C. de adil. actio.* † Aliam rationem reddit Angel. de Perus. quod videlicet in dubio non intelligatur, quem se obligare velle ultra id ad quod se adstringit *l. i. C. de pact. pigno. d. l. si stipulatus D. de usur.* † Alio tendunt alij dum asserunt stipulationem erroneam nullius esse momenti, ut latè disputant Bart. & Dynus *ad l. si patronus D. de donatio.*

10 Hinc intelligendi Julianus, & Africanus, ex quorum sententia sequentia proponit Vlpianus in *l. cum seruus 39. D. de leg. i. Cum seruus legatus*, inquit, *in fuga esset, vel longinquo absens exigatur, operam praestare haeres debet, ut eam rem requirat, & præstet, & ita Julianus scribit: nam & sumptum an in hanc rem facere haeres deberet Africanus lib. 20. epistol. apud Julianum quaris, putatque sumptum præstandum, quod & ego arbitror sequendum.* Vnde seruum legatum in fuga existentem, vel longinquo loco absentem opera, sumptuque haeredis legatario præstandum aperte colligitur. Quæ sanè difficultate non carent.

12 Imprimis enim videbatur dicendum, neque haeredis sumtu, vel opera præstandum esse legatum † cum res legata, vbi reperitur, dari debeat *l. quod legatur 38. D. de iudi. l. cum res 47. §. i. D. de leg. i.* † voluntas siquidem testatoris, quæ totum facit in ultimis voluntatibus *l. si mihi 12. in fine D. eo. illa fuisse creditur, ut res legata si non esset eo loco vbi peteretur, ibi præstaretur vbi relicta esset, si non alibi eam præstari iusserit, ut scilicet hac ratione, quam minimo fieri possit haeredis sumptu, ac incommodo præstetur † nisi dolo malo haeredis subducta, vel in aliud locum translata esset, quo casu ibi præstāda est vbi petitur, licet nunquam ibi res fuerit *d. l. cum res 47. in princ. D. de lega. i.* † extra hunc casum semper fauendum haredi, ut minus oneretur *arg. l. Sēpronius 47. D. de leg. 2. minus autem oneratur præstando rem vbi est, videndus Donel. lib. 17. comment. c. 15. vbi Osual. litt. B. & c. 16. in princ.**

Insu-

De Seruis Fugitiuis. Cap. VII. 63

Insuper cōsidero cum Iasone *in hac l. cum seruus n. 4.* eum qui operam præstare tenetur, suo sumptu hoc facere adstrin-
gi *l. suo victu l. quod nisi 20. in princ. D. de oper. liber. Bart. in l.*
si non sortem \$. libertus *in penul. colu. ubi etiam Iason D. de cō-*
dit. indeb. & in l. 2. circa medium C. de negot. gest. & in l. liberti,
libertaque C. de oper. libert. † facit quod vaſſallus, qui est obli-
gatus sequi dominum, & eum iuuare, tenetur proprijs sum-
ptibus illud facere, ei ſcilicet ſeruire, niſi quando feudi fru-
ctus non ſufficerent ad expensas, ita Barto. *in l. Mænia §. 1.*
per illum tex. *D. de annu. lega.* Bald. *in l. qui manumittitur C.*
de oper. liber. Ludoſicus Romanus *in l. recusare 6. §. si quis à*
filio D. ad Trebelli. Oldrad. *conf. factum talc est quidam miles*
234. Cōtrarium autem ſentire videtur Consultus *in d. l. cum*
seruus: postquam enim opera hæredis legatum præſtandum
affirmauit, quærerit, an & eius sumptu, quod ſuperfluum om-
nino eſſet ſi ſumptus opera continerentur.

Vlterius, quod diſſicilius contra dictam *l. cum seruus 39.* 18
expendi potest, eſt Afſricani locus *in l. si seruus legatus 108.*
D. de leg. 1. vbi ait: Si ſeruus legatus viuo testatore fugiſſe di-
catur, & impensa, & periculo eius, cui legatus ſit reddi debet,
quoniam rem legatam eo loco præſtare hæres debeat, in quo
à testatore ſit relictā. Ex quibus apertè ſibi ſe opponit Afſrica-
nus, dum impensis, & periculo legatarij fugitiuum præſtan-
dum affirmat contra id quod *in d. l. cum seruus* expreſſe do-
cuerat.

Verum hæc & alia, quæ conſiderari poſſunt in cauſa eſſe
non debent, vt à priori recedamus ſententia, optimè videli-
cet Afſricanum *in d. l. cum seruus 39.* operas, ac ſumptus ad
hæredem ſpectare docere, cum de legato ſerui fugitiui lo-
quatur, qui poſt mortem testatoris fugam arripiuit. † At idem
Afſricanus *in d. l. si seruus legatus 108.* de fugitiuo loquitur,
qui viuente testatore aufugit, quo caſu periculo, impensaq;
legatarij quærendum fugitiuum tuetur Afſricanus, de quo
fugitiuo loqui in *d. l. si seruus*, vel ex illis ſolis verbiſ apparet,
quoniam rem legatam eo loco præſtare hæres debeat, in quo à
testatore ſit relictā, † quam diſtinctionem apertè probat, &
exponit

exponit Paulus in *l. si quis 8. D. de leg. 2.* *Si quis, inquit, seruum hæredis, vel alienum legauerit, & si fugisset, cautiones interponendæ sunt de reducendo eo, sed si quidem viuo testatore fugebit, expensis legatarij reducitur, si post mortem, sumptibus hæredis.* Obseruat Cuiaci. in recitat. solem. ad d. l. cum seruus 39.

22 *& ad d. l. si quis 8. & tractat. 5. ad Africanum in d. l. si seruus 108.* Pacius cent. 8. quest. 72. † Vnde optimè Constantinus Hermenop. in *Græca iuris ciuilis epito. lib. 5. tit. 10.* coniungit istas duas leges, cum tamen contrariaſ non iungat, eas intelligendo secundum distinctionem propositam in d. l. *si quis 8. D. de leg. 2.*

23 Quod intellige nisi dolo, vel culpa hæredis seruus fugerit: nam tunc tenetur ad æstimationem *d. l. cum res 47.* Couar. in cap. indicante nu. 6. de testamen. nec cautio sufficit, id est oblatra cautione de restituendo seruo non absoluetur *d. l. cum res 47.* §. itaque si sic seruus *D. de leg. 1. l. seruo legato 69.* §. vlt. *D. co.* † cuius casus *d. l. 8.* non méminit, nam est de hærede, qui culpa vacat, & ideo ad nihil præter cautionem adstrictus. †

24 Male ergo Accur. in specie illius tex. ait seruum fugisse culpa hæredis, etenim, vt vidimus, non absolueretur oblata cautione, sed damneretur omnino ad æstimationem litis. † Male etiam idem Accur. dum ait hæredem, qui culpa vacat caue-

re tantum de restituendo si seruus redierit, non de reducen-
do, non de perquirendo, cum tamen de vtroque cautionem
præstandam esse probet tex. in *d. l. seruo legato 69.* §. vlt. & *d. l. cum seruus*, in qua idem Hermanol. id apertius demonstrat

27 † Male etiam idem Accur. ad verba *d. l. si quis 8. ibi si post mor-tem addit, & ante aditam hæreditatem, non post aditam, quia etiā si post aditam hæreditatem seruus legatus fugisset, sum-
ptibus hæredis persequendus, & reducendus esset, quoniam præstandus ab hærede ibi est, vbi fuit mortis tempore, debet*

28 igitur ipse illum reducere suis impensis. † Culpa autem hæ-
redis in eo consistit si non custodierit, quem custodire debe-
bat, vel quem testator in vinculis habere solebat, vel eum,
qui non erat integræ opinionis non obseruauerit, vt docet
Cuius. *vbi sup.*

Cum

Cum vero seruorum fuga inter casus fortuitos numeretur *l.cōtractus 23.D.de reg.iur.l.in rebus 18.D.cōmod.& probat tex. in l.si procuratorem 8. S.fin.D.manda.* vbi si mandaui ut hominem emeres teneris mihi restituere , si autem dolo, hoc est pecunia accepta emere negligisti, aut lata culpa, hoc est gratia alicuius, teneberis, (non per hoc tamen excluditur leuis, vt notauit Donel.lib. 13.comment.cap. 11.) si tamen seruus quem emisti , fugit , si dolo, teneberis , si nec dolo , nec culpa, non teneberis (improuisus enim casus à mandatario non præstatur *l.à procuratore 13.C.manda.*) nisi ad hoc vt caueas si in potestatem tuam peruererit, te restituturum. † Hinc est quod hæres non cogitur serui , qui fugit æstimatione præstare: cauere tamen cogitur, vt vidimus, se boni viri arbitratu^m seruum requisitorum, & si nactus fuerit redditurum, † quæ cautio iudicialis appellanda, quia officio iudicis præstatur actione ex testamento *S. 1. I. de stipul.seruo. d. l.seruo legato 5. vlt. l.sic cum 14. S.quatenus D.de eo quod met.cau.* † quæque in plerisq; alijs actionibus præstatur *d.S.quatenus l.si filio 25. S.penult.D.solut.matri.l.redhibere 21. S.vlt.D.de adil.edic. l.si à bona fidei 27. in princ. iuxta Theophili tit. de diuis. stipula. sententiam D.de rei vind.*

Quod autem dictum hucusque fuit, seruum legatum eo tempore, quo iam erat in fuga quærendum esse industria, & expensis hæredis, ita intelligendū est, si seruus sic longè abest, vt si legatarij expensis quærendus esset, legatum redderetur inutile Bart.Castren.Alexan.in d.l.cum seruus Iason ibi nu. 6. qui ex *l.si res obligata 57. D.de leg. 1. id probat. Couar. in d. cap.indicanie nu. 6.de testamen.* Petr.de Ancarrano, Imola, & Abbas in d.cap.indicante, facitque tex.in l.concubinam, s qui horitos cum glof.fin. de leg. 3. † vbi hæres tenetur soluere pro usufructuário expensas pro tributis, & oneribus Republicæ, quoniam alias tale legatum esset inane , & nullam adferre utilitatem Bart.in l.his verbis *S. 1. D.de leg. 3. †* Licet autem hanc doctrinam cōmuniter amplexam limitent Castren. & Alexander post Baldum hic , quando testator tempore testamenti sciebat rem legatam esse in longinquio, ita vt tunc hæ-

36 res teneatur ad impensam, secus si nesciebat. † Verius tamen est indistinctè procedere, siue testator sciuerit, siue ignorauerit quando expensa in redimendo esset tanta, vt omnino legatum extenuaret, & illud redderet inutile, eo quia, qua ratione hæres tenetur ad expensam quando testator sciuit legatum fore inutile, eadem ratione debet teneri quando testator ignorauerit, † quia nō præsumitur ipsum voluisse id propter quod sua dispositio redditur inutilis *l. 3. D. de test. milit.* † Deinde quia si testator sciueret rem esse in loco ita longinquo sicut ignorauit, verosimile esset, & ita creditur quod voluisse per hæredem taliter præstari, vt vtilitatem afferret legatario *l. Titia cū testamento 34. §. 1. l. Mauius 77. in princ. D. de leg. 2.* Insuper quia si testator fuisset interrogatus, an vellet expensam ab hærede fieri, alias legatum redderetur inutile, verosimiliter respondisset, quod sic, argumento *l. tale pactum §. fin. D. de pact. facit ad institutū tex. in l. Mauia 13. §. 1. in fine ibi ex longinquis, breuibusque excursionibus, ē modo legandi D. de annu. legat.* Ita optimè hæc, & alia expendit Iason. *in d. l. cum seruus 39.* Vnde facillimo negotio dilui possunt, quæ pro dubitandi ratione supra adducta sunt.

Circa impensarum materiam nullo pacto omittendum est,
 39 † quod proponitur à Caio *in l. rebus 18. §. possunt D. commod.*
 40 † vbi postquā in princ. legis ad fortuitos casus seruorū fugam retulisset † posse iusta interuenire causas affirmat, ex quibus cum commodante agere possit commodatarius, videlicet super impensis in serui valetudine factis, que post fugam requerendi, reducendie eius causa factæ essent, dūmodo magnæ impensæ sint, ne aliqui ex commodatarij iactura locupletaretur ipse commodator. † Cibariorum autem impensæ nunquam iunt restituendæ, quia naturali ratione ad eum pertinent, qui vtendum accepit, & compensari debent cum opera, & ministerio serui, vt explicat Accur. *ex l. item si 30. §. vlt. D. de adil. edic.* † sicuti neque minora illa impendia valetudinis, aut fugæ tenetur præstare commodator, sed commodatarius † non ob illam rationem à Bart. & Accur. traditam, quod de modicis non curet Prætor *ex l. 4. D. de integr. restit.*

De Seruis Fugitiuis. Cap. VII. 67

reflit. eam etenim eleganter refellit Faber. *in ratio. ad hunc tex.* ex eo quia istæ modicæ impensaæ non negliguntur, imò compensantur ratione commodi, quod ex illa re percipitur. ¶ Diuersum omnino est in actione negotiorum gestorum: non enim qui ad aliena negotia gerēda accedit eo animo est, aut esse debet; ut ex alienis negotijs commodum ullum percipiat, quod cum impensis à se factis compensare possit. In actione vero commodati, & si quæ aliæ sunt similes commodum aliquod percipitur ab eo, qui in rem alienam impensaæ fecit, quas proinde cum eo commode compensare potest, & debet, nimirum si sint modicæ, alias contrario iudicio commodati. Hinc si me rogaueris, ut lancem cum seruo tibi commodasse, & seruus cum lance fugerit, non teneri qui commodatum accepit nisi fugæ præstiterit culpam, sicut nec si seruus lancem perdiderit. *l. si ut certo 5. si me rogaueris 13. D. commo.*

Huc spectat explicatio tex. *in l. socium 80. §. 1: cum l. seq. 46 D. pro socio*, vbi reiecta Labeonis sententia existimantis non posse socium actione pro socio recuperare impensam in securando factam dum vulneratus remansit resistendo communibus seruis venalibus in fuga erumpentibus, affirmat Vlpia: ex Iuliano quod Medicis pro se datum fuit posse actione pro socio recuperare, & rectè: non enim solum fuit impensum occasione, verum & causa societatis, & certè negari non potest, quin socius iste rem communem ad societatis commodum egerit, & damnum illud passus fuerit, quod alioqui passurus non fuisset ob societatis utilitatem, diuersum vero est in alijs exemplis à Labeone propositis, in quibus quidem non tam inspiciendum est, an socio quid relictum sit, vel non, quam vtrum quasi socio, & contemplatione societatis, *vt in l. si vero 84. §. item quidquid D. solut. matri.* Non omittendus est tex. *in l. item si 14. §. quod si homo 11. D. quod met. cau.* vbi ponit casum in quo homo periit sine dolo malo, & culpa eius qui vim intulit, si periit post cōdemnationem intra tamen tēpora iudicati actionis, quod est quatuor mēsium *l. 2. l. vli. C. de usuris rei iud. liberatur*, quia tripli

pēna propter facinus satisfacere cogitur, vel quia vtitur illatione concessa à lege, vt voluit Donel. lib. 15. comment. cap. 38. Secus si ante sententiam perijsset, quia post sententiam transfusa est prior actio in actionem iudicati l. post rem 50. D. de re indic. liberatur igitur per interitum præstatione rei quæ quadruplo inest. Osuald. autem d. cap. 38. litt. S. ait hoc ideo. eis quia ante sententiam tripli pēnæ locus non est, si itaque. liberaret tunc interitus, metus impunitus relinqueretur. *Pro eo autē qui in fuga esse dicitur*, prosequitur Consultus cautio ab eo extorquenda est, quatenus & persequatur, & omnimodo eum restituat, & nihilominus seruabitur actio ei qui vim passus est.

FACTVM REQVIRI, ANIMVM NON SVFFICERE,
vt fugitiuus quis dicatur, pluribus ostenditur, ad explicationem Triphonini nostri *in nostra l. fugitiuus 225. D. de verb. signif.* Plura de crimine Læsæ Maiestatis traduntur.

C A P. VIII.

S V M M A R I V M.

- 1 *Fugitiuus non ex solo animo, sed ex facto dignoscitur.*
- 2 *Iactare significat inaniter, iocoſe loqui, vel temere se laudare, vel ambitiosius ſe gloriari.*
- 3 *Iactatoria verba non obligant: præumptionem tamen induunt.*
- 4 *Faciunt contra iactantem indicium ad torturam, si est persona potens, & non solitus vanè loqui.*
- 5 *Quæ præsumptio ex qualitate personæ arbitrio iudicis est metienda.*
- 6 *Propositum ad effectum non reductum minimè nocet.*
- 7 *Maleficium dicitur ex ipso facto.*
- 8 *Cogitationis pœnam nemo patitur.*
- 9 *In delictis tria considerantur animus, factum, & delictum.*
- 10 *Maleficia regulariter requirunt factum, cum nascantur ex facto.*

II In-

De Seruis Fugitiuis. Cap. VIII. 69

- 11 *Iniuria non nascitur ex pacto, sed ex contumelia.*
- 12 *Fur non est, qui propositū furandi habet, si non contractauit.*
- 13 *Depositarius negans depositum non committit furtum, nisi id intercipiendo causa occultauerit.*
- 14 *Animus solus, factumue solum, adulterum non facit.*
- 15 *Idem de iniuria.*
- 16 *Idem de fraude.*
- 17 *Idem de aleatoribus.*
- 18 *Alea accipitur pro quolibet ludo, in quo fortuna, & casus dominatur.*
- 19 *Legibus Romanis fuit interdicta, & commissa Aedilibus cognitio.*
- 20 *Explicatur l. qui: quis s. C. ad l. Iuli. Maies. & nu. 30.*
- 21 *Cogitationem solum in crimen Læsa Maiestatis puniēdam esse existimant plures.*
- 22 *Eorum sententia reūgitur.*
- 23 *Cogitatio in iudicio Dei tantum punitur.*
- 24 *In exteriori foro non punitur.*
- 25 *Quia lex de occulis non iudicat.*
- 26 *Verior ratio proponitur.*
- 27 *Hinc explicantur Ciceronis, A. Gellij, & Iuuenalis loca.*
- 28 *Confirmatur ratio Menochij autoritate Seneca.*
- 29 *In crimen Læsa Maiestatis conatus ordinaria plectitur pœna.*
- 30 *Explicatur Cicero orat. pro Milone.*
- 31 *Elucidatur Seneca lib. 5. de benefi. cap. 14.*
- 32 *Cicero orat. pro C. Rabirio.*
- 33 *Tertulli. lib. de pœnitentia.*
- 34 *Seneca lib. in sapientem non cade. iniur. cap. 7.*
- 35 *Quintili. declama. 28 1.*
- 36 *Philo Iudæus.*
- 37 *Seruius ad Virgilium.*
- 38 *Qui delinquere incepit non est sine culpa.*
- 39 *Religiosus recedens de Monasterio sine licentia, non existens sub alicuius Pralati obedientia, fugiinus est.*

Liber



Ibet iam ad institutum redire. Dictum fuit suprà cap. 2. non ex factō solo, sed ex animo etiam, quem fugitium probari † nunc nō ex solo animo, sed factū etiam requiri ut fugitiū serius dici valeat ostendimus cum Tryphonino nostro ibi. *Fugitiū est*, inquit, *non is qui solum consilium fugiendi à domino suscepit, licet id se facturum iactauerit, sed qui ipso factō fugā initium mente deduxerit* Eccl. & inferius. *Et ideo fugitiū quoque, ē erronem nō secundum propositionem solam, sed cum aliquo actu intelligi constat.* Probat Paulus in l. bonum 43. §. 1. ibi, sed ē factī fugā nomen est D. de adili. edic. Confirmat Synopsis Basilicon lib. 2. tit. 2. de ver. sign. cap. 225. his verbis: *Furem, ē fugitiū, ē erronem, ē adulterum, ē aleatorēm non ex eorum animi propositione, sed ex actū dicimus.* Vnde patet, & actū, & animū fugiendi necessarios, ut tanquam fugitiū quis plecti possit l. quod si nolit 31. §. illud planè D. de adil. edic. l. quid ergo 70. §. fin. D. de usufr. tenet Petr. Faber. lib. 3. semeſ. cap. 9. Hinc asserit Triphoninus in nostra lege non esse fugitiū seruum quamvis frequenter se id factū iactauerit. † Iactare autem hic præter alias significaciones, quas tradit Rebus ad nostrum tex. inaniter, iocoſe loqui, vel temerè se laudare significat l. 3. in fine ibi, qui se legitimū creditoris haredem esse iactabat D. de transac. l. vlt. ibi: qui se Imperatorem facturum haredem iactauerat D. qui testa. face. poss. l. Paulus 47. §. 1. D. de bon. lib. l. 3. D. de pœnis l. vlt. C. de dotis promis. l. sciendum 19. §. illud D. de adil. edic. l. si quis & §. eius qui D. de inius. rup. irri. fac. test. Et vt ait Nonius iactare est ambitiosius gloriari Cicer. pro Sex. Roscio Ameri. *Hac su Eruci tot, ē tanta si nactus es in reo quandiu diceres? quomodo te iactares?* Quintil. lib. 4. cap. 13. Aduersarius enim fiduciam partis sua iactat Ouid. lib. 4. trist. eleg. 3.

Tempus ubi est illud quo te iactare solebas?

tenet ex Guillel. Forster. Osual. ad Donel. lib. 4. comment. cap.

3 13. litt. C. † Vnde iactatoria verba non obligare communiter dicitur, licet præsumptionem contra illum, qui aliquid se facturum iactauerit inducant, sentiunt Iacobus de Beluisu in practi.

De Seruis Fugitiuis. Cap. VIII.

71

practi.sit.de indicij n.39.vers.item si iactauit accusans Bald.
conf.275.vol.2.Alexa.conf.181.vers.præterea vol.2.Mascard.
de probatio.tom.2.conclus.1061.(Farinacio 1057.)nu.11.&
conclus.871.n.3.Farina.de indi.¶ tortu.quæst.50.n.5.† quod
sic intellige,vt si iactans sit persona potens,& non solitus va-
nos effundere sermones, sed iactationes exequi, tunc huius-
modi faciunt contra iactantem indicium ad torturam, secus
si is fuerit impotens, vilis, ac in effectu timidus, licet in ser-
mone,& iactationibus esset loquax Blanc.de indic.ad l.fin.D.
de quæstio.nu.183.in fine,¶ nu.187.Iacobus de Beluisu vbi
supra Alberi.in l.quod metum C.quod met.cau.Bald.& Imola
in l.vlt.vers.vlt.D.de hered.instit.Iason in l.1.C.de ser.fugit.
Felin.in cap.cum opportet nu.11.de accusat.Mascar.de probat.
conclus.89.nu.10.¶ 11.lib.1.¶ conclus.1061.num.12.lib.2.
Menochi.de arbitr.casu 361.n.39.† quam præsumptionem
ex personæ qualitate iudicis arbitrio metiendam docet Con-
sultus in l.fin.vbi D.D.D.de hered.instit.prosequuntur Me-
nochi.vbi proxii.Pute.traet.de sindica.vers.an stetur dicto
vers.¶ an si quis dixerit Bald.in l.3.C.de epis.audi.Mascar.
d.conclus.1061.nu.15.Farina.d.quæst.50.nu.7.

Ergo iam patet mente concipere se fugituum, si fugæ
actus nō sequatur nihil esse, cum † propositum ad effectum
non reductū minimè noceat l.si repetenii C.de condi.ob caus.
dat.† & maleficium dicitur ex ipso facto, non ex animi sen-
tentia,& proposito l.sepe 53.S.vlt.D.de verb.signif.† quia co-
gitationis pœnam iure ciuili nemo patitur l.cogitationis vbi
Bart.¶ Alber.D.de pœni.l.si qui uxori §.nec verbo D.de furt.
l.si quis testamento §.fin.vers.vlt.D.ad l.Aqui.l.3.D.de his qui
not.in fa.cap.cogitationis,¶ cap.cogitatio de pœnitent.distinc.1.
Et licet Aul.Gelli.lib.11.noc.Atti.cap.vlt.in hæc prorumpat
verba: Sed meminisse debemus furtum sine vlla atrectatio-
ne fieri posse, sola mente atque animo, vt furtum fiat anni-
tente. Quocirca ne id quidem Sabinus dubitare se ait, quin
dominus furti sit condemnandus, qui seruo suo, vt furtum
faceret imperavit: id tamen intellige,vt insinuat responsum
Sabini non de sola, ac nuda mentis cogitatione, sed quæ ad
factum

4

5

6

7

8

factum quoddam nempè mandatum , & consilium alteri da-
 tum de attrectanda re aliena, transit. Sic docet Ioan. Geddex.
 9 *in comment.ad tit.de verb.sign.in nostra l.fugitiuus nu. 5.* † Ex
 quo dicebat Alberi. *in l.quicunque D.de ser. fugiti.* quod in
 delictis regulariter tria considerantur animus videlicet fa-
 ctum, & delictum, prosequitur Antonius Gomesi. *lib.3.cap.*
 3. *num.30.in maleficijs enim regulariter requiritur factum.*
 cap.si quis nō iratus i s.quest. i.cap.Pisanis de restitut. spoliat.
 10 † delictum enim nascitur ex facto *l.si quis testamētum D.ad*
 l.Aquili. l.quis sit fugitiuus 17. S.apud Calium d.l.bouem §. 1.
 D.de adil.edic. §. 1. I.de obligatio.qua ex delic.nas.tradunt con-
 11 *gesti à Farina. de accusatio.quest. 17.nu.49.* † Vnde iniuriam
 non nasci ex pacto, sed ex contumelia dicit C. *in l.si vnius 27.*
 S.pactus versi.si paciū D.de pactis d.cap.cogitatio de pœnitent.
 distinc.prima. Probat optimè id Tryphoninus pluribus addu-
 12 ctis exemplis:imprimis de fure, † non enim fur est, qui furan-
 di propositum haber; si rem nō contractauit *l. 1.ibi,sola enim*
 13 *cogitatio furti faciendi, non facit furem D.de furt.* † Sic simili-
 ter is , qui depositum abnegat , non statim tenetur furti, sed
 ita, si id intercipiendo causa occultauerit, vt in *S.sequenti ei inf-*
 dem legis habetur l.3. §. si rem D.de adquir.poss.l.inficiādo 67.
 14 *D.de furt.l.procurator 55.D.demand.* † Item solus animus, so-
 lumue factum adulterum non facit, quid enim si existimauero
 eam iure à marito repudiata, atque ita vxorem duxero,
 quamuis solutum nō fuisset prius Matrimonium? adulterium
 re ipsa commissum fuit : non tamen deliquit animus ; vnde
 non incidi in *l.Iuliam de adulterijs l.penul. D.ad l.Iuli. de*
 15 *adulte.* † Idemque dicendum est de iniuria *l. illud §. 1. D.de*
 iniur. & Quintil.lib.7. cap.4. Actio iniuriarum, inquit, facto
 16 *Ex animo continetur.* † Idem etiam in fraude *l.in fraudem §. 1.*
 D.de his quib.vt indig. §. in fraudem l. quib.ex caus.manu.non
 licet l. ait Prator §. 1. D.qua in fraud.credit. l.fraudis 79. ybi
 17 Petr. Fabr. *D.de reg. iur.* † Tandem idem dicendum de alea-
 toribus, quorum etiam meminit hic Consultus noster, in qui-
 bus & continuus aleæ usus, non autem exercendi solum pro-
 positorum sufficere, patet ex toto tit. *D.de alea usu, Ex aleato.*

Alea

De Seruis Fugitiuis. Cap. VIII.

73

† Alea autem accipitur pro quolibet ludo in quo fortuna , & casus dominantur , adeoque etiam pro tesseris, & talis † quæ legibus Romanis fuit interdicta dato Ædilibus negotio animaduertendi in aleatores , qui in disciplinam ciuium publicam peccarent, multa adducit Thomas Dempste. *in notis ad Rossi.de antiqui.Romano.lib.5.cap.1.* sed plura Petr. Herodi. *lib.3.rer.iudi.tit.20.cap.1.* eruditissimè Pantoja de Ayala in *comment.ad l.final.C.de aleato in princip.* Constat igitur quod si consulto ad actum aliquem inferendi strupi matronæ , vel subtrahendi rem alienam, vel etiam ludendi peruererit, licet matronam non attigerit, rem non sustulerit, aleam non iece- rit, propter conatum tamen, animique volūtatem ad aliquem actum productam, adulterum, furem, aleatorem recte vocari; Fur ergo, & fugitiuus nō tantum à consumatione delicti, sed etiam à conatu æstimamus, nō autem à sola cogitatione, explicat sic Ioan. Gœddæ. *vbi supra in nostra l.fugitiuus nu.2. in fine.*

18

19

Nec nos turbare debet quod *ex l. quisquis 5. C. ad l. Iuli.* 20
Maiest. communiter contra supradictam doctrinam proponi solet ibi: eadem seueritate voluntatem sceleris, qua effectum puniri iura voluerunt. Ex quo Imperatorum rescripto in illa saltem delicti specie volūtatem solam eodem pacto puniendam, ac si facto coniunctam reperiremus, colligunt, † siveque solam cogitationem ad nullum factum reductam in Læsæ Maiestatis criminis puniendam esse arbitrantur ex *can. quisquis de pænitent. distinc. 1. Archidia in can. si quis. 1. quest. 6.* Affliet. *in feud. cap. 1. §. et bona committentium nu. 23. tit. quæ sint regalia.* Gigas tract. de crimi. *Læsa Maiest. sub rubr. quale,* Et quib. *hoc cri. commit. quest. 66.* sentireque videtur Cuia. in *comment. ad tit. C. ad l. Iuli. Maiest.* † Attamen verissimum, semper erit cogitationem solam ad nullum actum , nec imperfectum reductam etiam in crimine Læsæ Maiestatis nullis posse subjici pœnis, iuxta Barto. doctrinam in *l. 1. nu. 2. D. si in ius voc.* Decius in *l. 1. nu. 3. D. de reg. iur.* Decia. tract. *cri- min. lib. 9. cap. 28. nu. 4.* Menoch. qui elegantissimè rem hanc pertractat de arbitrio iudi. *lib. 2. cent. 4. casu 360. nu. 26.* Vnde

21

22

K semper

- semper erit rei ciēdum iudicium Francisci Primi Galliarum Regis, qui vltimo suppicio damnauit nobilem Normandiæ, quod ipsum occidere cogitasset, cuius detestandæ cogitationis pēnituerat iam coram Confessario, vt tradit Petr. Gregor. lib. 26. de Repub. cap. 7. nu. 9. Laudarem vero aliud iudicium, nisi esset Dionysij Tyrannis, qui damnauit tonsorem eo quod in ipsius officina cum confabularetur de illius dominio, dicereturque adeo stabilitum, vt nec facilius ademante frangi, comminuiè posset, responderit tonsor: *Miror cur hac vos tam serio, cum adeo sāpe nouacula ei barbam conficiam,* tradit Plutar. lib. de multiloquio, laudarem inquam, quia ibi tonsor non solum cogitauit, verum & modū occidendi Dionysium docuit: cogitatio enim si in puris cogitationis terminis sistit, nec ad aliquem actum etiam imperfectum deducatur † licet in rectissimo Dei iudicio puniatur, vt sentit Felin. trao. quando puni. conat. vers. si autem ad consensum Salycet. in lis qui cum telo in princ. C. ad l. Cornel. de siccari. & probet D. Cypria. in cap. nunquid, & D. Augustinus relati in cap. si propterea de peniten. distinc. 1. cap. sicut 32. quest. 5. Matthæ. cap. 5. Paul. ad Roma. cap. 7. vers. 7. & ad Titum cap. 2. vers. 12. Petr. epist. 1. cap. 2. vers. 11. Epif. 2. cap. 1. vers. 4. & Ioan. 2. vers. 16. † At-tamen in exteriori foro, apudq; hominum iudicia, huiusmo-di cogitatio plecti nequit d. l. cogitatio D. de pœnis cap. cogita-tionis de peniten. distinc. 1. † Ratio autem huius rei secūdum Cardi. in clemen. 1. §. sanè quest. 3. de usur. quem sequitur Felinus vbi proximè est, quoniam lex de occultis, quæ Deo tan-tum cognita sunt, nō iudicat cap. sicut, de Simonia cum simili. Glos. in d. l. cogitatio ait ideo esse, quia primi motus in homini-s potestate non sunt, quod inepte dicitur, cum non agatur de primo motu, sed de cogitatione reflexa. † Verior itaque ratio est adducta à Menochio vbi supra nu. 5. videlicet quod quemadmodum ius Pontificium, & Cæsareum est pro ho-minum actionibus conditum, ac de his, quæ extrinsecus ab eis geruntur, ita nec punire quæ intrinsecus apud eos sine al-terius læsione sunt meditata, vult, † hocque significauit Ci-cero lib. 3. officio. dum inquit. *Aliter leges, aliter Philosophi tollunt*

De Seruis Fugitiuis: Cap. VIII.

75

sollunt astutias, leges quatenus manu tenere res passunt, Philo-
sophi quatenus ratione, & intelligentia, & A. Gellius lib. 7.
noc. Attica. cap. 3. facta, inquit, sola censenda esse, atque in iu-
dicio vocanda, voluntates nudas, inanesque negligendas,
neque pœnis fieri obnoxias: etenim cogitatio facinoris eo non
dum cœpto cum intra cordis arcanum retineatur, legis pœ-
nam non meretur, cum voluntates (vt ait Cato) neque legi-
bus, neque pœnis fiant obnoxiæ. Vnde Iuuenal. Satyr. 3.

Nam scelus intrasē tacitus qui cogitat, ullum

Facti crimen habet

† Seneca lib. 1. de Ira cap. 14. Innocentem quisquis se dicit te-
stes respicit, non conscientiam. Conuenitq; prædicta ratio di-
uinorum, humanarumque legum diuersitati, apud illas enim
ob id punitur cogitationis peccatum, quia fini earum contra-
dicit, nempè vitæ æternæ, quæ hominem sine macula postu-
lat, apud has verò cogitationis peccatum non punitur, quod
fini earum, qui est pacem inter homines retinere, non oppo-
natur: nec enim is qui male cogitat, alium præter se lædit,
expendit optimè Alberi. in rubr. de legibus nu. 6. tradit pro-
sequiturq; latè materiam hanc Menochius d. casu 360. nu. 8.

28

† In crimine autem Læsfæ maiestatis solus ipse conatus, qui
aliquid amplius est, quam nuda voluntas, ordinaria plectitur
pœna Angel. in l. 1. §. vlt. D. quod quis iur. & ibi Iason. Mars. in
l. 3. in princ. nu. 2. D. ad l. Cornel. de siccari. & in l. is qui cum telo
nu. 20. C. eo. Alciat. resp. 479. Ludoui. Careri. in practi. crimi.
§. homicidij n. 15. Gigas d. quest. 66. Clarus §. fin. quest. 92. vers.
scias. Couar. in clement. si furiosus p. 2. in princ. nu. 7. de homici.

29

† Vnde iam non obstat d. l. quisquis supra obiecta, cum ibi
loquatur de cogitatione alicui conatui, vel actui exteriori
iuncta, nempè quando iam cum militibus, vel priuatis, vel
barbaris scelestam aliquam factionem inierit, hæc enim est
quædam cogitatio, sed demonstrata per aliquem actum ex-
trinsecum. Quod autem de hac cogitationis specie loquan-
tur Imperatores patet, quia dicunt: eadem enim severitate
voluntatem sceleris, qua effectum iura puniri voluerunt, hic
autem intelligit per iura tex. in l. 1. & 2. D. ad l. Iuli. Maiest.

30

K 2 in

in quibus non sola ipsa cogitatio, sed voluntas ad aliquem actum reducta consideratur, ut si dolo malo consilium initum est contra Principem, vel Rem publicam, si arma contra eos parata fuerunt, si seditione conuocati homines sunt. Sic probat tex. in *d.l.quisquis §. emancipatione* dum dicit *cogitarunt de societate incunda*. Tunc igitur delinquentes scelere nondum commisso, non usque adeo criminibus obnoxij fiunt, nec sceleri ita se obligant; ae si opere exequutum esset, sed Prætoris arbitratu pena modo maiore, modo minore pro noxa, & quo usq; ad facinus progressum fuerit puniri opportet, ut nec à pena immuniēs fiant, nec tam seuera legum disciplina, quam qui effecere, puniantur, t idque sentire visus est Cicero orat. *pro Milone* dum inquit: *Nisi quia res perfecta non est, ideo punienda non fuit, quasi exitus rerum, non hominum consilia legibus vindicentur, minus dicendum fuit re non perfecta, sed tamen puniendum certè.* Loquebatur Cicero aduersus Clodium, qui cum sicca Pompei trucidandi causa apprehensus fuerat, in quo totius Rem publicæ salus, & Maiestas periclitabatur, non dubiè maxima poena dignus erat, tametsi illud non consumasset, tanquam eo casu foret quo hominum consilia incepta, ac si exitum sortita fuissent poena coercerentur. Sic optimè Ciceronem intelligit Alexander ab Alexandro *lib. 2. dier. genia. cap. 16.* (Menochio 15.) Et sic intelligendus Tacit. *lib. 2. histo.* dum inquit, *nam qui deliberant deficiuerunt*, licet de alio loquatur, quasi per verbum illud *deliberare*, neque cogitatio sola, nec plenum factum denotetur, & facit *l. 1. §. casum ibi, sed de hoc deliberabimus D: de postul.* Punitur autem quia qui deliberat, non detestatur, pro ut facere deberet, sicut & de eo qui tacet conspirationem aduersus Principem ordinaria poena esse puniendum cœcludit maxima cum eruditione D. Ioannes Baptista Larrea *in suis allegatio. Fiscal. alleg. 65. per totam par. I.*

Et sic praedicta obseruari etiam possunt pro explicatione Nou. Const. huius dominij Mediolani tit. *de pœnis §. homicida*, vbi tanquam homicida punitur non is qui occidere cogitauit, sed is qui *vulnerauertit, aut infultum cum telo euaginato fecerit:*

fecerit: animo tamen deliberato occidendi, etiamsi non laetatur vel occidat, & videndus super d. Constit. Horat. Carpa. in cōment. ad ipsam nu. 31. Et 49. Conrad. in rubr. de Parrici. nu. 5. vers. hancque pœnam, Et nu. 8. exemplificat in emente venenum, ut patri daret, licet non dederit Pistor. cap. i 3. tit. de accusat. lib. 2. Mago. decis. Lucen. 36. Et libenter circa explicationem dictæ Constitutionis subsisterem, nisi inuenissem clausam viam per dictum Carpanum, qui ubi supra vers. etiam non sequente morte nu. 1045. explicat omnia, quæ circa conatum, non sequuto effectu, puniendum dicuntur possunt:

Vnde lucem accipiet Seneca lib. 5. de benefic. cap. 14. Licet, inquit, beneficium non sit quod accipit, ipse tamen ingratus est, quia non fuit redditurus etiamsi accepisset. Sic latro est etiam antequam manus inquiet, quia iam ad occidendum armatus est, Et habet spoliandi, atque interficiendi voluntatem. Exercetur, Et aperitur opere nequitia, non incipit. Ipsum quod accepit beneficium non erat, sed vocabatur, sacrilegi dant pœnas quamvis nemo usque ad Deos (vel ut alij legunt ad Cælos) manus porrigit + Cicero etiam orat. pro C. Rabirio perduellionis reo. Nisi vero, inquit, interesse aliquid putas inter eum qui hominem occidit, Et eum qui cum telo hominis occidendi causa fuit. Si interfici Saturninum nefas fuit, arma sumpta esse contra Saturninum sine scelere non possunt + Tertullianus quoque lib. de pœnit. sic ait: Non facti solum, verum Et voluntatis delicta vitanda, neque enim si mediocritas humana factis solum iudicat, quia voluntatis latebris pars non est, idcirco crimina eius etiam sub Deo negligamus. + Et Seneca lib. in Sapientem non cadere iniuriam cap. 7. Omnia scelerata etiam ante effectum operis, quantum culpæ satis est, perfecta sunt. + Et tandem Quintilianus declama. 281. Non quidam mens exitu astimanda est, nam, Et qui impetum in patrem strieto gladio fecisset retentus diceret. Non occidi. Si venenum paratum deprehendisset, diceret. Non occidi + Huc referendus Philo Iudæus à Petr. Fabro lib. 3. scmes. cap. 8. relatus, & traditus sic: Si quis ensem deduxerit, ut interficiat, etiamsi non interfecerit reus est, deliberatione homicida extitit, quamvis effetus

32

33

34

35

36

37

- 38 *Etus cum voluntate non fuerit coniunctus. + Sic etiam intelligendus Serui. Honor. in illud Virgi. 6. Eneid. Ausi omnes immane nefas, ausoq; petiti: Romanorū iure, inquit, non tantū effetum puniri verum ipsam voluntatem, quod & proditum est in l. i. ibi pari sorte leges scelus punire, & sceleris voluntatem C. Theodos. ad l. Iuliam de ambitu, videndus Cuia. lib. 15. obser. cap. 25. & lib. 8. cap. 22. l. cotem s. dominus D. de publi. & vettig. l. 3. s. si quis valens D. de re milit. + non enim sine culpa est, qui delinquere incoperit, licet non perfecerit l. i. s. fin. D. de extraor. crimi. Cepola in l. si fugitini C. de ser. fugi. + Hinc Religiosus eo ipso quod recedit de suo Monasterio sine sui Superioris licentia, & non est sub Prælati obedientia apostata, & fugitiuus dicitur Panor. in cap. fin. de renunciat. Rebuf. in prax. benef. 2. p. tit. de disp. cum reg. fa. n. 17. cum seq. de quo tamen latius infra cap. 21.*
- 39
- 40

POSSESSIO SERVI FVGITIVI POENES
quem reperiatur latè discutitur. Elucidatur Papinianus in l. si rem 47. D. de adquir. possess. l. homo liber. 54. s. vlt. D. de adqui. rer. domi. aliaque iura in hac materia.

C A P. IX.

S V M M A R I V M.

- 1 *Circa hanc questionem in varias abierunt Consulti sententias.*
- 2 *Nerua filius erat affecta Proculeianorum.*
- 3 *Iulianus, & Cassius erant Sabiniiani.*
- 4 *Seruus fugitiuus à domino possidetur.*
- 5 *Expenditur ad rem tex. in l. si mandauero 22. s. fugitiuus 9. D. manda.*
- 6 *Quoties numerādus est seruorum numerus ob l. C. animam etiam fugitiui computantur.*
- 7 *Seruus nec aliarum rerum possessione, nec sua priuare dominum potest.*
- 8 *Elegans tex. in l. Titius 8. D. de ser. export. ad id expeditur*

g Non

De Seruis Fugitiis. Cap. IX.

79

- 9 Non potest dominum possessione priuare, ne in potestate seruorum sit fuga se dominorum potestati subtrahere.
- 10 Intellectus l. arboribus 12. §. de illo D. de usufru.
- 11 Idem in seruo agrota.
- 12 Opera quando debeant cedere ad intellectum l. opera 7. D. de usu, & usufr. leg.
- 13 An sint opera infantis.
- 14 Impuberis sunt aliqua opera.
- 15 Explicatur l. caterum 31. D. de rei vindici.
- 16 Quid in homine defect & senectutis, & de agro sterili.
- 17 Dominus tenetur de facto fugitiui.
- 18 Explicatur l. Titianus D. quod cum eo & c.
- 19 Seruus fugitiuus apud VVisigothos si ex artificio suo alii quid adquirebat minus vindicabat.
- 20 Possessio quid sit.
- 21 Dicitur detentio.
- 22 Qui sine affectu dominandi tenent, non possident.
- 23 Res incorporales quia non detinentur, nec possidentur.
- 24 Illa verba cum effectu dominandi exprimunt animum detinenter, ut scilicet possideat tanquam dominus possessio.
- 25 Dominium possessionis vocatur.
- 26 Explicatur breuiter l. i. §. furiosus §. caterum, & §. per procuratorem l. 3. §. i. & §. Neratius, & §. in amittenda l. qui iure q. l. quamvis 46. D. de acquir. possess.
- 27 Qui tenent sine affectu dominandi possessionem, non possident.
- 28 Veluti Commodatarius.
- 29 Colonisiue inquilini.
- 30 Fructuarij.
- 31 Conductores.
- 32 Precarij possessores.
- 33 Secus si possessio eis precario concessa sit.
- 34 Explicantur breuiter l. et habet 15. §. eum qui l. qui precario 17. l. vlt. D. de preca. l. quacunq; 13. §. i. D. de publi. in rem actio. l. si seruus 22. §. i. D. de noxali. actio. l. communi

- muni 7. §. inter prædones D. commu. diuid. l. Pomponius
 13. §. is qui precario D. de adquir. possess.
- 35 Is qui custodia causa ex primo decreto à Prætore in posses-
 sionem mittitur, non possidet, sed detinet.
- 36 Possessio est facti, & consit in detentione.
- 37 Non solum quatenus detentio consit in facto, uerum &
 quatenus affectum dominandi in se continet tota facti est.
- 38 Statuto an posseit caneri ut possessio transeat absque appre-
 hensione.
- 39 Expenditur l. si rem 47. D. de adquir. possess.
- 40 Proponitur sententia Accursij.
- 41 Argumentum à contrario sensu validum est in nostro iure.
- 42 Cuiacij sententia proponitur.
- 43 Melchioris de Valentia iudicium adducitur.
- 44 Expenditur.
- 45 Partim refellitur.
- 46 Agens, & patiens idem non potest esse.
- 47 Seruus fugitivus sui furtum facit ne per usucacionem, aut
 præscriptionem dominis subtrahatur.
- 48 Usucapi non potest.
- 49 Furtum absque interuersione possessionis non fit.
- 50 Expenditur l. falsus 43. §. si is qui indebitum D. de furt.
- 51 Fictio brevis manus non operatur nisi inter præsentes.
- 52 Furtum non fit rei cuius nullus possessor est.
- 53 Hæreditati furtum non fit.
- 54 Furto semper interuerit titut possesio.
- 55 An furtum dici posse respectu hæreditatis iacentis uariant
 Consulti.
- 56 Ciceronis locus ad institutum expenditur.
- 57 Furtum fieri etiam solius usus, uel ipsius rei respectu, plu-
 ribus probatur.
- 58 Vele etiam respectu dominij.
- 59 Et rei cuius nullus existit possessor.
- 60 Expenditur l. si pignore 54. in princ. & §. 1. l. si is qui pigno-
 ri 73. D. de furt.
- 61 Possessio pignoris est creditoris, non debitoris.

62 Pos-

De Seruis Fugitiuis. Cap. IX.

81

- 62 Possessio in commodato, neque primi cōmodatarij est, neque in secundum transfertur.
- 63 Expenditur l. cum qui 14. §. si res D. de furt.
- 64 Consideratur l. hereditaria 68. D. eo.
- 65 Adducitur l. 5. §. idem ait 8. D. de insti. actio.
- 66 Exponitur l. creditori 15. §. vlt. iunc. l. si is qui 59. D. de furt.
l. rem 21. D. commod.
- 67 Proponitur sententia Fulgosij, 65 amplectitur.
- 68 Respectu creditoris in pignore, aut possessoris bona fidei sursum plerumque fit possessionis.
- 69 Vnde intelligitur l. 1. D. de distract. pigno.
- 70 Deficiente contractatione non fit furtum.
- 71 Vnde intelligitur l. falsus 43. §. si is qui indebitū D. de furt.
- 72 Contractatio furis detentioni prioris possessoris propriè opponitur.
- 73 Intelligitur l. inficiando 67. D. de furt. l. 3. §. si rem D. de adquir. possess.
- 74 Explicatur l. 1. §. Scāuola D. si is qui ref. lib. esse. ius. fue.
- 75 Soluitur secundum argumentum supra propositum.
- 76 Amplectitur sententia Valentiae supra adducta.
- 77 Explicatur l. homo liber. 54. §. vlt. D. de adquir. rer. domi.



Vccedit ex difficilioribus, quæ in hac materia excogitari possunt, quæstionibus vna, in cuius videlicet possessione existat seruus dum in fuga est, quæ & grauior, & difficilior ex eo redidit, † quod ex l. 1. §. per seruum qui in fuga D. de adquir. poss. constet diuersas, omninoq; oppositas fuisse antiquorum Consultorum sententias. † Prima fuit Neruæ filij asseckæ Proculeianorum l. 2. §. vlt. D. de orig. iur. qui per seruum, qui in fuga degit, nihil possidere dominum posse asserit: nam licet à Prudentibus respondeatur talem seruum à domino, & possideri, & vsucapi, quandiu nemo alias nactus fuerit eius possessionem: hoc tamen cum utilitatis causa receptum sit quo ad vsucaptionem, minimè ad adquisitionem producendum, maximè cum aliæ res mobiles, & etiam pecu-

1

2

L des

des desinant à nobis possideri, simulatque naturalem eorum possessionem ita amisserimus, vt etiam si velimus, eam recuperare non valeamus *l.3.§.Nerual.Pomponius 13. D.de adquir.possess.* † At Julianus, & Cassius, vtpotè Sabiniani *d.l.2.§.vlt.* diuerfimodè asseruerunt: inquiunt enim per seruum, qui in fuga sit dominum posse possessionem adquirere, sicut per eos quos in Prouincia habet, idque approbat Paulus in *d.S.per seruum qui in fuga.* † Ex quibus iam apparet seruum hunc fugitium à domino possideri, vt fatetur Paulus ibi, & probant iura in *l.Pomponius 13.l.rem qua 15.l.si rem 47. D.de adquir.possess. l.serui, et filij 17. §.vlt.D.de furt. l.2.§.si fugitiuus 25. D.de vi bonor.rap.l.arboribus 12.§.de illo D.de usufruc. l.5.§.vlt.D.ad exhiben.l.bona fidei 21. §.vlt.cum sequenti D.de rei vindic. facit l.in accessione 8. D.de dixer. Et tempo prescrip.* † Et præter omnes obseruo in hac re tex. in *l.si mādauero 22.§.fugitiuus 9.D.manda.* vbi cum fugitiuus seruus meus esset apud furem (sic appellatur is qui scelat fugitiuum) pecuniam quæsiuit ex qua seruos emit, eosque Titius voluntate sua, rogatu serui sibi traditos accepit. Titius mihi tenetur actione illius mandati, quasi quæsita mihi per fugitiuum seruum meum, vt eos seruos mihi præstet, quia fugitiuus meus Titio mandasse intelligitur, vt eos seruos à venditore per traditionem acciperet. Sed si sine voluntate fugitiui seruos vendor Titio tradiderit, vendor tenetur actione exempto, quasi quæsitos mihi per fugitiuum seruum meum, ex quo satis constat illum me in possessione retinuisse, cum per eos, quos non possidemus, nihil adquirere possimus. Sentiant ita, Bart. Castrren. Alexan. Duare. Giffa. Cuia. in *d.S.per seruum 14.* idem Cuia. in *d.l.rem qua 13. Et lib.26.quaſt.Papini.in d.l.si rem 47. D.de adquir.poss.* Speculat. tit. de accusa. §.1. vers. hoc tamen. Bertachi. in reperto. ver. fugitiuus nu. 20. Ant. Faber in ratio. ad *l.si seruus 15. D.de public.in rem actio.* Donel. lib. 5. comment. cap. 12. vbi Osual. litt. F. Melchior de Valentia lib. 1. illustr. tract. 2. cap. 10. Amaya lib. 3. obseru. iur. cap. 1. §. 3. nu. 47. Ioan. Altusius in *dicaeologia lib. 2. cap. 13. nu. 17.* † & ita quoties numerandus est seruorum numerus propter

pter Legem Fusiam Caniniam etiam fugitiui computantur, quia à domino possidentur, vt notauit Paulus lib. 4. sent. 1. 4. §. *quoties*. Propositæ autem conclusionis illam Consulti redund rationem, t̄ quod quemadmodū seruus aliarum rerum possessione dominum priuare nequit, ita nec sua quidem d.l. rem qua 15. ibi. *Et hac ratio est quare videamus fugitiuum, possidere, quod is quemadmodum aliarum rerum possessionem interuertere nō potest, ita nec suam quidem potest D.de adquir. possess.* t̄ Et est elegans tex. ad id adhuc à nemine animaduersus in l. *Titus* 8. ibi, *quia nec domino auferre se potest. D.de ser. export.* de quo infra t̄ ne in potestate seruorum sit fugacē dāndo, dominorum se subirahere potestati, vt D. Pius recripsit relatus à Martiano in l. *interdum* 16. §. *serui D.de publi. 65 ve-* & t̄. supra cap. 5. n. 12. expensa d.l. *Pomponius* 13. *D.de adqui. possess. l.fin. D.de ser. fugit.* vbi periculū discriminis vitæ quod seruus iniussu domini cum bestijs pugnando subierat, non prodest seruo, vt domini potestatem effugere in arenam secando possit, quāuis acclamante populo feram vicisset, exornat D. Ioan. Suarez in comment. ad l. *Aquila*. lib. 1. cap. 5. sec. 6. nu. 29. Vel vt Giffani vbi supra n. 58. affirmat magnam molestiam in seruis custodiendis dominis adferret, & ipsos seruos inuitatet ad delinquendum, si eorū arbitrio esset fugiendo priuare dominos possessione.

Vnde intelligendus venit Pomponius in l. *arboribus* 12. §. *de illo* 3. *D.de usufruc.* vbi statuit quod si fugitius in quo habeo vsumfructum stipuletur ex re mea aliquid, vel per traditionem accipiat, retinere me vsumfructū, quod probat Consultus eo argumento, quod etiam si præsentibus seruis non vtamur, tamen vsumfructum retinemus, t̄ & ponit exēplum in seruo ægrotante cuius meminit l. *vlt.* §. 1. *D.de oper.seruo.* quem debilem appellat ibi Vlpianus, & nullam operarum illius æfimationen fieri debere, sicut nec de minore quinq; annorum, concludit, t̄ & probat etiam tex. in l. *operæ* 7. *D.de usu, et usufruc. lega.* vbi cum dubitaretur quando cedere debeant operæ testamento relicta vtrum ex quo eas petit legatarius, an ex quo hæreditas adita est, & cum responsum sic

- ex die petitionis cedere, quærebatur si æger seruus eis ceperit post petitionem cui peribunt, & legatario perire afferit.
- 13 † Vtitur etiam Consultus alio exemplo *in nostro S. de illo 3.* scilicet de infante & est tex. *in l. si infanti 55. D. eo. tit. de usu fruc.* & meminit Paulus *lib. 3. sentent. tit. 6. §. 18.* & nullas esse infantis operas ait tex. noster, † licet enim impuberis aliquæ operæ esse possint vt ait Consultus *in l. ceterum 31. D. de rei vindi.* non tamen infantis, qui intelligitur ille qui minor est septennic, & loqui potest, non tamen intelligit *l. 1. §. 2. D. de adminis. tuto. l. si infanti 18. in princ. C. de iur. delib. l. in sponsa libus 14. D. de sponsa. l. quamuis 3. 2. §. infans D. de adquir. poss. Menochi. lib. 2. de arbitra. casu 57. nu. 9. E5 17. Usual. ad Donel. lib. 7. cap. 9. litt. D. Anto. Pichar. de adquir. hæred. cap. 22. Petr. Grego. lib. 15. syntag. cap. 23. num. 5. Amaya lib. 1. obserua cap. 9. nu. 20.*
- 15 Sed antequam interpretationem tex. nostri prosequamur sistendum parumper est super eo quod ait Paulus *in d. l. ceterum 31.* videlicet improbe desiderare petitorē fructus æstimari qui ex artificio eius percipi potuerunt quod artificium sumptibus possessoris didicit, conueniens resolutio æquitati, quæ semper inspicienda est, vt cum possessor seruum suis sumptibus docuerit non debebit petitor fructus æstimate, & quod tex. ait *improbe*, legit Synopsis Basilicon *impudenter* nō enim patitur æquitas vt locupletetur petitor fructibus artificij quod sumptibus possessoris didicit.
- 16 Prosequitur Consultus noster, & ponit exemplum in homine defectæ senectutis, nam licet eo non utamur, tamen non propterea amittimus usum fructum, sicuti neque agri sterilis si eum ararus, & tandem institutum probat autoritate Iuliani, qui asserebat retineri à proprietario possessionem etiamsi in fuga seruus sit, iuxta tex. *in l. 3. §. si seruus D. de adquir. poss.* & ita etiam retinetur ab usumfructuario usumfructus. In *§. idem 4.* disputat quid dicendum casu quo aliis nactus sit fugitiui possessionem, & plures casus distinguit, de quibus iam egimus.
- 17 Et valde rationi, & æquitati cōsentaneum hoc fuit, † cum enim

De Seruis Fugitiuis. Cap. IX. 85

enim teneatur dominus de factis fugitiui, vt mox dicam,
et quum est vt neque dominio, nec possessione eos fuga pri-
uare possint. + Dixi teneride factis fugitiui, vt probat tex. in
l. Titiarius 8. D. quod cum eo qui in aliena potest nego. ges. es.
dica. Vbi cum Titianus preposuisset seruum mutuis pecunijs
dandis & pignoribus accipiendis, & is seruus soleret etiam
pro negotiatoribus hordei suscipere debitum & soluere, fu-
git seruus, & is cui delegatus fuerat dare pretium hordei cō-
uenit eius dominum nomine institoris, Præfectus Annonæ
contra dominum pronuntiauit. Pro parte domini allegaba-
tur seruum non in eam rem præpositum fuisse, & sic non te-
neri iuxta dispositionem tex. in *l. in eum 19. § seruus D. de in-*
stti. actio. Vbi dominus nō tenetur si seruus pecunijs feneran-
dis tantum præpositus, per intercessionem & alienum suscep-
perit, sed in contrarium expendebatur eum seruum horrea
conduxisse, & alia gessisse, & multis soluisse, & videbatur esse
quasi fideiussorem cum pro alio soluerit nō suscepit debi-
tum, paria enim sunt fideiubere, expromittere & iudicium
pro alio suscipere & licet non soleat ex hac causa in dominū
dari actionem, nec videri hoc dominū mandasse, tamen
quia videbatur dominum in omnibus seruum suo nomine
substituisse, ideo eius contraetibus tenetur, & sic sententiam
Præfecti Annonæ Imperator confirmauit, seu conseruauit, vt
defendit Cuia. lib. 17. obser. cap. 20. in fine.

Adeo autem verum est fugitiuum aliarum rerum posse-
sionem domino interuertere non posse, vt si aliquid dum in
fuga est de artificio suo, vel quocunque alio labore iuste ad-
quisierit, dominus eo inuento vindicabat omnia, ita colligi-
tur ex legibus VVisigothorum cōgeslis per Fridericum Lin-
denbrogium. Est in lib. 9. tit. de fugitiuis cap. 17. cuius verba
sunt hæc: *Si seruus in fuga positus aliquid dum in ea fuga est*
de artificio suo vel quocunque iusto labore adquisierit. dominus
eiusdem cum inuenerit, vindicet sibi omnia, ceterum si cum re-
bus furatis eum dominus suus repererit, nihil exinde sibi defe-
dere poterit, sed ei qui perdidit, reddere non tardabit. Si vero
damnum, aut quocunque crimen isdem fugitiuis admisisse

con-

conuincitur, ille componat, qui latebras ei prabuisse cōuincitur.

Sed suprāproposita sentētia licet pluribus, hisque firmissimis videatur nixa rationibus, adhuc tamen plurima possunt opponi iura, imprimisque obstat valde natura ipsius possessionis: inter tot enim definitiones ab interpretibus adductas

20 † placuit semper illa tradita à Theophilo in §. itē vobis verf. nō solum autem I. per quas per. nob. acqui. vt scilicet sit detentio cum animo dominandi, vel cū affectu domini, quibus verbis si addantur illa circa possessionem, remanet satis possessio-
nis essentia explicata. Eam probant licet nō ita clarè Duaren.
lib. 1. dis. cap. 8. Donel. lib. 5. comment. cap. 8. Osual. ibi lītt. G.
VVefembech. in parat. ad tit. de interd. nu. 2. Anto. Fab. in Iu-
rispr. Papini. tit. 2. princ. 5. illa. 3. §. de possessione defuncti Pichar.
in princ. I. de interd. art. 2. nu. 26. Gothofr. in l. 1. D. de adquir.
poss. Brifoni. de ver. sig. ver. possidere Cuia. lib. 9. obser. cap. 33.
Contius lib. 1. disp. cap. 9. Hermanop. in prompt. iur. lib. 2. tit. 1.
post princ. quos omnes refert, & sequitur definitionem istam
eruditè, ac subtiliter defendens Præceptor meus, imò com-
munis, totius Hispaniæ decus insigne, huius præteritorumq;
ſæculi Iuris Consultorum maximus, innumeris titulis à me
colendus D. D. Franciscus Ramos del Mançano Primarius
olim in Salmanticensi Schola iuris Cæfarei interpres, dein
Præses Magistratus Extraordinarij Mediolanensis, & nunc in
supremo rerum Italicarum Domini nostri Regis Consilio
Regens. Cætera quis nescit? virtutum omnium simulachrū,
integritatis speculum, & iustitiæ vera sedes in recitat. no-
uantiquis manuscriptis ad iit. D. de adquir. poss. ad l. 1. nu. 14.
21 quam explicat in hunc qui sequitur modum. † Quatenus igi-
tur detentio, conuenit possessioni, quæ in hoc sensu detentio,
ſeu detentatio dicitur l. ab hostibus 15. §. vlt. D. ex quib. cau-
maio. l. si quis 8. §. 1. C. de præscr. 30. vel 40. anno. l. penult. C.
22 unde vi, † conuenit etiam nudæ detentioni, quæ inuenitur in
his, qui sine affectu dominandi tenent, ideoque nō possident
l. officium 9. D. de rei vind. & à possessione distinguitur l. 1.
§. unde D. quor. lega. l. et uno 18. §. 1. D. de acceptil. d. §. est au-
tem vbi Theophilus l. quib. mod. tolli. oblig. † excluditque illa

vox

De Seruis Fugitiuis. Cap. IX.

87

vox res incorporales, quæ quia non detinentur, nō possiden-
tur l. 3. D. de adqui. poss. l. 4. §. si viam D. de usucap. l. si aedes 32.
§. vlt. D. de seruit. vrba. † Illa autem verba cum affectu domi-
nandi exprimunt animum detinentis ut possideat, ut scilicet
affectum habeat tanquam dominus possessionis eam tenen-
di, & ei dominandi tanquā sux, siue vt Iuris Consulti loquun-
tur esse, agere, & gerere se pro domino circa possessionem,
ut dicitur in l. 5. D. ut in poss. legat. l. filius fa. 114. §. idem Prin-
cipes D. de leg. 1. l. titia 48. D. de solutio. l. inficiando 68. D. de
furi. l. 2. C. de adquir. poss. † namque & dominium possessio-
nis nominatur in l. 1. C. Gregori. Si sub alter. nomi. res empt.
erit. l. 2. C. Theodos. de mater. bon. † Sicq; explicandum quod
dicitur de animo, mente, & affectione possidendi in l. 1. §. fu-
riosus §. ceterum, & §. per procuratorem l. 3. §. 1. & §. Neratius,
& §. in amittenda l. qui iure 4. l. quamuis 46. D. de adquir.
poss. † Vnde ij omnes, qui tenent sine affectu dominandi cir-
ca possessionem, nō possident: quia possessioni tanquam alien-
æ incumbunt, alieno etiam nomine † veluti commodatarij
d. l. officium 9. D. de rei vindi. l. rei 8. D. commod. l. 3. §. sed si is
20. D. de adquir. poss. l. 1. §. quod autē 33. D. de vi, & vi arma.
Depositarij d. l. 9. D. de rei vindi. l. licet 17. §. 1. D. deposi. d. l. 3.
§. sed si is 20. l. stipulatio ista 38. §. habere D. de verb. obligat. d. l.
1. §. quod autem D. de vi, & vi arma. l. inficiando 77. D. de
furi. † Coloni, siue inquilini l. certè 6. §. is qui D. de precal. l. non
solum 33. §. quod vulgo in fine D. de usucap. l. 3. §. ceterum l. si
de eo 40. §. 1. l. peregre 44. §. quibus cum l. seq. D. de adquir.
poss. l. 1. §. deniq; 10. & §. quod seruus 22. D. de vi, & vi arma.
l. cum in plures 60. §. 1. D. locati l. quadam 77. D. de rei vindi.
† Fructuarij l. adquiruntur 10. §. vlt. D. de adqui. rer. domi. d. l.
6. §. is qui D. de precar. l. 1. §. per eum, & §. quod autē 33. D. de
adquir. poss. l. Celsus 5. §. 1. D. ad exhib. l. 1. §. unde 8. D. quor.
legat. † Conductores d. l. 9. D. de rei vindi. l. interdum 21. §. ult.
D. de adquir. poss. l. serui 16. D. de peric. & com. rei uend. l. 2. C.
de praf. 30. uel. 40. anno. l. 1. C. commu. de usucap. l. qui bona 19.
l. respignoris 37. D. de adquir. poss. d. l. quadam 77. D. de rei
vindi. l. si pignus 37. D. de pignor. actio. tex. in l. si aliquam 28.
D. de

24

25

26

27

28

29

30

31

- 32 *D.de adquir.poss. t hi etiam qui precario habent usum rei d.l.*
 33 *6. §. is qui D.de preca. t Secus autem si possessio eis precario concessa sit: tunc siquidem non tantum utuntur, sed verè proprièque possident, cum affectu dominandi possessionem ipsam, habeant, t de qua possessionis precaria concessione intelliges iura, alias difficultia in l. 3. l. et habet 15. §. eum qui l. qui precario 17. l. vlt. D.de preca. l. quacunque 13. §. 1. D.de publi. in rem actio. l. si seruus 22. §. 1. D.de noxa.actio. l. communi 7. §. inter pradones D.commu.divid.l. Pomponius 13. §. is qui precario D.de adquir.poss. t Eorum etiam qui non possident, sed tantum detinent numero adjici potest is, qui custodiæ causa ex primo decreto à Prætore in possessione mittitur l. 3. §. vlt. l. si quis ante 10. §. 1. D.de adquir.poss.d.l. officium 9. l. 3. §. credidores D.vti possid. l. 1. §. quæsitum D. quor. legato. l. cum legatorum 12. D. quib. ex caus. in poss. eatur l. 2. D. probare. l. 5. D. vt in poss. legat.*

Hæc cum ita sint, nunc sic insurgo contra assertionem supra stabilitam. Possessio est detentio rei corporalis cum affectu dominandi circa possessionem ipsam, igitur detentione, deficiente, deficit etiam possessio, sed sic est quod dominus fugitiuum non detinet, igitur eum non possidet. Rursus non leuiter urget argumentum si consideratur. t Obtinuisse iam inter meliores juris cultores possessionis naturam omnino facti esse, & in detentione illa, qua res possessa à nobis retinetur, consistere l. 1. §. adipiscimur, §. si vir uxori l. possessionem 29. D.de adquir.poss. l. denique 19. D.ex quib.cau.maior. l. 1. §. Scuola D. si is qui testa.lib.es.ius.fue. l. in bello 12. §. facti D.de capt. §. postli.reuer. l. stipulatio 38. §. hi qui §. hac quoque D.de verb. obliga. l. 1. in princ. §. qui vero 6. D. quor. legat. iunc. l. cum heredes 23. D.de adquir.poss. Tenent Bart. in l. si is qui pro emptore 15. D.de usucap. Donel. lib. 5. com. cap. 6. Osual. ibi litt. C. §. seq. Peregr. 3. var. cap. de possessione nu. 2. Gail. lib. 2. de pace pub. obser. 3. nu. 11. et lib. 2. obserua. 152. nu. 9. Petr. Gregor. lib. 1. syntag. iur. cap. 13. nu. 6. Pichar. in princ. I. de interdic. art. 2. n. 37. Valentia. lib. 1. illus. tract. 2. cap. 2. num. 38. Sess. de inhibit. cap. 20. num. 19. Verall. decis. 135. par. 1.

Tum

^{37,} † Tum & quod magis est non solum quatenus detentio dicitur in facto consistere, verum & quatenus affectū dominandi in se continet, tota facti est: sicut enim detentio quatenus actus corporis in facto consistit, ita & affectus quoniam animi, & voluntatis est, ex facto nostro, non ex iure pendet *l. bona fidei 48. §. incontrarium D. de adquir rer. domi. l. consilio 7. §. vlt. D. de cura furio. l. si vnu 27. §. pactus D. de pact.* Si ergo in facto possessionis natura sita est, ut potè in detentione cōsistens, qua ratione seruus, qui fugitiuus est à domino possideri potest?

Vnde nō leue dubium fuit an statuto possit caueri, vt possessio vnius transeat in aliud, absque effectuali traditione, & apprehensione, siue illa fiat actu vero, siue ficto, vt de possessione defuncti in hæredem habemus in Nou. Const. dominij Mediolani tit. de contin. posses. defunc. super qua exactè sanè, vt solet, Garon. *in eius commentarijs*, & de possessione mulieris in bonis viri defuncti, quoisque dos fuerit illi soluta habebamus in Cathalonia *Const. hac nostra sub tit. solut. martri.* quam latè commentantur Cancer. & Fontanella. Franciscus Aretinus *in l. 1. nu. 23. D. de adquir. posses.* existimat id à lege, vel à Principe fieri non posse cum sit aduersus ius naturale, quod requirit actum naturalem apprehensionis *l. 1. in princ. l. 3. D. de adquir. poss.* Contrarium tenuerunt Angel. & Imola *in l. qui vniuersas §. item quod mari D. eo. Roma. in l. 1. nu. 22. D. eo. Iason. in l. 1. nu. 7. C. commu. de lega.* Noster Hispanus Couar. *lib. 3. vari. cap. 5. nu. 6. vers. cæterum asserit in principio nascentis naturæ quando bona omnia omniuni, aut nullius erant, & sic primo occupanti concedebantur nō potuisse à lege fieri, vt non esset necessaria actualis apprehensio, secus nunc vt possessio de uno in aliud transferatur, & Aretinū multis rationibus conatur refellere præcipue ex tex. in l. quod meo 18. D. de adquir. poss. l. clauibus 74. D. de contr. emp. l. quisquis C. de donat. cap. 2. de consuet. quibus absque corporali apprehensione adquiritur possessio, lege, vel consuetudine sic approbante. Cæterum si liceret in tanti Patris sententiā aliquid proponere sic dicerem: Si lex vel Princeps*

M

possunt

possunt absque corporali apprehensione possessionem ex uno in alium transferre; nescio quomodo illud etiam in primis naturæ principijs facere non potuissent, cum nec maiorem potestateim, vel fictionem id requireret, immo sequeretur hodie hoc in rebus vacantibus, quæ à nullo possidentur, sed primi occupantis fiunt non posse statui, vt in Fiscum ipso facto, absque aliqua naturali apprehensione earum possessio transiret, quod absurdum esse cernitur ex mox dicēdis. Quare arbitrabar rem hanc sic explicandam: non posse legem, vel Principem facere, vt absque actuali apprehensione quis naturaliter possideat *l. denique 19. D. ex quib. caus. mai. cum vulgatis*, quia, vt vulgo dicitur, fictio non potest operari circa impossibile quale est supposita natura possessionis, vt quis absque actuali detentione verè, & naturaliter possideat. Sed solum ius vel Principem facere, vt is etiam si verè, & realiter non possideat, lucretur tamen effectus omnes possessionis, qui iuris sunt, ac si vere, & naturaliter possideret: naturaliter enim possidere, vt dicitur in *l. 1. D. de adquir. poss.* dicitur is qui naturaliter insistit hoc est verè, & corporaliter, sic enim exauditur illa vox naturaliter hoc est quod re ipsa, non fictè fit *l. 3. §. aperire D. de S. C. Sylla. l. in causa 16. §. idem Pomponius D. de mino. l. item 22. §. vlt. D. locati l. solutam 49. D. de solut. l. sed si damnum 9. §. si ipse, vbi Alber. D. de pecul. Hotho. illustr. quest. 41. Ofual. ad Donel. lib. 15. comm. cap. 40. litt. B. Anto. Fab. lib. 8. coniect. cap. 5. in fine Briso. lib. 1. de solut. circa princ.* Attamen potest ius ei qui nō insistit effectus possessionis tribuere, ac si verè insisteret, seu possideret, quia possessio quo ad effectus multum à iure adiuuatur, quorum respectu ius possessionis nominatur in *l. peregre 44. D. de ad poss.* & comparatur iuribus in *l. stipulatio 38. §. si quis forte D. de ver. oblig.* & non continere nudum factum in *l. conuentionalibus 52. §. vlt. D. eo.* videlicet quia continet aliquid iuris non in substantia, sed extrinsecus circa effectus veluti circa acquisitionem fructuum rei possessæ *l. ait prator 23. §. item ei D. ex quib. caus. maio. l. 4. D. de usur.* & ita dicitur in *l. posses- sio 49. D. de adquir. poss.* quod plurimum ex iure mutuatur
hoc

hoc est accipit tanquam alienum, & mutuatum, non autem proprium, & in substantia. Potestque haec doctrina probari ex his quæ cap. 12. dicimus de vsucapione, quæ est effectus ciuilis possessionis, & completur in hæreditate iacente, absq; eo quod hæreditas possideat, non quod ius facere possit, vt possideat l. 1. §. *Scenola D. si is qui test.lib. esse ius.fue.* Sed de hoc latius ibi. Sicut & pignoris possessio licet sit apud creditem *l. si creditor 28. cum alijs D. de pignor.actio.* debitor tamen vsucapit, ac si possideret l. 1. §. *per seruum corporaliter l. qui pignoris 36. D. de adquir. possess. cum alijs d. cap. 12. ad ductis.*

Rursus non leue deduci potest argumentum ex d. l. si rem 39
47. D. de adqui.poss. quam supra pro nostra sententia expedi mus: etenim cum Papinianus scribat hominum, vel seruorum possessionem tardi veterem fieri, id est domino conseruari, quandiu nemo aliis eam inuaserit, quia potest seruus propositio redeundi domino possessionem sui conseruare, clare ostendit si propositum redeundi seruus non habuerit, vt in fugitiuo euenire satis supra ostensum fuit, dominum possessionem amittere, cuius cōseruatio servi animo, & proposito nititur, vt Papinianus hic sentire videtur contra illud quod Caius, Pomponius, & Martianus asseruerunt dominicæ potestatis autoritati id accommodantes-

Huius argumenti vis cum ex cōtrario Consulti sensu def sumatur facile ab Accur. *hic,* & Alexan. *nu. 7.* eliditur, dum asserunt argumentum à contrario sensu contra alia iura formari nō posse, quorum assertio apud Iure Consultos periculosa sanè est, † cum apud eos à contrario sensu defsumptum argumentum firmissimum in iure propugnaculum sit l. 1. §. *huius rei D. de offi.eius, cui mand.est iurisd. l. qui testamento §. mulier. vbi glof. D. qui testa. facer. pos. l. si procuratorem §. si ignorātes D. mand.l. si quis locuples 57. D. de manu.testa. cum pluribus alijs, tenet Pichar. tract.de mora nu. 132. Mascar de probat.conclus. 1146.nu. 3. E 1280.nu. 65. Surdus de aliment. zit. 1. quest. 42. nu. 40. E tit. 6. quest. 11. nu. 2. E 3. Cardi. Tuschus litt. A. conclus. 498. Sesse decis. 10.nu. 15. E 146.n. 13.*

Mantica de tacit.conuentio.tom. 1.lib. 2.tit. 14.nu. 2.Sanchez de matrim.lib. 6. disp. 21.num. 9. Ferrer. super Constat. hac nostra glof. 3.nu. 44. tit. solut. matrimo. alijque innumeris.

42 Quapropter Cuia. lib. 26. quæst. Papiniani in d.l. si rem 47. differentiam inter amissionem possessionis, & custodiæ statuit, & de seruo fugitiuo affirmat eius possessionem nō amitti, qui exierit custodiæ caufa, etiam si nesciatur vbi sit, licet non habuerit animum reuertendi. Sed difficultatem supra-

43 positam non vidit, aut saltem dissimulauit. † Quare aliam viam sequutus Melchior de Valentia lib. 1. illus. trac. 2. cap. 10. nu. 6. plura subtiliter proponit dum asserit Papinianum. loqui non de seruo, qui à domino fugit in quo propositum illud redeundi inueniri nequit, cum fugitiuus illud non habeat, sed de seruo commodato, qui cōmodatario fuga se subripuit, quo casu docet differre seruū à rebus mobilibus, quarum possessionem dominus amittit omissa à commodatario custodia, quia possessionem per eum retinebat l. qui vniuersitas 30. §. penult. D. de adquir. poss. At vero si seruus à commodatario fugerit, & consequenter custodia eius amissa fuerit, dominus serui possessionem non amittit, quia potest proposito redeundi domino possessionem sui conseruare, cum fortasse ideo aufugerit à commodatario, vt ad dominum suum rediret, quod si ea mente fugerit, vt vtrosque euadat: possessio tamen à domino retinetur generali altera ratione tradita in d.l. rem que 14. D. de adquir. poss. supraque exornata, cuius ideo non meminit Papinianus, ait Valentia, quia speciali causa, de quo tractabat, specialis alia ratio magis conueniens erat.

44 Subsistamus tamen parumper super huius doctrinæ breui excusione: loquitur Papinianus de seruo, qui à commodatario fugit: fateor enim docere Consultum discriminem constituendum inter amissionem custodiæ, seu possessionis rei mobilis inanimatæ, ac animatæ, nam illius possessio amittitur, licet aliis eam non occupet; istius vero ita demum si ab alio possideatur, nec inficior hoc in casu si à cōmodatario seruus aufugerit, vt ad dominum reueteretur, nō amitti à domino eius

De Seruis Fugitiuis. Cap. IX. 93

ei⁹ serui possessionem, cum nec fugitiuus efficiatur, vt supra probauimus. † Sed quod ait Valentia seruum tam dominum, quam cōmodatarium fugientem adhuc in possessione à domino retineri, licet verum sit ex supra traditis: contrarium, tamen ex hoc tex. colligi videtur: nam cum statuisset Consultus diuersam causam esse hominis commodati omissa custodia, nam possessionem tandiu veterem retineri quandiu nemo alias eam apprehenderit, reddit huius dicti hanc rationem, quia videlicet potest homo proposito redeundi conseruare domino possessionem sui, cuius corpore cæteras qnoq; res possumus possidere, vnde cessante proposito illo in seruo, possessionem in domino etiam cessare aperte colligitur: Cum ergo in fugitivo, de quo est sermo, semper sit animus non redeundi, maximè quia propositum nō reuertendi constituit ipsum fugituum, hinc fit vt dominus eum possidere nequeat, quod & demonstrare videtur Papinianus *in fine d.l.* ibi: *Igitur earum quidem rerum, queratione, vel anima carent confessim amittitur possessio, homines autem retinetur, si reuertendi animum haberent.*

Succedit non leue etiam in hac materia dubium: etenim licet sit certissimum naturam non pati vt idem sit agens, & patiens argumento l. *Granius Antoninus vers.* quia non potest lib. *hares 21.* §. *quod si stipulator D. de fideiſ. l. qui hominem 34.* §. *qui filium l. stichum 95.* §. *aditio D. de solut.* Exornat Coraf. ad l. *Papinianus nu. 2. D. de seruitu.* Brifoni. *de solutio.* lib. 2. tit. *de confusione Ant. Faber lib. 18. coniect. cap. 19.* Barbosa ad l. *qua dotti 34. in princ. D. solut. matri.* Castillo *de usufr. cap. 71.* nu. 1. § 2. Morla *in Empor. tit. 8. quæst. 3. nu. 6.* Cuius lib. 17. *obser. cap. 10.* Valent. *tom. 1. illustr. tract. 4. cap. 7. nu. 2.* † At ne seruorum fuga dominis damnosa sit, ne videlicet per usufrpcionem, aut præscriptionem dominis subtrahantur, constitutum est seruos fugitivos sui furtum facere censiſ. l. 1. C. *de ser. fugi. l. ancilla 60.* D. *de furt.* cum alijs supra adductis † Vnde hac ratione inspecta Iustinianus inter res, quæ usufrapi nō possunt seruum fugituum numerat in §. sed aliquando l. *de usufr. cap. quem licet reprehēdat Donel.* lib. 5. *comment. cap. 24.* opti-

optimè tamen eum defendit Osual. *ibi l. i. D. vt latius infra*
examinabimus cum Francisco Curtio in d.l. i. C. de ser. fugit.
Quibus sic suppositis, potest nunc proponi dubium siue ar-

49 *gumentum in hunc modum: † furtum absque interuersione*
possessionis non fit l. i. §. Scenola D. si is qui testa. lib. ei. ius.
fue. l. 3. §. si rem l. rem qua 15. D. de adquir. poss. l. non solum 33.
§. vlt. D. de usucap. l. inficiando 67. D. de furt. l. contra 6. §. vlt.
D. rer. amot. l. i. D. de distrac. pigno. l. 2. §. i. D. de crimi. expil.

50 *bared. † & eleganter Vlpianus à Domino Regente Ramos,*
vltra relata, animaduersus in l. falsus 43. §. si is qui indebitum
D. de furt. Vbi si is qui sciens accipiebat indebitum, alteri sol-
uendum delegauerit, si solutio absente delegante fiat, non
tenetur furti, sin autem eo praesente furtum facit, & furti te-
ninetur, nimirum, quia praesentia efficit ut ille ipse quo dele-
gante, & praesente soluitur, prius possessionem adquirere, &

51 *interuertere intelligatur fictione breuis manus, † quæ non*
nisi inter praesentes operatur l. i. §. iusserim D. de adquir. poss.
l. eius rei 46. cum l. sequenti l. quadam 77. D. de rei vindic. &
paria sint solui mandatori, vel alteri eius nomine eo praesen-
te l. si procuratori 79. D. de verb. oblig. ergo è contrario, si ab-
sente delegante soluatur ideo cum eo nō est furti actio, quia
sine interuersione possessionis, furtum non fit. Facitque ar-
gumentum de summum ex haerede, cui post aditam haeredi-
tatem, & ante apprehensam possessionem iam domino sur-
reptæ rei, quæ haereditaria fuit, denegari furti actio non pos-

52 *set, † nisi quia non fit furtum rei, cuius nullus possessor est d.*
§. Scenola l. si homo 35. D. de usucap. l. si seruus 40. D. de no-
xal. actio. l. is enim 70. D. de furt. d.l. 2. §. i. D. de crimi. expil.

53 *bared. † Vnde in d. §. Scenola dicitur haereditati furtum non*
fieri, quod & traditur in l. si seruus 40. D. de noxal. alibique
passim: nam cum furtum sit cōtractatio fraudulosa, per quam
res mobilis lucrificiendi causa loco mouetur, & aufertur in-

54 *uito l. i. §. vlt. l. verum 25. D. de furt. † Semper possessio fur-*
to interuerteritur l. 3. §. si rem l. rem qua 15. D. de adquir. poss.
l. non solum 33. §. vlt. D. de usucapi. siue nunquam fit furtum
sine interuersione possessionis, & ideo si possessor nullus sit,
quia

De Seruis Fugitiuis. Cap. IX.

95

quia nō est cui auferatur, siue interuertatur, possessionis furtum non fit, & consequenter neque hæreditati fieri furtum potest, quia possessionem hæreditas non habet d. §. Scæuola. Si igitur furtum sine interuersione possessionis non fit, sequitur seruum fugitiuum à vero domino non possideri: etenim fugiendo, furtum sui facit, sicque interuertit possessionem, non aliam nisi suam, nec alterius quam ipsius domini, igitur dominus eum seruum non possidet.

Propositum argumentum in eo sistit, an scilicet ad furtum possessio requiratur. † In quo respectu hæreditatis iacentis discrepantes inter se extitisse antiquos Iuris Consultos testatur Dominus Regens Ramos ex Cicero. lib. 7. famili. epist. 22. ad Trebatium, affirmantibus Sex. Ælio. Marco Manlio, & M. Bruto; negantibus vero Trebatio, & Mutio Scæuola, cuius sententia proponitur in d. §. Scæuola. † Illuseras, inquit Ciceron ad Trebatium, heri inter Scyphos quod dixeram controuersiam esse, posset ne hæres quod furtum antea factum esset, rectè furti agere. Itaque etsi domum bene potus seroque redieram: tamen id caput ubi hac controuersia est notaui, & descriptum tibi missi, ut scires id quod tu neminem sensisse dicebas, Sex. Ælium M. Manlium M. Brutum sensisse. Ego tamen Scæuola, & Testa assentior: Hæc Tullius. Sententiam itaque illam absque possessionis interuersione furtum nō fieri satis supra probauimus. † Alteram vero scilicet nō præcisè requiri possessionem, sed posse etiam furtum fieri respectu usus, vel ipsius rei expressam esse appetet, ut notauit idem Ramos in l.

l. S. vlt. D. de furt. † vel etiam respectu dominij in l. si gratuitā 17. §. si quis possessionis D. de præscr. ver. l. 1. D. de distr. pig.

l. si apes 26. §. 1. l. si dominum 47. l. furtiuam 74. l. si vendidero 82. §. ult. l. si fullo 82. §. 1. D. de furt. l. de his 11. C. eo. l. ult. D. de

crimin. expil. hered. † Et posse furtum fieri rei cuius nullus possessor sit, probari solet in l. actione 19. §. ult. l. qui tabulas 27. iunc. l. si hereditaria 30. l. si cum quis 41. l. falsus 43. §. si iactu l. qui uas 48. §. ancilla l. si quis uxori 52. §. si statu liber. l. si seruus 61. §. locani D. de furt. l. in ratione 30. D. ad l. falcid. & ex alijs iuribus, quæ expendit Cuius. lib. 26. quæst. Papini. in l. 1.

D. de

55

56

57

58

59

D.de distr.pig. Benedic. Pinel. lib. 2. selec. cap. 9. ex n. 5. Pichar.
 ad tit. *D.de adquir.bared.* cap. 2. ex nu. 43. Chumaçero selec.
 disp. 4. ex nu. 5. Amaya lib. 2. obser. cap. 7. nu. 11. Et seqq. Valen-
 tia lib. 3. illustr. trac. 1. cap. 2. ex nu. 23. † quibus vltra tex. ab eis
 consideratos addit D. Regens Ramos l. si pignore 54 in princ.
 Et 5. i. l. si is qui pignori 73. *D.de furt.* quibus docetur credi-
 torem, qui pignore vtitur, aut id non iure vendit, & commo-
 darium, qui alij commodat teneri furti actione, † & tamen
 cum possessio pignoris sit creditoris, non autem debitoris, vt
 iam inter nostrates obtinuit ex l. si creditor 28. l. cum, Et for-
 tis 35. §. vlt. l. si pignus 37. *D.de pignor.actio.* † Incommodato
 autem possessio neque primi commodatarij sit, neque in se-
 cundum transferatur l. qui vniuersas 30. §. vlt. *D.de adquir.*
 poss. fateri necesse est furtum, vtroq; casu fieri sine interuer-
 sione possessionis. † Secundo expendi potest tex. in l. cum qui
 14. §. si res *D.de furt.* vbi scriptum est in re pignorata credito-
 ri quo postea mortuo, & ante aditam eius hereditatem subri-
 pitur, adquiri furti actionem domino rei. Et constat posse-
 sionem eius rei translatam ex causa pignoris in creditorem,
 sic eo mortuo intercedisse, vt nec in hereditate creditoris,
 nec in debitore fuerit quo tempore furtum factum est. † Ter-
 tio pro eadem sententia vrget, quod proponitur in l. heredi-
 taria 68. *D.de furt.* fieri furtum eius rei, quam defunctus
 commodauerat, nam cum in commodatore possessio amissa
 fuerit morte d.l. qui vniuersas 30. §. quod per colonum *D.de*
adquir.poss. & in commodatarium non possessio, sed detentio
 translata sit d.l. qui vniuersas 40. §. vlt. *D.de adqui.poss.* l. 3. §. il-
 lud 19. cum seq. *D.eo.* l. rei commodata 8. *D.commod.* apparer
 fieri furtum sine possessione. † Quarto pro eadem sententia
 considerandus est Vlpia. in l. 5. §. idem ait 8. *D.de insti. actio.*
 Vbi si Polinctor seruus Libitinarij qui vestem, aliaque fune-
 ri necessaria, & seruum polinctorem cadaueri curando, & ef-
 ferendo locabat, spoliauerit mortuum ea veste qua funeran-
 dus erat, scriptum est furti actionem competere, cum tamen
 ea vestis neque a mortuo possideretur, neque ab alio, quia
 quisquis eam in funus voluit, & creditit erogari eo ipso pos-
 sessio-

De Seruis Fugitiuis. Cap. IX.

97

sessionem amissit, & dereliquit argumento l. si quis 17. §. 1. cum l. seq. §. 1. D. de adquir. poss. l. falsum 43. §. si iactum D. de furt. † Quinto expendi potest Paulus in l. creditori 15. § vlt. iunc. l. si is qui. 39. D. de furt. l. rem 21. D. commod. vbi si com- modator subripuerit rem commoda tam datur in eum furti actio commoda tario, si iste iustum causam habuerit rei reti- nendæ, veluti ob impensas in eam factas. Atqui eo etiam ca- su post retentionem possessio esset commoda toris, nō com- modatarij l. si quis rem 20. D. de adquir. poss. igitur furtum à commoda tore fit, sine interuersione possessionis.

Sed in tanta varietate Dominus Regens Ramos, dum hæc typis mandantur, à Potentissimo Rege nostro ad Supremum Castellæ Senatum cōmuni omnium plausu euectus, ample- citur sententiam Raphaelis Fulgosij in l. sine 1 o. §. tandem nu. 7. D. de condic. furti. et in l. si abducta 1 o. C. de furt. qui af- ferit quod licet verum sit in d. §. Scœuola doceri furtum fieri possessionis, non eo pertinet, vt excludat furtum respectu ipsius rei, vel vsus, vt in d. l. 1. §. vlt. D. de furt. sed ideo de fur- to possessionis Scœuola in d. §. loquitur, quia idem in eadem l. 1. §. hac actio D. si is qui testamen. lib. iunc. l. aut in qua 69. D. de furt. tractauerat de re in qua defunctus possessionem solam propriè habuit veluti in accepta pignori, aut bona fide pos- sessa à defuncto, & ante aditam eius hæreditatem surrepta à seruo hæreditario, qui testamento liber esse iussus fuerat, eo- que casu in locum deficientis furti actionis propter seruitu- tem scripserat dāndam esse prætoriam actionem ex edicto illius tit. D. si is qui testamento liber esse iussus fuerit, post mor- tem domini ante aditam hæreditatem subripuisse, aut corrupi- se quid dicetur, quos casus vt iam plenius trætet, doceatque in eis nō solum furti actionem deficere, quia seruus proprius hæreditatis subripuit l. serui 17. D. de furt. sed & alia ratione furtum hæreditati fieri proponit in d. §. Scœuola furtum fieri possessionis, quia quamuis vsus etiam, vel ipsius rei fieri pos- sit, † tamen respectu creditoris in pignore, aut possessionis bonæ fidei, furtum plerumq; fit possessionis l. furtiuam 74. D. de furt. † l. 1. quam ita intelliges D. de distrac. pigno. † &

68

69

70

N

quia

quia contractatio furis, qua deficiente furtum non fit d.l. i. §.
 71 vlt. † d.l. falsus 43. §. si is qui in debitum, quem ita intelliges
 72 D.de furt. † sicut detentioni prioris possessoris propriè oppo-
 73 nitur, ita primario, & principaliter possessionē aufert † iuxta
 tex. sic intelligendos in d.l.inficiando 67. D.de furt. d.l. 3. §. si
 74 rem D.de adquir. poss. † Inde itaque infert Scœuola si nullus
 sit possessor furtum non fieri, nempè secundum subiectam
 materiam, & in ijsdem casibus, & hæreditatis intuitu cui cum
 non auferatur furto ipsius rei detentio, aut usus, quorum in-
 capax est, quia personam veram, & factum desiderant l.hare-
 ditas 61. D.de adquir.rer.do. neque dominium, quia id nun-
 quam per furtum aufertur, & in hæreditate semper futurum
 fuit sine affectu acquirendæ ei possessionis, detentionis, aut
 usus rei subreptæ, nō potest hæreditati furtum fieri, nisi quo
 casu possideat, vt l.quia seruo 1 6. D.de oblig. & actio. Proinde
 cum possessionem hæritas non habeat, ei furtum non fit
 d.S. Scœuola, cuius sententia exaudienda ita est, & coarctanda
 ad speciem hæreditatis, de qua ibi & in l.contra 6. S. vlt. D.rer.
 amot. l.2. §. 1. D.de cri. expil. hared. Planè hæredi post aditam
 hæreditatem ante apprehensam possessionem nō datur furti
 actio etiam iure dominij, quia dominium quod tunc habet
 est illud ipsum quod in hæreditate inefficax fuit ad parādam
 furti actionem, ut potè ab hæreditate trāsfusum in hæredem
 per aditionem, & sine apprehensione l. legatum 80. D.de leg.
 2. d. §. Scœuola, & consequenter transmissum cum eodem
 iure, & qualitate, vt ad rem notauit Fulgos. ubi supra cui sub-
 scribo, quatenus affirmat extra casus hæreditatis, vel hæredis,
 etiam non possidenti si intersit iure dominij, vel ipsius rei,
 usus, vel detentionis iustæ, fieri furtum, & actionem furti cō-
 petere. Vnde non mirum si sui ipsius furtum seruus fugiti-
 uis facere dicatur, absque eo quod interuertat domini pos-
 sessionem. Remanet ergo fugitiuus in possessione domini.

75 Rursus ex his, quæ supra diximus patet solutio ad primam
 difficultatem supra propositam: etenim licet possessio deten-
 tio sit, & consistat in facto: singulari tamen iure statutum est,
 vt dominus non amittat possessionem serui fngitiui, ne in-
 poter-

De Seruis Fugitiuis. Cap. X.

99

potestate mancipij sit fuga se subtrahere domini potestati, vt latè supra exorbiavimus.

Néque ea quæ proposuimus aduersus Valentia solutionē
ad l.si rem 47.D.de adqui.pos. tāti sūt, vt ab ea recedendū sit.

Supereft tandem, vt in hac re dubium resultans ex *l.homo.*
54. §. vlt. D.de adquir.rer.domi. diluamus, vbi Modestinus in
hæc expresa prorumpit verba: *sicut per fugituum, quem non*
possidet. Sed facile occures si cum Valentia *d.l. i. illustr. tract.*
2.cap. 10. nu. 5. respondeas nō de quolibet seruo fugitiuo lo-
qui Consultum, sed de eo qui cum ab alio possideatur, vel pro
libero se gereret à nobis non possidetur, vt infra latè traēta-
mus, ideoque docet per seruum ab alio possessum nihil pos-
se dominum possidere, sicut nec per fugituum quem non
possidet, qualis est is qui ab alio possidetur, vel qui pro libero
se gessit, vt infra dicemus.

76

77

A D E O V E R V M E S S E R E T I N E R E D O M I N V M
serui fugitiui possessionē, vt per eum sicuti per alios quos
in Prouincia habet, possessionem adquirat. Explicantur
iura in *l.rogasti 12. §. fin. D.de reb.cred. l.libera 48. D.de*
peculio l.si seruus 15. D.de publici.in rem actio. l.serui, &
filiij 17. §. vlt. D.de furt. l.si seruus 27. §. serui autem D.ad
l.Aquili.

C A P. X.

S V M M A R I V M.

- 1 *Dominus per fugituum, sicuti per seruos, quos in Prouin-
cia habet, adquirit possessionem.*
- 2 *Redditur ratio.*
- 3 *Interpretantur iura in l.rogasti 12. §. fin. D.de reb.cred. &
in l.libera 48. D.de pecul.*
- 4 *Extra causam peculiarem domino inuito, & ignorantii non
adquiritur.*
- 5 *Seruus habens liberam peculij administrationem, per fu-
gaciam amittit.*

N 2

6 Non

- 6 Non vero peculum ipsum.
- 7 Mandatum procuratoris conditionem in deterius mutantis, ut puta banniti, censetur reuocatum.
- 8 Expenditur l. si seruus 15. D. de publi. in rem actio.
- 9 Publiciana non datur ei qui nunquam possedit.
- 10 Datur eo colore quasi iam actor usucaperit, quod usucapere inchoauerit.
- 11 Usucapio sine possessione procedere nequit.
- 12 Antonius Faber disensisse inter se Iure Consultos affirmat.
- 13 Duarenus asserit seruum hunc ab extraneo possessum mala fide.
- 14 Osualdus eam tanquam diuinatoriam solutionem refellit.
- 15 Auctor aliunde.
- 16 Zazius nedum habuisse difficilior in toto iure contrarium fatetur.
- 17 Osualdi solutio proponitur, & amplectitur.
- 18 Expenditur difficilis tex. in l. serui, & filij 17. §. vlt. D. defurt.
- 19 Aliae difficultates dicti tex. proponuntur.
- 20 Si seruus qui in fuga est damnum dederit, non contra bona fidei possessorem, sed contra dominum l. Aquilia actio competit.
- 21 Actio furti non minus, quam l. Aquilia est noxalis.
- 22 Ultima difficultas dicti tex. proponitur.
- 23 Cuiacij solutio adducitur.
- 24 Alter Giffanius.
- 25 Vera explicatio tex. traditur.
- 26 Qui noxali actione teneretur si seruus alij furtum fecisset, ipse noxalem actionem habere non potest.
- 27 Ex furto à seruo communi facto vni ex dominis actio contra alterum denegatur.
- 28 Ut quis noxali actione teneatur necesse est, ut seruum habeat in potestate, hoc est ut habeat facultatem eum exhibendi.
- 29 Verbum in potestate sic accipitur in noxalibus actionibus.
- 30 Facultas enim pro potestate, & potestas pro facultate sumitur.

31 Do-

De Seruis Fugitiuis. Cap. X.

101

- 31 Dominus non habet facultatem exhibendi fugituum.
- 32 Confirmatur solutio doctrina Pauli Castrensis.
- 33 Explicatur Paulus in l. de illo 24. D. de noxa. actio.
- 34 Respondetur, & explicatur l. si seruus 27. §. serui autem, D. ad l. Aquili.
- 35 Agnoscitur à Iustiniano disensus inter Consultos circa hanc difficultatem.
- 36 Doctores qui remissiue materiam tractarunt.
- 37 Amplectitur Cuiacij doctrina.
- 38 L. bona fide 11. D. de noxal. actio. elucidatur.
- 39 Explicatur breuiter, & summarie tota difficultas supra proposita iuxta sensum Cuiacij.
- 40 L. serui, & filij 17. §. vlt. iterum explicatur.
- 41 Seruus fugitiuus ab hostibus captus si à nostris capiatur a priori domino sit restituendus remissiue.



VÆ hucusque dicta sunt ad alteram partem.
§. per seruum qui in fuga d. l. 1. D. de adquir. poss. pertinent, vbi possessionem fugitiui per dominum retineri affirmat Paulus. Superest nunc, vt secundam dicti §. partem difficiliorum sanè perlustremus, † in ea asserit Consultus adeo possessionē fugitiui à domino retineri, vt per eum possessionem adquirat, sicuti per eos, quos in Provincia habet, constatque etiam ex l. arboribus 12. §. de illo D. de usufruc. l. 2. §. si fugitiuus 25. D. de vi bono. rapt. l. si cui 25. §. 2. in fine D. de liber. causa. l. per eū 50. §. 1. D. de adquir. poss. † Cuius rei verissima ratio illa est, quod cū per eas personas, quas in potestate nostra habemus, non solum dominium, verum & possessionem adquiramus, vt ex §. item nobis, vers. non solum autem l. per quas perso. nob. adqui. colligi potest, & fugitiuus non solum potestatem nostram, verum nec possessionem, licet fugiat, euadat, vt supra probauimus, hinc, & possessionem per eum adquirere dominum constat, ne alias dominis seruorum fuga damnoſa redatur contra l. 1. C. de ser. fugit. & de dominio illud non amittere dominum probat tex. in l. liber homo 13. D. ad l. Aquili.

vbi

vbi competit actio directa legis Aquiliæ domino si seruus fugitiuus laedatur vel occidatur in fuga.

Ex quibus omnibus colligitur, aut intelligitur ratio Consulti in l.rogasti 12. §.fin. D.de reb.cred. & in l.libera 48. D.de pecul. quibus in iuribus fugitiuos seruos peculia non habere docere videtur Consulti. ¶ Extra autem causam peculiarem domino inuito, & ignorantis possessio adquiri nequit l.peregre 44. §. quasitum cum alijs D. de adquir. poss. Vnde videbatur dicendum per fugitiuum domino possessionem quæri non posse. ¶ At certissimum in iure est seruum habetem liberam peculij administrationem per fugam eam amittere, vt in d.l.libera 48. dicitur: præsumitur enim dominum mutasse voluntatem, nec velle liberam peculij administrationem permanere in eo qui sit in fuga, sicut nec in illo, qui possidetur à fure, & de quo nescit viuus, an mortuus sit, & ideo si extant nummi vindicare eos dominus potest, si mala fide consumpti, agere ad exhibendum, quasi vindicaturus exhibitos, si bona fide conditione de bene depensis, ita Cuiacius in cōment. ad d.l.rogasti §. si fugitiuus. ¶ Peculium autem non perdit fugitiuus seruus, sed solum liberam illius administrationem, vt tradit Iason. in d. §. si fugitiuus nu. 2. ¶ Ex quo Bald. & Angel. ibi inferunt, quod si procurator, cui dominus mandatum derit mutet conditionem in deterius, vt puta quia bannitus efficiatur, ipso iure intelligitur reuocatum mandatum. Ad idem est tex. l. cum quis in princ. & ibi Bart. & in l. stichum 95. §. usumfructum, vbi Angel. & in l. si cum Cornelius 82. & in l. si quis seruo in princ. D. de solutio. & in l. eum qui ita §. qui filio vbi Bart. D. de verb. oblig. & in l. pater 4. §. fin. D. de testam. tute. Constat igitur fugitiuum solam peculij liberam administrationem amittere, ne res alienando deteriorem domini conditionem reddere posset, secus peculium ipsum, quod cum retineat, hinc & ignorantis domino possessionem querere potest. Sentit ita Valentia lib. 1. illustr. tratt. 2. cap. 1 o.n. 9.

Vlterius difficultum in hac re argumētum est quod deducitur ex Pomponio in l. si seruus 15. D. de public. in rem actio. Si seruus, inquit, meus cum in fuga sit rem à non domino emat,

De Seruis Fugitiuis. Cap. X. 103

emat, Publiciana mihi competere debet, licet possessionem rei
 tradita per eum na^ctus non sim. Quæ hucusque dictis omnino
 opponuntur, & quod magis est, sibimet ipsi aduersatur Pom-
 ponius: † Publiciana enim non datur ei, qui nunquam posse-
 dit l. sed & si 7. §. penult. D. eo. † cum non alio colore detur,
 quā quasi auctor iam vsucœperit, hoc ipso quod vsucaptionem
 inchoauerit §. namque I. de actio. † Vsucapio autem, aut in-
 choari, aut procedere sine possessione non potest l. sine posse-
 sione 25. l. iusto 44. §. vlt. D. de vsucap. igitur cum affirmet
 Consultus possessionem rei seruo traditæ non adquisiuisse,
 necessario fatendum erat, nec Publicianam competere; pos-
 sessionem autem non adquisiuisse proximè dictis opponitur.
 His difficultatibus oppressus Antonius Fab. in ratio. ad di-
 ctum tex. disensisse in hac parte Iure Consultos probat ex d.
 §. per seruum qui in fuga l. 1. D. de adqui. poss. huiusque disen-
 sus extare vestigia in d. l. si seruus 15. nō fatis ostēdit. † Aliam
 inter alias à glos. traditas solutiones amplectitur Duare. in d.
 §. per seruum qui in fuga affirmans seruum hunc ab extraneo
 mala fide possessum fuisse, † quam vti diuinatoriam refellit
 Osuald ad Donel. lib. 5. cōmens. cap. 12. litt. F. † Ego autem ex
 sequētibus: etenim licet ab extraneo possessum eum seruum
 dicamus, & sic amissa à vero domino possessio sit, qua ratione
 ei qui nec per se, nec per seruū possedit Publiciana cōpetet?
 † Zazius ad d. l. 1. §. per seruum nu. 5. D. de adquir. poss. inge-
 nuè fatetur nedum habuisse in iure difficilius contrarium,
 creditq; responderi posse seruum hunc noluisse domino ad-
 quirere per §. hac qua de seruis eiusdē legis, sed cum sibi obij-
 ciat hoc esse diuinatorium, ingenuè respondet aliter se euadere non posse.

Quare Osuald. vbi proximè affirmat tex. illum loqui dc.
 naturali possessionis appræhensione, ita vt sensus Consulti
 sit, ex eo statim tempore, quo res fugitiuo fuerit tradita pro-
 cedere vsucaptionem, & domino Publicianam competere,
 licet nondum possessionem illius rei na^ctus fuerit per se ip-
 sum actuali, & reali appræhensione. Cui interpretationi dum
 meliora occurruunt subscribo.

Suc-

- 18 Succedit ex dictis explicatio difficilis ad rem tex. *in l. serui, & filij 17. §. vlt. D. de furt.* Proponit in eo tex. Vlpianus quæsitum fuisse an si seruus dum in fuga sit furtum domino fecerit, & à bonæ fidei possessore possideretur, an domino furti actio aduersus bonæ fidei possessorem competenteret: etenim licet possidere seruum dominus dum in fuga est videatur: at furti actione non tenetur, eo maximè quia, ut Julianus scribit, ad usucaptionem tatum domino possessio illa prodest; concludit ergo ex sententia Pomponij competere furti actionem domino cuius seruus in fuga est. Ex quo tex. illud deducunt communiter interpretes possessionem fugitiui serui domino ad usucaptionem tantum proficere, quodque magis mirandum ex Juliano hoc decisum, qui, ut supra diximus, non solum ad usucaptionem, sed etiam ad rerum acquisitionem proficere dicebat *in §. per seruum qui in fuga d.l. i.* Nuruæque ita sentientis se asseclam fatebatur. Non solum autem hac difficultate, verum & alijs à Valentia *vbi supra n. 10. & seq.* subtiliter licet expensis, haud tamen plenè expositis, inexpli-
 19 cabilis vix redditur Cōsulti mens *in d. §. vlt.* † Imprimis enim ibi docemur furtum à seruo dum in fuga est domino factum fuisse, quod euenire non posse *ex d. l. rem qua 14. cum alijs supra adductis* satis liquet, cum dominum rerum possessione priuare minimè possit. Deinde scripsérat Vlpian. *in princ. d.l. serui, & filij 17.* quod si filius, vel seruus furtum fecerit: actionem tamen patri, vel domino contra eos non compete-
 re, adeo ut licet post furtum pátratum emancipatus fuerit fi-
 lius; seruus autem alienatus, vel manumissus: non tamen
 ideo magis furti actione teneantur, quia actio, quæ ab initio
 orta nō fuit, nasci ex post facto minimè potest: postea tamen
 idem Consultus *in d.l. 17. §. vlt.* pro re à seruo subtracta actio-
 nem domino concedit contra bonæ fidei possessorem. Vnde,
 vel dicendum est actionem contra seruum ortam fuisse, vel
 licet nata non sit: ex post facto tamen cum incipit seruus in
 possessione alterius esse, originem accipere, quorū vtrum-
 que repugnat. Insuper ea ratione furti actio domino conce-
 ditur ab Vlpiano, quia si ipse seruus qui in fuga est furtum
 alteri

De Seruis Fugitiuis. Cap. X.

105

alteri fecisset, dominus non teneretur, cum licet possidere seruum videatur, non tamen eum habet in potestate. † Constat autem quod si seruus qui in fuga est damnum alicui derit nō contra bona fidei possessorem, sed contra dominum legis Aquiliæ actio cōpetit *l. si seruus 27. §. serui D. ad l. Aquil.* † quapropter cum actio furti, non minus quam *l. Aquiliæ noxalis sit l. i. & l. 2. §. i. l. si seruus communis 8. cum l. sequ. D. de noxal.* vel in hoc tex. actio furti contra dominum concedi debet, vel in *d. §. serui l. Aquiliæ actio denegari.* † Denique difficultimum illud est, quod cum de seruo, qui ab alio bona fide possidetur Vlpianus tractet, & de actione furti cōtra bona fidei possessorem concedenda loquatur, scribit eum seruum à domino ad vſucaptionem possideri: cum tamen cōstet ex infra dicendis fugitiuum seruum nullo modo à domino possideri, si ab alio possideatur. Et ultra considero factum furtum fuisse à seruo antequam à bona fidei possessore possideretur, vt ex verbis tex. non obscurè colligitur, vnde mirandum qua ratione actio furti competit aduersus possessorem bona fidei, quem saltem excusare debebat bona fides à furti actione tempore quo ipse adhuc nō possidebat seruum, perpetrati.

Priori difficultati, vtpotè ab interpretibus cognitæ, varijs modis conantur satisfacere. Imprimis Cuiacius *ad d. l. i. §. per seruum D. de adquir. poss.* affirmat Vlpianum probare voluisse non adeo generaliter fugitiuum seruum à domino possideri, vt ea ratione actio furti illi esset deneganda, ideoque vt euinceret non ad omnia possessionem serui fugitiui domino concessam fuisse eo argumenento vsum esse, vt diceret tantum ad vſucaptionem proficere, non vero vt alias similes causas, & consequenter acquisitionem excluderet. † Aliter Giffani. *ad d. §. per seruum nu. 63.* quem nec improbat, nec probat (vt existimat Valentia *vbi supra nu. 14.*) Ofual. *ad Donel. lib. 5. comment. cap. 12. litt. F. ipsi litt. E.* Inquit igitur Giffanius quod dicitur in *d. §. vlt.* tantum ad vſucaptionem serui fugitiui possessionem domino proficere, non adeo strictè accipiendum, vt non etiam idem verum sit in alijs similibus causis,

O

sis,

causis, idest ad acquisitionem pertinentibus, qualis est usu capio, quia particulæ illæ exclusiæ, siue taxatiæ tantum, dum taxat non solent excludere similes casus. Hæc possent utique amplecti, nisi contra tex. litteram essent.

- 25 Verum, vt lucem huic cæterisq; difficultatibus supra expensis præbeamus, sic explicāda venit Consulti mens: Seruus cum in fuga esset rem domini subtraxit, dubitatum fuit an contra bonæ fidei possessorem illius serui danda esset domino noxalis furti actio. Quæ eadem quæstio tractata est in seruo communi, qui rem vnius ex dominis furatus est *in l. cum seruus 41. D. de noxal. actio.* & in seruo qui fructuario furtum fecit *in l. is qui usum fructum 18. D. eo t̄* Quæstionem faciebat, quod ille qui noxali actione teneretur si seruus alij furtum fecisset, ipse noxalem actionem habere nō potest *l. apud antiquos §. cumque generalis C. de furt.* t̄ ideoq; propter furtum à seruo communi factum vni ex dominis actio contra alterum illi denegatur *d. l. cum seruus 41. l. sed si unus 17. §. si seruus D. de iniur.* Sed ea decidendi ratione Consultus vtitur, quod dominus nomine serui, qui in fuga est si furtum alij fecisset noxali actione nō teneretur, t̄ quia vt quis noxali actione serui nomine teneatur, necesse est, vt seruum habeat in potestate, idest *ut facultatem, & potestatem exhibendi eius habeat, vel ut Cuia. in d. S. per seruum qui in fuga, loquitur, est in potestate,* hoc est in mancipio, sed nō in potestate eius, hoc est in arbitrio, vt eo quo velit modo vti possit, cum sit in fuga, t̄ ita enim verbum illud *in potestate accipiendum est in noxalibus actionibus l. quoties 21. §. in potestate D. de noxal. actio. l. potestatis 215. D. de verb. signif.* t̄ facultas enim pro potestate, & potestas pro facultate sumitur *in l. i. §. quod ait D. quor. legat. l. penult. D. ne quid in loco pub. l. i. §. communis in fine D. de stipul. seruo.* alibique s̄epe: t̄ licet autem dominus seruum possidere videatur: facultatem tamen vel potestatem eum exhibendi non habet, nec præsentis corporis copiam *d. l. quoties 21. §. in potestate D. de noxal.* ubi Iuris Consultus ait non videri eum in potestate si in fuga sit, vel peregrinè, & ita non tenebitur ad exhibendum illum, & latius hoc tractat

tractat Consultus ipse in *l. Celsus* §. §. vlt. *D. ad exhiben.* vbi
ait solum teneri ut caueat se exhibitum si in potestate eius
peruenerit, non enim quod ad hoc iudicium inspicitur domi-
nium seruorum, sed facultas eos exhibendi ut dicitur in *l. 1.*
§. vlt. ibi nec magis dominiū seruorum esse spectandum quam
facultatem habendi eos *D. de peculio.* Huc pertinet species
quam proponit idem Vlpianus in *l. si pecuniam* §. §. item si
quis 2. cum §. seq. *D. de condicti. cau. dat.* Et cau. non sequ. vi-
delicet si quis dederit Titio decem ut seruum emat, &
manumittat, si fugit sine culpa eius, nihil præstabit, repromittere
tamen debet si in potestatem suam peruererit restituturū
iri, idemque dicendum est si acceperit pecuniam ut seruum
manumittat isque fugerit *l. Celsus* §. §. vlt. *D. ad exhiben.* do-
cetque Paulus lib. 2. senten. tit. 31. de furt. dum hæc profert
verba. *Seruus qui in fuga est à domino possidetur, sed dominus*
furti actione eius nomine non tenetur, quia in potestate cum
non habet, scilicet ex eo quia non habet facultatem restituendī,
neque ad actionem noxalem contra possessorem conce-
dendam, sed ad vsucaptionem tantum domino proficere Iu-
lianus scribit. Atque ita Julianus non excludit adquisitionem
per seruum contingentem, & similes alias causas, sed exclu-
dit actionem noxalem, de qua quæstio erat, illiusq; respectu
docet tantum ad vsucaptionem fugitiui serui possessionem
domino proficere. † Quod vnico verbo declarauit Paulus
Castren. ad d.l. 1. §. per seruum qui in fuga D. de adquir. posse.
affirmans seruum fugitiuum possideri quo ad ea quæ tendunt
in domini fauorem, nō vero quo ad ea, quæ respiciunt illius
præiudicium. Ex quibus etiam appetet rationem illam Con-
sulti quod dominus ad vsucaptionem fugitiuum possidere vi-
deatur, ad tempus quo furtum factum est, & actio nasci de-
bet, referendum, quo tempore nondum fugitiuus ab alio pos-
sideretur, vt ex tex. appetet, ideoque rectè potuit à domino
possideri, simulque diluitur ultima difficultas supra proposi-
ta. Concludit igitur Vlpianus ex Pomponij sententia com-
petere furti actionem huic domino cuius seruus in fuga est,
quia bonæ fidei professor noxali actione tenetur *l. bona fi-*

- 33 *de 11. cum seq. D. de noxa. actio.* † Ex quibus obiter explicandus est Paulus in l. de illo 24. *D. de noxal. actio.* vbi concluditur actionem noxalem competere non solum aduersus possessorem, verum & aduersus eum, qui dolo fecit quominus in potestate haberet, veluti si seruo fugam mandauit, vel alienatus, vel manumissus sit, quibus in casibus electio est actoris cum quo velit agere, vt eleganter ibi pertractat Paulus.
- 34 Illi vero nō leui difficultati supra propositæ ex l. *si seruus* 27. §. *serui autem D. ad l. Aquil.* qua docetur quod si seruus qui in fuga est damnum alicui dederit, non contra bonæ fidei possessorem, sed contra dominum l. Aquiliæ actionem competere contra id quod supra diximus bonæ fidei possessorem teneri ex d. l. *serui, Et filij* 17. §. *vlt. D. de furt.* respondendum est, † si imprimis animaduertimus disensisse inter se super hac difficultate antiquos Iure Consultos, vt satis apparet ex traditis à Iustiniano Imperatore in l. *apud antiquos* 21. C. de furt. † Plura circa hanc materiam congerunt Gothofr. in d. §. *vlt.* Emundus Merilius, & Franciscus Raguellius in cōment. *ad Iustiniani Constitut.* in d. l. *apud. antiquos.* Antonius Faber in d. §. *serui autem,* quem sequitur Valent. d. cap. 10. nu. 18.
- 35 37 † Quibus & alijs omissis amplector Cuiacij doctrinam trac. 6. *ad Africanum in l. Et generaliter* 28. *D. de noxal. actio.* affirmantis non teneri bonæ fidei possessorem noxali actione, vt vel æstimationem litis sufferat, vel seruum actoris faciat, quia & illud iniquum est, & hoc præstare non potest, cum ipse dominus non sit, sed teneri vt seruum dimittat, & toto iure suo decidat; dominum autem teneri propriè vt seruum actoris faciat, quia vindicandi serui à bonæ fidei possessore facultatem habet argumento l. *si seruus depositus* 22. *D. de noxal. actio.* † Quod autem in l. *bonæ fidei D. eo.* dicitur dominum non teneri sic intelligi, vt electo bonæ fidei possessore, non teneatur l. *si quis* 8. *D. de inter. in iure. faci.* nam ab initio liberum est actori, vel cum domino experiri vt litis æstimationem præster, aut seruum actoris faciat, vel cum bonæ fidei possessore, vt eum à se dimittat, si nolit pro eo litis subire æstimationem, quod obseruādum etiam opinor in questione de
- 38

de seruo qui est fuga, quæ sequitur *in d. §. serui*, an eius serui nomine dominus teneatur noxali actione, nam in *d. l. si seruus 27. dominum teneri dicitur*, contra vero in nostro *§. vlt.* & apud Paulum *lib. 2. senten. tit. 31. de furt. ex ea ratione*, quod exhibendi eum seruum potestatem non habeat *d. l. quoties §. in potestate*, † & res hæc explicari potest hac distinctione: Aut seruus, qui est in fuga ab alio possidetur, aut non: Si non possidetur ab alio, videtur à domino possideri: nec tamen tenetur noxali actione, quia eum in sua potestate non habet. Si ab alio bona fide possidetur, dominus tenetur noxali: quia à possessore recuperandi seruum potestatem habet, & tenetur ad hoc, ut vel recuperet, vel actiones cedat. Æquè bonæ fidei possessor tenetur, sed in hoc tantum, ut seruum dimittat, & tradat aëtori, quæ traditio non erit inutilis: nam dominum vindicantem repellent, cui bonæ fidei possessor seruum derit officio iudicis, vel exceptione doli mali, nisi litis æstimationem offerat. Hæc Cuiacius † Nec contrarium est quod ex *princ. d. l. serui, & filij 17. supra exposuimus*: facit enim seruus furtum domino cum usum rei auferat, & possessionem interuerat, ut supra diximus, sed tamen ne seruorum fuga dominis ex aliqua causa damnoſa sit, possessio domino conservatur quasi in his quæ tendunt ad domini utilitatem nunquam interuersa *d. l. rem que 14. d. l. 1. C. de ser. fugit.* non vero ut quasi possessor, & in potestate seruum habens actionem consequi non possit, quod alias maximè sibi damnosum esset. Nec pariter nativitas actionis impeditur, nam cum ea ratione inter dominum, & seruum actionem non nasci scripsit Ulpianus in eodem tex. quia qui potest in seruum statuere non habet necesse aduersus eum litigare, & hæc ratio in nostro casu cesseret: dominus namque in seruum fugitiuum statuere non potest, merito actionem illi concedimus, ne alioqui serui fuga, & malitia damnum domino irrogaret si actionem non haberet ad id quod subtractum est, quodque eius interest consequendum.

Seruus fugitiuus ab hostibus captus si deinde à nostris iterum capiatur an priori domino sit restituendus disputat latè
Donat.

Donat.Anto.de Marinis lib.1.resolutio.iur.cap.231.& Albericus Gentilis lib.1.Hispan.aduocationis, cap.12.

A MITTI A DOMINO POSSESSIONEM SERVI
 fugitiui, quoties ab alio possidetur, vel pro libero se gerit,
 ostenditur. Interpretantur exinde iura in l.fugitiuus 19.
l. qui hominem 34. S. & cum fugitiuus D. de solutio. l. roga-
sti 11. §. fin. D. de reb. credi. l. si mandauero 22. S. fugitiuus
9. D. manda.

C A P. XI.

S V M M A R I V M.

- 1 Regula quod dominus fugitiui serui possessionem retineat duobus modis limitatur. Primo dummodo ab alio non possideatur. Secundo dummodo pro libero se non gerat.
- 2 Exornatur prima limitatio.
- 3 Secunda sic intelligitur dummodo in possessione libertatis sine dolo malo moratus fuerit, paratusque sit iudicium liberale suspicere aduersus dominum.
- 4 His deficientibus fortius plectitur seruus gerens se pro libero.
- 5 Ideo secunda limitatio habet locum, quia alias seruus non haberet legitimam personam ad petendam in iudicio libertatem.
- 6 Explicatur l.3. S. si seruus D. de adquir. poss. quatenus meminit Spartaci serui.
- 7 Declaratur quis fuerit Spartacus, & res ab eo gesta narrantur.
- 8 Intelligitur Suetoni.in Augu.cap.3.
- 9 Enodatur idem in Augus.cap.9.
- 10 Expenditur contra supradicta l.fugitiuus 19. D. de solut.
- 11 Ad idem consideratur l. qui hominem 34. S. & cum fugitiuus D.co.
- 12 Seruus qui in fuga est pro libero se gerens adhuc possidetur a domino, nisi diu pro libero se gerat.

13 Diction

- 13 Dicitio diu significat biennium secundum aliquos.
 14 Secundum alios decennij tempus comprehendit.
 15 Interpretantur Pomponius, & Julianus in iuribus supra adductis ex Paulo in d.l. 3. §. si seruus.
 16 Aliter explicat Cuiacius dicta iura.
 17 Intelligitur l. rogasti 11. §. fin. D. de reb. cred.
 18 Opponitur supradictis l. si mandauero 22. §. fugitiuus 9. D. mand.
 19 Diluitur argumentum.



Egula illa hucusque à nobis exornata, dominum scilicet fugitiui serui possessionem eius retinere, ita intelligenda, & limitanda est, dummodo ab alio non possideatur, nec pro libero se gerat l. 3. §. si seruus l. per eum 50. §. 1. D. de adquir. poss. l. si cui 25. §. vlt. D. de liber. cau. Ioan. Altius in sua diaeologia lib. 2. cap. 13. nu. 17. † Pro prima limitatione quando scilicet ab alio possidetur facit maximè l. bouem 43. §. si seruus D. de adil. edic. vbi seruus bonæ fidei possessorem fugiens, nisi animo reuertendi ad dominum hoc fecerit, fugitiuus dicitur. Secundam autem limitationem, ideo Paulus in d. 5. per seruum omisit, quia eo ipso quod de fugitiuo loquebatur, satis intelligēdam eam existimauit, cum nec fugitiuus possit esse, qui se pro libero gerit, & eo ipso quod fugitiuum agat, & in fuga sit, pro libero agere credatur l. quod autem 10. cum 2. seq. D. de liber. cau.

Si ergo pro libero se gerat, & in possessione libertatis sine dolo malo moratus fuerit, paratusque iudicium liberale aduersus dominum suscipere, tunc à domino non possidetur d. l. 3. §. si seruus l. possessio 50. §. 1. D. de adquir. poss. l. si is qui pro emptore 15. §. 1. D. de vsu cap. d. l. quod autem 10. cum l. seq. D. de liber. cau. l. seruum 33. §. cum vero qui D. de procurat. l. is autē 12. D. ex quib. cau. maio. l. ordinata 24. l. si cui 25. §. vlt. D. de lib. cau. l. lite ordinata 14. C. eo. † Deficientibus autem bona fide, & quod non sit paratus iudicium liberalesuscipere, fortius plectitur seruus pro libero se gerens l. 2. D. de ser. fug.

Quæ

5 Quæ autem nuper diximus post ordinatum iudicium libe-
rale seruum à domino non possideri, ita intelligenda sunt, vt
iudicium liberale ritè peragatur, habeatque personam legi-
timam consistendi in iudicio, quod euenire non posset, nisi in
possessione libertatis quo ad has causas eum haberemus, ita
post Acur. in d.l.lite 14. sentit Donel. lib. 5. comment. cap. 12.
ex d.l. 3. §. si seruus 10. D. de adquir. poss. & Osual. ibi litt. H.
relieto Giffanio in l. 1. nu. 60. D. eo. qui sequitur Cuiacum ad
Paulum lib. 54. ad Edictum in d. §. si seruus existimante hoc
esse partim fauore libertatis, partim quod ipse dominus pos-
sessionem abijecisse videatur tandiu patiens eum se pro libe-
6 ro gerere. † Ibi Paulus vtitur exemplo Spartaci, quem & ser-
uum fuisse ex Thracia scribit Atthene. lib. 6. in fine. Iste duxit
fugitiuorum exercitū, & hostem se egit omnium nobilium,
& liberorum hominum, & vt dicit Claudia.

7 Per latus Italia & ferro baccharetur, & igni
vnde probabile, & verosimile est dominum possidendi ani-
mum amisisse. † Spartacus itaque gladiator è Thracia fuit ro-
bore animi, & corpore præstans, qui vna cū Chryso, & Oeno-
mao effracto Lentuli ludo gladiatorio cum septuaginta gla-
diatoribus erupit Capua, ergastulos seruos armauit, eosque
proposito pileo cōuocauit ad libertatem, manuque seruorum
congregata, quasi iusto exercitu comparato Ceruesium mon-
tem in Campania occupauit, vbi cum à Gladio Glabro obsi-
deretur eius castra dirupit, & Cāpaniam populatus, raptis Præ-
torum Fasibus, appellatus est Imperator. Inde Lentuli exer-
citum in Appenino dissipauit, apud Mutinam Casij castra de-
leuit. Tandem cum de vrbe inuadenda deliberaret, à M. Cras-
so pulsus, fugatusq; cum Brutum angulum occupasset, nec in
Siciliam præ nauium penuria traijcere potuisset cū suis omni-
bus fortissimè dimicans, quasi Imperator occisus est: ex quo
Crassus incessit per Vrbem Ouans laurea corona insignitus
more ouationis præpostero. Vnde Lucanus lib. 2. de bello ciui.

Parthorum viinam post prelia sospes
Et Scythicis Crassus victor remeasset ab oris,
Vt simili causa caderes, qua Spartacus hostis.

Lau-

De Seruis Fugitiis. Cap. XI.

113

Laudatur Spartacus à Plinio quod auro interdixerit exercitui suo. Reliquæ illius exercitus coniunctæ fuerunt cum Catelianis, quæ paulò post ab Octauio Patre Augusti deletæ fuerunt, extra sortem demandato negotio, ut obiter tendens in Macedonia comprimeret fugitiuos, † ut notaui ex Suetonio in Augu. cap. 3. vbi sic ait. *Ex Pratura Macedoniam sortitus (Octauius Pater) fugitiuos residuam Spartaci, & Catilina manum Thurinum agrum tenentes in itinere deleuit, negotio sibi in Senatu extra ordinem dato.* † Ex quo fortasse Thurinum cognomen Augusto filio inditum, ut idem Suetonius in Augusto cap. 7. affirmat dum inquit: *Infanti cognomen Thurino inditum est in memoriam maiorum originis, vel quod in regione Thurina recens eo nato Pater Octauius aduersus fugitiuos rem prospere gesserat Thurinum cognominatum satis certa probatione tradiderim, nactus puerilem imagunculam, eius aream veterem ferreis, ac panè iam exolescentibus litteris hoc nomine inscriptam, qua dono à me Principi data inter cubiculares colitur : Hæc Suetonius . Meminerunt Spartaci præter super laudatos Plutar. in Craso. Baptista Pius cap. 52. in adnot. poster. Cicero. ad Atticum 2. & actio. 5. in Verrem Florus lib. 3. cap. 20. Vellei. lib. 2. Cattelia. Cotta ver. Spartacus.*

8

9

Ex supra adductis venit explicandus tex. in l. fugitiuus 19.
D. de solut. vbi Stichus seruus meus à me fugiens surripuit mihi nummos, & pro libero se gerens eos dedit mutuo Titio, remanet mihi, inquit Consultus, Titius obligatus . Si autem Titius existimabat hunc Stichum liberum esse, & ei soluerit, liberabitur à me , quid autem dicendnm si iste Stichus non recuperauit istos nūmos, sed iussit Titium debitorem alicui alteri soluere, & id ratum habuit? certè hoc in casu non liberabitur à me quia primo casu quando soluitur ipsi Sticho intelliguntur nummi fieri mei, & quasi mihi soluti . Alio vero casu, quando scilicet iussit alij soluere pecuniam, non ita est. Ex quibus colligi potest seruum fugitiuum pro libero se gerentem adhuc in possessione, & dominio domini remanere, cum dando surreptam à domino pecuniam obliget Titium.

10

P

domi-

11 domino. † Expendique potest Julianus in l. qui hominem 34. §. et cum fugitiuus D. eo. vbi sic ait : *Et cum fugitiuus qui pro libero se gerebat rem vendidisset responsum est emptores fugitiuo soluentes à domino liberatos non esse.* Si ergo liberati non sunt emptores solutione facta fugitiuo pro libero se gerenti, igitur gestio pro libero non facit quominus à domino possideatur , alias enim liberarentur emptores huiusmodi solutione.

12 Sed vt veritas innotescat, & d. l. fugitiuus 19. verus apparet sensus, omissis traditis à glof. ver. liberari, dic † seruum qui in fuga est si pro libero se gerat, adhuc à domino eius possessionem retineri, nisi diu pro libero se gerat, vt dicitur in d. §. si seruus d. l. 3. † Hæc autem dictio (diu) varie accipitur , quidam biennium sufficere existimant, argumēto l. qui agros C. de om. agr. deser. lib. 11. vbi amissa cultura per biennium , diu desertus ager appellatur l. cum domini 56. D. locati, tenet Zazius in d. §. si seruus 10. nu. 4. † Alij vero existimant decennij tempus comprehendere, vt in l. si cum fideicommissa 16. §. Aristo D. qui ἔτη à qui. Sentit ita Duare. in d. §. 10. & sentire videtur Osual. ad Donel. lib. 5. comment. cap. 12. litt. G. † Vnde cum Pomponius in d. l. fugitiuus 19. & Julianus in d. l. qui hominem 34. §. et cum fugitiuus D. de solutio. non assignent tempus, quo fugitiuus ille pro libero se gessit, interpretandi sunt iuxta mentem Pauli in d. §. si seruus 10. vt scilicet dicimus non diu se pro liberis gesisse. Et in hac materia sic inteligerem verbum illud diu , scilicet per totum illud tempus necessarium ad præparandum iudicium liberale, vt supra diximus.

16 Nisi malis cum Cuiacio ad Julianum lib. 54. DD. in d. l. qui hominem 34. §. et cum fugitiuus dicere, ibi fugitiuum rem domino surreptam vendidisse, & tradidisse, ex qua venditione non fuit orta obligatio, quæ adquireretur ipsi fugitiuo, unde nō liberatur à domino emptor, etiamsi soluerit pecuniam fugitiuo , quin domino agente rei vindicationem patiatur . Secus autem in d. l. fugitiuus 19. vbi fugitiuus pecuniam domino surreptam credidit alteri , qui eam bona fide consumpsit,

psit, cum existimaret illum hominem liberum esse, quo casu certum est obligationem creditæ pecuniæ domino adquiri, cessante rei vindicatione, & actione ad exhibendum, consumptio bona fide facta conciliat mutuum alienæ pecuniæ, quod ab initio nullum erat, cū ergo domino adquiratur obligatio creditæ pecuniæ, & condicō ex mutuo, non mirum si pecunia, quam debitor fugitiuo soluit, siue reddidit, statim adquiratur domino in cuius persona constitit obligatio creditæ pecuniæ, vnde consequens est, vt debitor ab obligatione liberetur ex causa mutui, qua domino obstrictus tenebatur.

Vnde obiter intelligendus Vlpianus *in l. rogasti 11. s. fin.* 17
D.de reb.cred. dum ait quod si seruus cui peculij administratio concessa sit tibi crediderit, erit mutuum; fugitius autem contra voluntatem domini credendo non facit accipientis, sed rei vindicatione nummis extantibus, ad exhibendum, actione eis dolo malo consumptis, & condicōne, si absque dolo consumpti fuerint, agere poterit: licet enim videretur dicendum eos nummos fieri debere accipientis, cum vt supra diximus, non interuertat possessionem, nec dominium in domino: tamen præsumpta voluntas domini, quæ alias efficit vt consistat mutuum factum per seruum liberam peculij administrationem habentem cessat in fugitiuo. Nec tūc obstat *d.l.fugitius 19.* nam vt nuper ad eam diximus intelligenda est quando nūmi sunt consumpti, quo casu etiam hic Vlpianus concedit condicōne, quæ cum sit actio personalis præsupponit sine dubio personalem obligationem, quasi cōciliato mutuo per consumptionem. Cæterum si nummi extant vindicari possunt, & debent tāquam quorum dominium pœnes me manferit. Obligaris ergo mihi accipiēdo mutuos nummos *in d.l.fugitius 19.* à seruo meo fugitiuo, si velim te obligari quandiu scilicet nummi extant, quamuis possem eos vindicare si mallem. Cæterum si iam consumpti sunt dicendum est omnimodo te obligari, & cessante vindicatione, quæ locum habere amplius non potest, condicōne locum esse: Si tamen eum liberum existimans ei solueris, liberari te

à me etiam inuito dicitur *in d. l. fugitiuus 19.* quia hoc casu nummi mei facti sunt, & quasi mihi solutum intelligitur, ideoque subiicit Pomponius aliud esse si seruus meus fugitiuus iusserrit tibi, vt alij eius nomine solueres, aut solutionem alij eius nomine factam ratam habuerit, quoniam his casibus nō perinde mihi solutum videtur, quod alij quam seruo meo solutum est.

18

Opponi vltimo loco posset contra conclusionem in hoc capite stabilitam tex. supra ad aliud institutum consideratus *in l. si mandauero 22. §. fugitiuus 9. D. mand.* vbi fugitiuus dum erat apud furem, hoc est apud eum qui ipsum celabat, pecuniam adquisiuit, seruosq; comparauit, quos eius rogatu Titius à venditore traditos accepit, dicendum est mandati actionem mihi per seruū hunc quæsitam esse contra Titium, vt eos seruos mihi restituat. Si vero sine voluntate serui mei venditos eos seruos Titio tradiderit, posse me ex empto contra venditorem agere, vt mihi eos tradat. Apparet ergo, & seruum illum contrahendo emptiones, & acquirendo pecunias pro libero se gessisse, & nihilominus nō euasisse domini potestatem, & possessionem cum dominus actionem acquisierit contra Titium, vel contra venditorem. † Sed omnino recurrēdum est ad hanc difficultatem diluendam ad id quod supradiximus, videlicet amittere dominum possessionem, serui fugitiui quoties pro libero se gerit; tunc autem gerit se pro libero non cum contrahit, sed cum paratus est iudicium, liberale suscipere, vt ex *l. 3. §. si seruus,* & *l. possessio 50. §. 1. D. de quir. poss.* & alijs iuribus supra expositis probauimus *in princ. huius capit. 1.*

AGI-

De Seruis Fugitiuis. Cap. XII.

117

'AGITVR AN SERVVS FVGITIVVS POSSIT VSVCAPL.

Explicantur tex. in l. in accessione 8. D. de diuer. Et tempo. prescript. l. qui vas 48. §. ancilla D. de furt. l. i. §. fugitiuum accipe D. de fugit. l. huiusmodi 48. §. legatum D. de leg. i. l. si à bona fidei 21. cum l. seq. D. de rei vindi. l. qui petitorio 36. §. vlt. D. eo.

C A P. XII.

S V M M A R I V M.

- 1 Seruus fugitiuus nequit usucapi.
- 2 Ne seruorum fuga dominis effet damnosa.
- 3 Non ut vere furtum sit, sed ut furti effectus sequantur.
- 4 Usucapio à defuncto inchoata continuatur in hereditate iacente.
- 5 Hereditas non potest possidere.
- 6 Pignoris possessio est apud creditorem.
- 7 Debitor habet effectus possessionis, Et sic singulari iure usucapit.
- 8 Bart. distinguit inter cōtractantē, Et rem qua cōtractatur.
- 9 Quod in furto regulari intelligi debet.
- 10 Bald. Et Iason non admittunt argumentum de contractibus ad delicta.
- 11 Vulnerans, vel occidens semetipsum pariter delinquit, ac si alium vulnerasset, vel occidisset.
- 12 In personalibus actionibus obligatur persona.
- 13 Sicut potest quis in persona sua delinquere, ita super persona sua contrabere.
- 14 Explicatur l. 2. D. de stipul. seruo.
- 15 Seruus bona fide possessus si fugerit, tempus quo in fuga est, prodest ad usucaptionem.
- 16 Explicatur Vlpia. in l. in accessione 8. D. de diuer. Et temp. prescr. dominū appellans eū, qui est in cursu usucapiēdi.
- 17 Explicatur l. si à bona fidei 21. ibi dum in fuga sit, usucapiat. D. de rei vindi.
- 18 Sic ut ancilla fugitiua censemur furti vitio affecta, Et sic in usucaptionem.

inusucapibilis, ita & partus dum in fuga erat, conceptus, censetur ab ipsa contractatus, & est inusucapibilis si ad bona fidei possessorem peruererit.

- 19 *Opponitur l. i. s. fugituum accipe D. de fugit.*
- 20 *Antonij Fabri solutio proponitur.*
- 21 *Pater legitimus est, quem legitima nuptia demonstrant.*
- 22 *D. Francisci de Amaya iudicium adducitur.*
- 23 *Verus sensus proponitur.*
- 24 *Explicatur Julianus in l. huiusmodi 84. s. legatū D. de leg. i.*
- 25 *Fugitiuus non intelligitur esse ubi fugit.*
- 26 *Non inspicitur ubi casu quis est, sed ubi perpetuo esse solet.*
- 27 *Interpretatur Paulus in d. l. si à bona fidei 21. cum l. seq. D. de rei vindici.*
- 28 *Fuga seruorum computatur inter casus fortuitos, quando erant integræ opinionis nec vinciri soliti.*
- 29 *Prudens paterfa. nisi eos seruos, qui custodia indigent, custodire non solet.*
- 30 *Contestatio litis non impedit usucaptionem.*
- 31 *Si bona fidei possessor interim eum usucaperit, debet cedere actionibus suis petitori.*
- 32 *Quia lucrum ex eo homine qui in lite esse cœperit facere nō debet.*
- 33 *Nonatio necessaria, qua sit in iuditio, sit per litis contestationem sequuta condemnatione.*
- 34 *Assignatur alia ratio.*
- 35 *Necessaria nouatione non amittitur ius separationis impe- granda.*
- 36 *Neque ius compensandi debiti in item deducti.*
- 37 *Explicatur l. qui petitorio 36. s. vli. D. de rei vindicat.*



Xplicita iam possessionis difficulti materia, succedit usucaptionis tractatus † Iustinianus fugituum seruum inter res, quæ usucapi nequeunt enumerat in s. sed aliquando l. de usucap. quem licet reprehendat Donel. lib. s. comment. cap. 24. Imperatorem tamen defendit Osual. ibi litt.

De Seruis Fugitiuis. Cap. XII.

119

litt. D. ex l. ancilla 60. D. de furt. cui addo l. i. C. de ser. fugit.
 l. vlt. §. serui D. de publi. Et vctiga. l. serui 17. §. fin. D. de furt.
 l. siue 9. §. hac actio D. de publi. in rem actio. l. vlt. §. sanè si servus
 C. de his qui ad Eccles. config. tenent Alberic. Salicet. alijque
 complures supra adducti relati à D. Fráculo de Amaya lib. 3.
 obser. iur. cap. 1. §. 3. nu. 47. quamuis enim videatur differētiam
 reperiri debere inter furem, & rem furatam, † at ne seruorū
 fuga dominis esset damnosa si per vsucaptionem ab ipsis sub-
 traherentur, introduc̄tum est seruos fugitiuos censerī sui fur-
 tum facere, vt sic tanquam res furtiuæ à nemine vsucapi va-
 leant Giffanius ad l. i. C. de ser. fugit. † vel si eidem Giffanio
 ad l. i. D. de l. Fabia de plagia. credimus, hoc non ita intelli-
 gendum, vt verè committatur furtum, sed vt furti tantum
 effectus sequantur, ex quibus vsucapio excluditur: † Sicut
 enim (considero ad confirmationem huius sententiæ) recep-
 tum est singulari iure, & vtilitatis ratione, vt vsucapio, quæ
 sine possessione non procedit l. fine 25. cum vulga. D. de vsu-
 capio. à defuncto incohata continuetur, & adimpleatur in
 hæreditate iacente l. nunquam 31. §. penul. l. cæptam 40. l. iusto
 44. §. nondum D. de vsucap. l. 2. §. etiam 18. l. qui cum 6. §. vlt.
 D. pro empt. † non tamen effectum, vt hæreditas possideat,
 quia facti est, & iuri impossibile l. i. §. Scuola D. si is qui testa.
 lib. effe ius. siue. l. denique 19. D. ex quib. cau. maio. sed vt sine
 possessione effectus illius, qualis est vsucapio, seu dominium
 quod per eam adquiritur, continentur in hæreditate. † Et
 quemadmodum licet pignoris possessio apud creditorem sit
 l. si creditor 28. l. si pignus 37. D. de pigno actio. cum alijs † de-
 bitor tamen intelligitur possidere, hoc est sine possessione
 singulari iure vsucaptionis effectus habet, scilicet dominium
 adquirit l. i. §. per seruum corporaliter l. qui pignoris 36. D. de
 adqui. pos. l. serui 16. l. nō solum 33. §. qui pignori D. de vsucap.
 l. si rem 29. D. de pignor. acti. Anto. Gomez. ad l. 45. tauri nu.
 81. Gratian. discept. forens. 147. n. 18. to. 1. Ita in nostro casu vti-
 litatis causa receptum fuit, vt fuga illa licet propriè furtum
 non sit: furti tamen effectus habeat, qualis est quod vsucapi
 nequeat.

At

At subsistamus hic parumper, veterumque interpretum exquiramus circa prædicta sententiam † Bartolus in *l. 2. D. de stipul. seruo.* ait differentiam debere reperiri inter cōtractantem, & rem contractatam, sicut inter contrahentem, & rem super qua contrahitur, arguendo de contractibus ad delicta, & è contra per regulam *l. omnem D. de iudi.* † Doctores vero communiter in *l. 1. C. de ser. fugit.* respondent huic difficultati, prædicta procedere in furto regulari, & proprio; non vero in impropio de quo loquimur.

Aliter Bald. & Iason. in *d. l. 1.* respondent: afferunt enim non procedere argumentum de contractibus ad delicta, quia nemo potest secum contrahere nō adiecta persona extranea, & tamen quis potest secum delinquere, † etenim vulnerans, & occidens seipsum pariter delinquit, ac si alium vulneraret, vel occideret *l. fin. §. si quis autem*, ubi assignatur ratio, *D. de bon. eor. qui mor. sibi consci.* Sed hæc solutio nullius momenti est: † etenim in omnibus obligationibus personalibus, quæ solo consensu causantur, de quibus in *tit. I. de oblig. ex consen.* quis personam suam obligat, & sic non est differentia inter obligantem, & rem super qua contrahitur obligatio, sicut etiam dicimus quod seruus patitur se vendi ad pretium participandum, licet verum sit, quod nemo potest contrahere, nisi sit aliis cum quo contrahat, eodem modo nemo potest delinquere nisi aliis ex delicto offendatur, sed in seruo fugituo est dominus qui offenditur, & quando quis seipsum vulnerat, vel occidit laeditur Respublica, cum ipsius intersit ne quis re sua male vtatur *§. sed est maior I. de his qui sunt sui, vel alie. iur.* Sicque data paritate terminorum non est differentia inter contractus, & delicta: † sicut enim potest quis in persona sua delinquere *d. l. vlt. §. si quis autem*, ita potest super persona sua contrahere, & medio contractu eam obligare, sicut delinquendo obligatur ad poenam, unde quemadmodum quis vulnerando seipsum dicitur delinquere in propriam personam, sic seruus fugiendo dicitur committere furtum in persona sua eo pacto quo quis contrahendo obligat personam suam.

Vnde

De Seruis Fugitiuis. Cap. XII.

121

Vnde propositæ difficultati respondendum est cum Francisco Curtio *in d.l. 1.nu.5.C.de ser.fugit.* non esse necesse in contractibus differentiam reperiri inter contrahentem, & rem super qua cōtrahitur, † nec aliquid facit tex. cum ibi per Bart. notatis *in l. 2. D. de stipul. seruo.* quia ibi solum dicitur quod seruus non potest se sibi ipsi stipulari, quia debet esse differentia inter obligantem, & eum cui adquiritur obligatio, sed bene potest se stipulari domino, & subdit tex. rationem: *non enim se domino adquirit, sed de se domino obligatorem,* & sicut vult tex. quod respectu obligationis personalis, etiam in contractibus, non sit differentia inter obligantem, & rem quæ obligatur, quidquid dicat Bart. *in d.l. 2.* ita quoque dicendum est in nostro casu.

14

Eadem autem ratio supra expensa concludit, quod licet verum sit seruum à domino fugientem inusucapibilem reddi: attamen si alienus seruus bona fide possideatur, in cursuq; usucapiendi dominus sit, & fugerit seruus, tempus illud, quo in fuga est domino, hoc est bonæ fidei possessori ad usucaptionem prodest. † Sic intelligitur Vlpianus *in l. in accessione 8. D. de dñer. Et tempo. præscrip.* dominum appellans eum, qui est in cursu usucapiendi, ut *in l. 1. C. de præscr. long. temp.* Sed acriter obstat aduersus inhabitatem, seu incapacitatem usucaptionis serui fugitiui tex. *in l. si à bona fidei 21. D. de rei vind.* † de cuius tex. decisione latè mox *nu. 27.* à nobis agendum, solum pro nunc expendo illum quatenus afferit usucapi posse seruum fugitiuum à bonæ fidei possessore, quod opponi hucusque dictis videtur. Hanc difficultatem dissimularunt omnes illius tex. interpretes. Affirmandum tamen existimarem ibi non de seruo fugituo respectu veri domini agi, sed de seruo alieno bona fide possesso, qui à bonæ fidei possessore fugit, vnde est fugitius respectu bonæ fidei possessoris, non respectu domini, à quo non aufugit, & cessat ratio, quam supra expendebamus quare introductum sit, ut seruus fugitius nō possit usucapi, videlicet quia sui ipsius furtum committere videatur: etenim fugendo à bonæ fidei possessore, non videtur sui ipsius furtum perpetrare respectu domini,

15

16

17

Q

cuius

cuius respectu vt diximus non erat fugitiuus quia ab eo non aufugerat, sed alia de causa à bonæ fidei possessore cum alienus esset, possidebatur.

18 Hæc à nobis tradita locum habent etiam quando ancilla concepit, vt quemadmodum ipsa propter fugam furti vitio afficitur, eodem quoq; affiliatur contractatus ab eadem partus; ipsa autem propter fugam furtiuia censetur, & partus propter cōtractationem furis, vt eleganter docet Affricanus in *L. ancilla* 60. *D. de furt.* vnde sicut si ancilla surrepta concepisset apud furem, partus vtpotè furti vitio adfectus, non vſucaperetur *l. qui vas* 48. *S. ancilla D. de furt.* ita & eodem modo in fugitiua procedit, vt si apud aliquem bonæ fidei possessorem peruererit partus *d.l. serui* 17. *S. vlt. D. de furt.* tanquam furti vitio adfectus, & à fure contractatus, non vſuapiatur.

19 Sed tunc obstat valdè tex. in *l. 1. S. fugitiuum accipe D. de fugit.* vbi Vlpianus ex Labeonis sententia docet non censeri fugitiuum ex fugitiua ancilla natum, idemque sentit interpres ad lib. 60. *Basilicon dum tit. 7.* postquā affirmauit eisdem pœnis subijci eum qui erronem, & qui fugitiuum celavit, subiungit non etiam si ancilla fugitiua prægnans dum celatur ab aliquo, peperit apud eum: hic enim solius ancillæ sustinebit pœnam, non partus, sed ipsum solum reddet: partus enim fugitiuus non est. Hæc ille. Ex quibus colligi videtur partum à fugitiua matre cōtractatum vſuapi contra id quod supra ex *d.l. ancilla* affirmatum fuit.

20 Antonius Faber in ratio. ad d. tex. asserit seruum, qui patrem habere non potest († pater siquidem legitimus ille est, quem legitimæ nuptiæ demonstrant *l. quia semper* 5. *D. de in ius voc.*) lequi conditionem matris, quantum ad naturales qualitates, non quantum ad accidentales, quæ ex bonis, vel malis moribus oriuntur, & sic fugitiuos non nasci, sed fieri, sicut de Christianis affirmabat D. Hieronymus ad *Latam*, & Tertullianus contra gentes aduersus Hæreticorum damnatos errores, vt animaduertit Anto. Faber in suo Codice lib. 1. tit. 1. defini. 19.

D.Fran-

De Seruis Fugitiis. Cap. XII.

123

D. Franciscus Amaya lib. 3. obser. cap. 1. §. 3. nu. 51. 65 seq. 22
duobus modis respondet. Primo quia pœna nō debet exten-
di, sed omnino restringi, & sic in ea nō comprehenditur, qui
celavit fugitiū natum: siquidem in eo non datur vera con-
trectatio, quam tamen non habuit dominus ancillæ fugitiū:
fugitius tamen censebitur, ne vsucapiatur, & ne domino
damnoſa sit fuga matris. Secundo respondet natum ex fugi-
tuo nō censi fugitiū, quia deficit in eo illud requisitum
à Tryphonino in noſtra l. fugitius 225. adductum ſcilicet,
quod initum fugæ mente conceperit, & quod ea mente de-
ciferit, vt ad dominum redeundi animum non habuerit;
censebitur vero furtiuſ, quia à matre contractatur, & ſic ef-
fugiet vsucaptionem.

Sed nec Fabri, vel Amayæ iudicia in hac re placent: debet
enim Vlpianus, & cæteri Consulti intelligi secundum subie-
ctam materiam de qua tractant, agebat Vlpianus in tota l. 1.
D. de fugiti. & præcipuè in §§. antecedentibus de eo, qui ap-
prehenderit fugitiū, vt illum in publicum deducere de-
beat, quo casu, & erro comprehenditur nomine fugitiū
(quia, vt dicebat Labeo in l. quis sit fugitius 17. §. apud D.
de adil. edic. erro est pusillus fugitius, diximus plura de erro-
ne supra cap. 4. nu. 3. non tamen is qui natus est ex fugitiū:
non enim tenetur quis illum in publicum deducere cum fu-
gæ vitium ſolam ipſam matrem afficiat; non autem ex ea na-
tum: effugiet tamen ſemper vsucaptionem, quia vt ait Affri-
canus in d. l. ancilla 60. *Ancilla fugitiva quemadmodum ſui*
furiū facere intelligitur, ita partum quoq; contractando fur-
tum facit D. de furt.

Hinc obiter intelligendus Iulianus lib. 33. *Digestorum in l.*
huiusmodi 84. §. legatum D. de leg. 2. ex quo tex. deduci po-
tent fugitiū matris partum fugitiū eſſe: hæc enim eſt ſpe-
cies: fundū Cornelianum, & mancipia, quæ in eo fundo erant
tempore mortis hæres Titio dare damnatus fuit, ancilla quæ
in eo fundo eſſe confueuerat, cum in fuga eſſet, enixa fuit,
dubitatum extitit an ipſa, eiusque partus legato comprehen-
derentur. Respondit Consultus ancillam licet fugitiūam

Q 2

cen-

- 25 censeri legatam, † quia non intelligitur ibi morari vbi fugit
 26 *l. Titius 8. D. de ser. export.* † non enim vbi casu res sunt, vel
 absunt inspici debet, sed vbi perpetuo esse solent, vt *ex l. si ita legatum 8 6. cum vulg. D. de leg. 1. probat Bart.* Vnde etiam
 partum legato comprehendendi cōcludit recte Julianus: etenim
 si ex fundo mater non fugisset ibi partus reperiatur, cum
 que fugitiuus videatur esse in loco à quo recessit, vt in simili
 specie proponitur in *l. si seruus 8 2. D. leg. 3.* hinc ambo in le-
 gato continentur.
- 27 Huc spectat interpretatio difficilis Pauli sententiæ in *l. si à bona fidei 2 1. cum l. sequenti D. de rei vindi.* Agitur de illa
 quæstione, an si seruum possessum à bonæ fidei possessore
 petierit dominus, & post litem contestatam sine dolo mālo
 possessoris fugerit, debeat præstare æstimationem litis, nec
 ne? Et sanè distinguit Consultus † solet enim fuga seruorum
 connumerari inter casus fortuitos, quando videlicet erant in-
 tegræ opinionis, vt custodiri, aut vinciri non solerent, vt di-
 citur in *l. contractus 2 3.* ibi *fuga seruorum qui custodiri nō solent, rapina, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus predonum à nullo præstantur D. de reg. iur.* Non enim
 amplior diligentia, vel cura requiritur in bonæ fidei posse-
 sorse, etiam per litis contestationem interpellato, quam in
 prudente patrefa. siquidem litis cōtestatio grauiore custodia
 eum onerare non debet, vt in gratiam petitoris diligentior
 esse debuerit, quam pro seipso, si bonus paterfamilias sit, fu-
 turus esset. † Prudentes autem patresfa. seruos, nisi eos qui
 custodia indigent, custodire non solent *l. si ut certo 5. S. custodiā l. in rebus 1 8. l. argentum 2 0. D. commoda.* vt optimè
 animaduertit Anto. Faber in *ratio. ad tex. in d. l. si à bona fidei D. de rei vindi.* Si ergo nulla culpa possessoris interuenerit,
 non debet damnari in æstimationem litis eius serui nomine,
 sed ne iudicium, quod actor interposuit, sine emolumento ei
 cedat dicendum est, quod si possessor interim eum seruum
 vſu cœperit, † (nam nec contestatio litis inturrumpit vſuca-
 pionem *l. Julianus 1 7. S. vlt. cum l. seq. D. de rei vindic.* cum
 superueniens mala fides non noceat *S. diutina I. de vſu capio.*
l. bona

De Seruis Fugitiuis. Cap. XII. 125

*I.bona fidei 41. §.in contrarium D.de adquir.rer.domi.l.unica
C.de vsucap.transfor.* nec fuga serui vsucaptionem impedit,
cum non impedit possessionem , vt supra probauimus . † Si
igitur interim eum vsucœperit debet cedere actionibus suis
petitori, scilicet actioni in rem , & ad exhibendum, vt nota-
uit Cuiā. *ad Palum lib. 21. ad Edictum hic* , quas possessor
vsucapione quæsiuit , & petitor amissit , debetque restituere
possessori fructus ejus temporis quo possedit, vel debet caue-
re possessor petitori se suis actionibus, quas vsucapione quæ-
siuit acturum, eum seruum persequuturum , ac deinde resti-
tuturum petitori illius æstimationem : nam licet verum sit
non fuisse litis contestatione interruptam vsucaptionem , vt
supra dicebamus, sicque vsucapione expleta effectum fuisse
verum dominum ipsum possessorem: tamen cum interuenit
litis contestatio nō potest ius actionis corrumpi, nec fieri ullo
modo deterius per possessorem, qui exinde malæ fidei posses-
sor factus fuit, nec tantum de dominij, sed etiam de possessio-
nis iure vacillare, & dubitare cœpit *I.nemo 10. in fine C.de
adquir. possess.* † vnde *lucrum ex eo homine, qui in lite esse cœ-
perit facere non debet*, vt inquit Julianus *in d.l.Iulianus 17. §.
vlt.D.de rei vindic.* imò illum restituere debere docet Caius
in l.si post acceptum 18. D.eo. habetur enim res pro iudicata
ex tempore litis contestatæ: † nouatio etenim illa necessaria,
quæ ex quasi cōtractu in iudicio celebrato nascitur *l.3. §. idem
scribit D.de pecul.* fit per litis cōtestationem si condemnatio
sequuta est *l.delegare 11. l.aliam 29. D.de nouat. l.insulam*
84. D.de ver.oblig. l.solutione 23. D.de solut. l. 3. C.de nouat.

Libenter tamen aliam in hac re assignarem rationem, vi-
delicet quod , vt communiter dici solet , actor litem conte-
stando non facit conditionem suam deteriorem *l.nō solei 86.*
cum l.seq. D.de reg.iur.d.l.aliam 29. D.de nouat. † & sic vide-
mus quod litis contestatione , seu necessaria nouatione non
amittitur ius separationis impetrādæ *l.vlt.D.de separat.* † ne-
que ius compensandi debiti in litem deduci *l.in compensa-
tione 8. D.de compensa.* cum alijs, quæ possem longo calamo
hic adducere . Cum ergo, vt ad institutum redeamus, qualis
actio

a&ctio est tempore litis cōtestatæ, talis remanere debeat quo-
usquæ super ea iudicetur, hinc ne ex post facto fieret melior
cōditio malæ fidei possessoris, quam futura erat si statim rem
restituisset *l. et ex diuerso 35. §. 1. D. de rei vind.* vel si statim
iudicatum fuisset, statutum fuit vt vsucapione non obstante
teneatur cedere possessor actionibus suis petitori. Si igitur,
vt ad speciem nostri tex. redeamus, seruus à bonæ fidei pos-
sessore fugerit, cum nondum ab eo fuerit adimpletum tem-
pus vsucaptionis, nullas habet actiones, quas petitori cedere
possit, ideoque nec de seruo persequendo petitori cauere de-
bet, sed petitor ipse, qui nondum amissit dominium, cum nō
fuerit expletum tempus vsucaptionis, suo iure eum seruum
persequi potest: At si dolus possessoris interuenierit in fuga
serui, vt puta quod eum non custodierit cum custodiri debe-
ret, tunc litis æstimationem actori præstare debet, & vicissim
actor possessori cedere actionibus suis. In omni autem casu
vbi propter fugam serui possessor absolvitur, et si non coga-
tur cauere de persequenda re: tamen cauere debere posse-
sorem si rem na&ctus fuit eam restituturam, certum est. Quo-
ties autem interuenit dolus tunc *quasi possideret*, hoc est vt
verus possessor condemnandus est, quemadmodum supra di-
xerat, quia cum dolo ipsius fugerit non amittit possessionem
quo adhunc effectum.

Quod autem idem sit obseruandum respectu serui fugiti-
ui quod respectu rei furtiu& , ita vt quemadmodum seruus fu-
gitiu& vtpotè sui furtum faciens vsucapi non possit *l. 1. C. de*
ser. fugi. ita etiam nec Publiciana a&ctio respectu serui fugiti-
ui locum habeat probat *tex. in l. sue 9. §. hæc a&ctio D. de publi.*
in rem a&ctio. Vbicunque enim locum habet vsucapiendi con-
ditio ibi amissa possessione rectè exercetur Publiciana in-
rem, & contra cum lex & qualitas rei obstat vsucaptioni, vt in
nostro casu, tunc nec Publiciana potest exerceri *l. quacunque*
13. in princi. D. de publici in rem a&ctio. l. ubi lex 24. D. de vsu-
cap. Duo enim sunt quæ Publicianam impediunt vitium rei,
& mala fides accipientis quoniam ista non admittunt vsuca-
piendi conditionem. Ioannes Oldendorpius *in pro gymnas-*
matis

matis actio. foren. classi tertia actione 3. §. vlt. pag. 319.

Illud tamen pro coronidè animaduertendum venit, non debere nos turbare quod affirmat Caius in l. qui petitorio 36. §. vlt. ibi: *Culpa autem reus est possessor, qui per insidiosam loca seruum missit, si is perit, et qui seruum a se petitum in arenam esse concessit, et is mortuus sit, sed et is qui fugitiuum a se petitum non custodit, si is fugit D. de rei vind.* Videtur ergo non esse distinguendum an seruus deberet custodiri, nec ne ad constituendum in culpa possessorem cum quo petitor litem suam contestatus fuit, iuxta tradita supra in d. l. si a bona fidei 21. Nō inquam turbare nos debet: etenim ibi loquitur Consultus de seruo, qui fugit, hic autem de seruo fugitiuo; fugitiuus autem is est non, qui fugit, sed qui fugere solitus fuit, ut supra latè probauimus ex l. quis sit fugitiuus 17. in princ. Et §. idē ait D. de adil. edic. quē omnino custodire at strictus erat.

DE SERVO, QVI CVM LIBERTAS SVB

conditione si certo tempore operas præstisset ei relicta esset, fugit nondum expleto tempore. Interpretantur iura in l. seruus 14. §. fin. l. cum hæres 4. §. vlt. D. de statu lib. l. Paulus 38. §. fin. D. de liber. cau.

C A P. XIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Seruus qui liber esse iussus fuit, si certo tempore operas præsterit, si fugit nondum expleto tempore, non est liber.
- 2 Proponitur species l. Thais 41. §. si intra D. de fideico. libert. Et expenditur contra supradicta.
- 3 Condicio est adimplenda in forma specifica.
- 4 Vera solutio proponitur.
- 5 Obicitur circa supradicta l. Paulus 38. §. fin. D. de liber. cau.
- 6 Romanus afferit d. tex. deuiare a communibus iuris regulis.
- 7 Alij favori libertatis hoc tribuunt.
- 8 Sed refelluntur.

9 Cu-

- 9 *Cuiacius existimat non agi de continuo seruitio, sed de continuo triennio.*
- 10 *Sed reprobatur.*
- 11 *Qualitas adiuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi.*
- 12 *Proponitur, Et amplectitur solutio Amaya.*
- 13 *Libertas in d. iex. non ab herede, sed ipso iure triennio exacto competit.*
- 14 *Nec debet heredi seruire.*
- 15 *Probatur exemplo l. si peculium 20. §. is cui D. de statu lib.*
- 16 *Si tempus triennij non fuerit expletum quando Stichus reversus fuerit, tunc heredi residuo tempore debet seruire.*
- 17 *Libertatem vero non consequitur ab herede.*
- 18 *Quod ex Principum constitutionibus contra regulas iuris communis fuit admissum.*



1 Eruus qui liber esse iussus fuerit, si heredi certo tempore operas praestiterit, si fugerit antequam tempus fuerit expletum, non erit liber, nisi totidem dies, quot in fuga permanxit seruerit, ut docuit Consultus in l. seruus 14. §. fin.

l. cum hares 4. §. vlt. D. de statu lib. quia tempus illud debet esse continuum, & non interpolatum, sentiunt ita Accur. ad rubr. D. de diuer. Et temp. prescript. Menoch. de recip. poss. reme. 1. nu. 447. Antonius Gomez lib. 3. var. cap. 8. nu. 2. Tiraquel. de retract. Linag. §. 1. glos. 11. nu. 21. Matienço in l. 3. tit. 11. glos. 12. per totam lib. 5. recop. Osual. ad Donel. lib. 1. comment. cap. 18. litt. D. plura iura pro hac sententia tradit Amaya lib. 1. obser. iur. cap. 10. nu. 8.

2 Obstaculum tamen quod in l. Thais 41. §. si intra certa D. de fideicom. libert. libertas seruis sub conditione relicta fuit, si intra certa tempora rationes redderent, intra quae conditioni non paruerunt, post conditionis defectum erant ad reddendas rationes parati, respōdet Sc̄euola si per ipsos stetisset quominus intra diem constitutam conditionem adimplerent, nō idcirco quod rationes velint reddere liberos fore, † debet enim

De Seruis Fugitiuis. Cap. XIII.

129

enim conditio adimpleri in forma specifica *l. qui heredi 44. cum vulg. D. de condit. E. demonstr.* vt voluit Alexan. in *l. si insulam nu. 24. D. de verb. oblig.* † Sed semper placuit in hac re distinctio, quam ex Saliceto tradit *Pichar. tracta. de Moratu. 208.* separat enim tempus oneris quantitatuum à tempore potestatis limitatiuo: nam in primo mora emendatur, non sic in secundo, vt riusque rationem reddit, quia ubi tempus in conditione adiectum est oneris quantitatuum, conditio ipsa reperitur sine termino aliquo pro suo implemento præfixo, ideo mora si qua est emendari potest, cum dispositio, & voluntas disponentis adhuc duret. Si vero tempus in conditio ne adiectum est potestatis limitatiuum, apparet quod tempore lapsu deficit conditio vna cum potestate eam adimplendi, & per consequens ipsa, & voluntas sic disponentis, & ideo post illud tempus defectu potestatis mora non emendatur.

Rursus obstat tex. in *l. Paulus 38. §. fin. D. de liber. cau.* Vbi si venditus fuerit seruus ita vt si continuo triennio seruierit Titio, manumittatur, nondumque exacto triennij tempore fugerit, & post aliquantulum temporis defucto Titio reuersus fuerit, responderet Paulus non obstat Sticho ad subsequendam ex venditione libertatem quod ante triennium decesserit, imò expleto tempore continui triennij libertatem ei competere.

Hæc difficultas adeo oppressit Romanum, vt affirmare nō dubitauerit in *l. si ita stipulatus D. de verb. oblig.* à communibus regulis decisionem huius tex. deuiare. † Alij fauore libertatis hoc procedere existimant, inter quos Antonius Gomez. *d. cap. 8. num. 2.* † Sed refellitur ex *l. Stichum 39. §. damna l. si peculium 20. §. quadam vers. alia D. de statu lib.* † Cuiacius vero ad *Paulum lib. 15. respons.* in nostra lege existimauit non fuisse ibi factam mentionem continui seruitij, sed continui triennij, † quod etiam reprobatur, quia conditio fuit *si continuo triennio seruisset*, vnde sequitur continuo illo tempore debere seruire, † quia qualitas adiuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi, vt docent relati à Tiraquelle *de iur. primog. quest. 40. nu. 176.* sicque non fuit conuentum in-

4

5

6

7

8

9

10

11

R

ter contrahentes vt continuo esset, sed vt continuo triennio seruiret, imò etiamsi eo modo fuisset concepta conditio adhuc non adimpta diceretur, cum intra triennium aufugerit. Alia congerit Caldas *lib. 1. recep. sent. quast. 3. ex nu. 19.*

- 12 Ego tamen libenter assentior Amayæ *d. cap. 10.* qui supponit in eo tex. venditum fuisse Stichum Titio sub ea cōditio-
ne, vt eum manumitteret post triennium, si continuo seruie-
rit. Si ergo ante expletum tempus fugerit Stichus, & cum
reuersus fuerit, iam Titius decesserit, cōpetit ei triennio exac-
to libertas: etenim in venditione designata fuit persona Ti-
tij, cui seruitum præstari debebat, eo defuncto non est præ-
standum hæredi, qui in conuentione nec nominatus fuit, sed
illud tantum conuentum vt triennio seruiret, & à Titio ma-
numitteretur. † Titio defuncto, & triennio exacto, compe-
tit ipso iure ei libertas, vt dicitur in hoc tex. nec indiget hæ-
redis manumissione vt probatur *in l. si quis 30. D. qui ē aqui.*
13 *l. 1. ē 2. C. si mancip. ita fue. alien.* † nec necessè habet ei ser-
uire *l. apud Iulianum 40. §. si quis alicui D. de leg. 1. l. stipula-*
14 *tio ista 38. §. quis ita 10. l. si ita 92. D. de verb. oblig.* † Induci-
que potest exemplum tex. *l. si peculum 20. §. is cui D. de statu*
lib. Vbi si decem dare, & liber esse iussus est seruus, defuncto
eo cui danda erant decem consequitur Constituto iure liber-
tatem, etiamsi illa decem parata non habuerit *l. Stichum 39.*
§. si Stichus D. de statu lib. l. cum ita 94. D. de cond. ē demost.
Hacque forte de causa adiecit Paulus illa verba *secundum ea*
qua proponeretur Scæuolæ propria, vt doceat nō semper hoc
16 *verum esse, sed secundum subiectam materiam.* † Si vero
tempus triennij non fuerit expletum quando Stichus reue-
sus fuerit, tunc dicemus hæredi seruiturum Stichum, quia
etsi persona eius non fuerit nominata: tamen obligatus est ad
seruendum per triennium, & sic manet seruus hæredis do-
nec triennium expleuerit, † libertatem vero non conseque-
tur ab eo, quia ad Titij solam personam spectabat *l. 4. §. serui-*
17 *re D. de statu libe.* † Quod aduersus iuris communis regulas
admissum fuit ex Constitutione Diuorum Marci, & Comodi
ad Aufidium Victorinum, vt ex *l. verum 11. §. quod si D. de*
minor.

De Seruis Fugitiuis. Cap. XIV.

131

minor. alijsque quamplurimis iurium, & interpretum autoritatibus probat dictus Amaya ubi sup.

DE P O E N I S S E R V O R V M fugitiuorum.

C A P. XIV.

S V M M A R I V M.

- 1 *Fuga in seruo est delictum.*
- 2 *Fugitiui signari solebant notis, vel litteris.*
- 3 *In Pristinum quoque ore notati coniiciebantur.*
- 4 *In vultu signabantur.*
- 5 *Vnde intelligitur Suetonij locus.*
- 6 *Hinc etiam Valer. Maxi. dum meminit serui notis deformati.*
- 7 *Dicebantur sic signati, Stigmatici.*
- 8 *Erat hæc inscriptio antiquum supplicij genus.*
- 9 *Probatur verbis Seneca.*
- 10 *Iura loquentia de stigmatibus explicantur.*
- 11 *Prases Tolosa stigmate inustus.*
- 12 *Huiusmodi stigmatibus fugitiui dignoscabantur.*
- 13 *Sic intelligendus Aufonius.*
- 14 *Miles ingratus, inscriptione notatur.*
- 15 *Plures alij notati.*
- 16 *Serui stigmatici, litterati, &c inusti dicti.*
- 17 *Explicantur Priscianus, &c Iuvena. &c alij.*
- 18 *Medicamento quodam tollebantur huiusmodi note.*
- 19 *Prohibitio in lege veteri harum incisionum.*
- 20 *Mos Syriorum.*
- 21 *Constantinus prohibuit huiusmodi panam.*
- 22 *Hanc pandam restituit Theophilus Imperator Hereticus.*
- 23 *Quid de militibus.*
- 24 *Explicatur tex.in l.contractus 17.C.de fid.instru.*
- 25 *Regens Don Ludouicus ab Ex ea laudatur.*
- 26 *Quid de calumniatoribus.*

- 27 *Quid de aquarijs.*
 28 *Notabantur fugitiui collare.*
 29 *Interpretantur tex. in l. et eleganter 7. §. idem Labeo D. de
dolo; Et l. si vi certo s. §. sed an etiam D. commode.*
 30 *Interdum pedum amputatione multabantur.*
 31 *Nummulario infideli amputata manus, Et mensa affixa
fuerit.*
 32 *Improbo exactori manus præscindebantur.*
 33 *Eadem pœna erat scriptori librorum hereticorum.*
 34 *Lenonis oris meatus liquido plumbō claudebantur.*
 35 *Periuro lingua abscindebatur.*
 36 *Simplices fugitiui non ita plectebantur, sicut iij qui pro libe-
ris se gerebant.*
 37 *Illi domino redduntur ab eo castigandi.*
 38 *Isti grauius coercentur; tormentis enim subiiciuntur.*
 39 *In uniuersam Rempublicam peccant.*
 40 *Apud VVisigothos si tanquam ingenui cum libera nuptias
contrahebant, qui nascebantur patris, non matris condi-
tionem sequebantur.*
 41 *Damnatus ad opus publicum in certum tempus, si fugit no
expleto tempore, duplicatur reliquum.*

- 1  VM fuga in seruo sit delictum, vt inquit Bald.
*conf. 250. in quæst. Domini Milani nu. 3. vers.
 sequitur videre lib. 1. Et conf. 382. nu. 5. lib. 5.
 hinc fugientes varijs pœnis plectebantur, ex
 quibus licet aliquæ supra narratæ sint, super-*
- 2 *sunt tamen adhuc aliæ explicandæ. † Fugitiui ergo compun-
 gi solebant notis vel litteris, quibus persæpe dignoscen-
 tur, & deprehendebantur l. 1. §. fin. D. de fugiti. Huiusmodi
 stigmaticæ, seu subuerbustæ dicebātur, subuerbustæ inquam,
 quasi veribus vsti, seu subueruistæ, ita Festus. Tertullianus
 quoque lib. de pallio inquit: *Libertinos in equestribus, subuer-
 bustos in liberalibus, deditios in ingenuis, rupices in urbanis,
 scurras in forensibus, paganis in militaribus.* Petro. Arbi.
 notum, inquit, fugitiuorum epigræma. † In Pistrinum quoq; cōjci
 solere*
- 3

De Seruis Fugitiuis. Cap. XIV.

133

solere fugitiuos seruos, qui vt essent noscibiles notis in ore
 inscripti erant, probat ex d.l. i. S.tandiu D.de fugit. D.Ioannes
 Suarez in commenta ad l. Aquiliam lib. 2. cap. 2. sect. 2. nu. 16.
 † Aliquoties etiam seruorum vultus inscriebantur, teste Pli-
 nio lib. 18. cap. 3. & Varrone lib. 1. de re rusti. † Vnde Suetonius
 in Caio cap. 27. ait multos honesti ordinis deformatos prius
 stigmatum notis ad metalla, & munitiones viarum, aut ad be-
 stias condemnatos fuisse. † Serui hisce notis deformati me-
 minit Valer. Max. lib. 6. cap. 8. † Dicebantur huiusmodi stig-
 matici sic apud Dionem lib. 97. histo. Roma. item aliquando
 litterati, atque inusti. † Erat itaque haec inscriptio antiquum
 supplicij genus, quo summa irrogabatur ignominia, cum li-
 beri hominis facies atris notis perpetuo mansuris profundis
 caracteribus incideretur, † meminit eius supplicij Seneca
 lib. 3. de ira cap. 3. cum ait Varia vinculum genera, varia
 pœnarum, lacerationes membrorum, inscriptiones frontis, &
 bestiarum inmanium cauernæ, & videndus Cæli. Rhodig. an-
 tiqua. lectio. lib. 4. cap. 31. Lipsi. lib. 1. elec. cap. de Ergastulis
 Vlpia. in fragm. tit. 1. §. deditiori numero Petr. Gregor. lib. 31.
 syntag. c. 35. † sic intelligenda iura in l. stigmata C. de fabricen.
 lib. 11. l. 1. in fine D. de fugiti. l. si quis 17. C. de pœnis l. 2. C.
 Theodo. eo. tit. meminit stigmatis Fabricensibus apponi soliti
 Bonifacius Octauus in cap. si Index Latus 12. de sententi ex-
 com. lib. 6. vide glos. ibi. & de stigmate lepræ est tex. in can.
 hoc ipsum 33. quæst. 2. & in cap. ad audientiam 3. de crimi falsi
 contra Clericos falsantes sigillum Regis Francorum dicitur:
 in signum maleficij characterem aliquem imprimi facias, † &
 de Præside Tolosæ in fronte stigmate inusto, & in insulanum re-
 legato ob falsam Inquisitionem factā, meminit Jacobus Go-
 thofer. ad l. 2. C. Theodo. de pœnis. Videndum Langlus lib. 10.
 semestr. cap. 2. pag. 644. † Erant huiusmodi stigmata notę qui-
 bus fugitiui dignoscabantur d.l. i. in fine D. de fugiti. † Sic in-
 telligendus Aufoni. loquens de Pergamo scriptore fugituo,
 postquam enim dixit

*Tam segnis scriptor quam lentus Pergame cursus
 Fugisti, & primo captus es in in Stadio,*

pergit,

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

pergit, & ait

Ergo notas scripto tolerasti, Pergame, vultu

Et quas neglexit dextera, frons patitur.

14 † Seneca lib. 4. de beneficijs cap. 37. & 38. agit de inscriptione qua Philippus Macedonū Rex ingratum militem circa hospitalitatem notandum præcepit inquiens nomine Philippi: *Potius est intra fines Regni mei te litteras istas oculis inscribendas durissima fronte circumferre. Ostende quam sacra res sit mensa hospitalis, præbe in facie tua legendum istud decretum, quo cauetur ne miseros tecto iuuare capitale sit, magis ista constitutio sic erit rata, quam si illam in as incidissem Plura Cuia.*

15 lib. 7. obser. cap. 13. † Cicer. lib. 2. officio. Thracem compunctum notis Threicijs. Plini. in Panegi. ad Traia. Exanguem, & ferream frontem nec quicquam conuulnerandam præbeant punetis, & notas suas rideant. Valeri. Maxi. lib. 6. cap. 8. Seruus ab eo vinculorum pœna coercitus, in expiabilique litterarum nota per summam oris cōtumeliam inustus. Suetoni. in Caligu. cap. 27. stigmatum quoque notis dixit, & Quintili. lib. 7. cap. 4. inquit, si quis fugitiuo stigmata scripserit. † Vnde stigmatici, littorati, atque inusti serui dicti apud Pollucem lib. 3. Onomasti. apud Dionem lib. 97. histo. Roma. Plini. lib. 18. cap. 3. Varro. lib. 10. de re rusti. D. Ioannem Suarez in comment. ad l. Aquiliam lib. 2. cap. 2. sec. 2. nu. 16. Cælium Rhodigi. antiqua. lectio. lib. 4. cap. 31. Lips. lib. 11. electio. cap. 15. Vlpia. in frag. tit. 1. §. deditiorum numero Caium lib. 1. insti. §. 3. Petr. Grego. lib. 31. syntag. cap. 35. † Sic intelligendus Priscia. lib. 7.

Signare opportet frontem calida forcipe.

prius enim litteræ siue notæ inurebantur candenti ferro iuxta illud Iuuenalis.

Tum felix quoties aliquis tortore vocato

Vritur ardenti, duo propter linteā, ferro

Et hac de causa appellavit focorum signa, ipsa stigmata Co-jumela hisce verbis.

Deletura quoque est fronti data signa focorum

Plato quoque lib. 8. de legibus inquit: *Si quis sacrilegium commisserit siquidem seruus, aut hospes fuerit in facie, manibusq; crimen*

De Seruis Fugitiuis. Cap. XIV. 135

crimen inscriptus, & flagellatus extra fines patrios proijcitor.
Petronius sic ait: Impleuit Eumolpus frontem utriusq; ingen-
tibus litteris, & notum fugitiuorum epigramma per totam fa-
ciem liberali manu duxit.

Et Martialis.

Quatuor inscripti portabant vile cadauer.
Sic apud Platum in Cassiria seruus conseruo conuitium fa-
cit hoc modo. *Sic hic litteratus me signat.*

Sed eleganter Scribonius Largus cap. 231. *Quatenus, in-*
quit, acrium, & exulceratorum medicamentorum habita est
mentio, ponemus quo stigmata tolluntur indignis, etenim mul-
tiss hac calamitas ex transuerso accidit ut dispensatori Sabini
Calui naufragio in ergastulo deprehenso, quem Tryphon multis
*delusum, & ne casu quidem notas confusas habentem uno me-*dicamento liberavit.**

In Leuitico prohibuit hoc Dominus c. 19. nō incidetis car-
nes vestras, nec figuræ aliquas, aut stigmata facietis vobis, vbi
in insignis Abulensis noster notauit quest. 27. *Idolatrae accipie-*
bant laminam auream inscriptam nomine idoli, & inflamma-
tam apponebant carni sua, & manebat ibi profunde impressum
nomen idoli. † Hinc mos apud Syrios, cuius meminit Lucianus
in Syria Dea. *Omnibus autem nota inuruntur alijs in vo-*
la, alijs in ceruice, atq; inde est quod Assyrii cuncti notas inu-
stas habent, sed & difficilis Herodoti locus lib. 2. quem erudi-
tis interpretandum relinquimus. Si seruus configiens capiat
sacras notas se se Deo tradens cum nefas est tangere.

Sed hanc pœnam inscribendi in facie prohibuit Constan-
tinus in l. 2. C. Theo. de pœnis, que est trāscripta in l. 2. C. Iustini.
eo. tit. eo christiano prætextu, ne facies qua ad similitudinem
pulchritudinis cœlestis est figurata maculetur, cum & in ma-
nibus, & in suris possit pœna inscribi. † Sed hanc pœnam iuri
antiquatam, & abolitam restituit Theophilus Imperator Hे-
reticus, qui vt refert Zonaras to. 3. annalium duos Monachos
quia ipsum liberè monuissent inter alias ignominias inscrip-
tos ait & quidem ita vt duodecim versuum epigrammata ex-
ciperent illa vultus, vt sic dicam, tabula. *Deinde, inquit, fa-*
cies

*cies eorum cōpunxit, & notis illis Iambicos versus atramen-
to infuso expressit. Hos autem fuisse Theophanum, & Theo-
dorum fratres, Sanctos Martyres, tradit Baronius in Martyro.
ad diem 22. Decembris.*

23 De militibus tradit Vegetius lib. 1. cap. 8. Non statim pun-
ctis signorum scribendus Tyro. & lib. 2. cap. 5. victuris in cuto
pūctis milites scripti. S. Ambrosius de obitu Valentiniāni Cha-
ractere domini inscribuntur & sermuli, & nomine Imperato-
ris signantur milites, & S. Gregorius epist. 2. Ne quis manu si-
gnatus ante expletara militiam ad Monasteria migret, quam
legem priorem tulisse afferit Julianum Parabatam.

24 Hinc interpretādū esse tex. à se solū in hac re animaduer-
sum in l. contractus 17. C. de fide instru. ibi licet litteras unius
partis vel ambarum habeat, rescripsit mihi † Don Ludouicu-
sus ab Exea in Supremo Regnorum Coronæ Aragonum Cō-
filio Regens, & Collega meus charissimus de antiquo, & no-
uo iure optimè meritus, vt testantur eius selecta scripta, mul-
tis titulis à me colendus.

26 De calumniatoribus quoque probatur ex l. Remmia, quod
solebant inuri littera K. vt testatur Cicero orat. pro Sex. Roscio
Amerino. Quo referri potest tex. in l. quasitum 13. ibi eius
quoque testimonij fidem quod integræ frontis homo dixerit per-
pendere D. de testibus.

27 De aquarijs est tex. in l. decernimus 10. ibi singulis mani-
bus, eorum felici nomine pietatis nostra impresso. C. de aqua
auctu. plura Iacobus Gothofr. ad l. 2. C. Theodos. de pœnis.

28 Notabātur etiam fugitiui collare, vt ex Lucil. lib. 29. apud
Nonium notauit dictus Don Ioannes Suarez ad l. Aquil. lib.
2. cap. 3. sec. 2. nu. 39. Et Colum. lib. 1. cap. 6. inquit seruos fu-
gitiuos vinc̄tos seruari consueuisse in subterraneis ergastulis.

29 Hinc venit interpretandus tex. in l. et eleganter 7. S. idem
Labeo 7. D. de dolo: Supponendū imprimis est, q̄ malos seruos
& fugæ suspectos solebant olim domini neruo, ac cōpedibus
coercere, & vinc̄tos continebant, & sic intelligēdus est tex. in
l. si ut certo 5. S. sed an etiam 6. D. cōmod. & rem rusticam vin-
eti exercebant de quo dolebat Plinius lib. 18. cap. 3. immuta-
tam

De Seruis Fugitiuis. Cap. XIV. 137

tam esse agriculturæ dignitatem afferens, & terram vincit pedes exercent, & Seneca lib. 7. de benef. cap. 10. inquit vasta terrarum spatia colenda per vincitos. Si ergo vincitum seu cōpeditum ut fugeret soluero, ait Quintus, si non misericordia ductus fecero, teneor furti, si misericordia vero solum actione in factum, idem probat Iustinia, in s. vlt. I. de lege Aquilia, quam misericordiam intempestiuam vocat Consultus in l. si hominem 7. D. depositi.

Solebant etiam pedum amputatione mulctari, si ad Barbaros, vel (ut Cuius. lib. 18. obseru. cap. 9. legit) ad Barbaricum, fugitiui configissent l. 3. C. de ser. fugit. ut sic qua parte quis peccauit ea quoque puniatur, † sic nummulario non ex fide versanti pecunias iussu Galbae (testante Suetonio) amputatas fuisset manus, mensaque affixas dicitur. † Iustinianus quoque Nouel. 17. exactori nō ex legis præscripto apocham conficieni manus abscindendæ ius dat Præsidibus Prouinciarum, † & Nouel. 42. eandem penam indicit scriptori librorum hexaricorum. † Constantinus etiam lenoni, & persuasori iubet liquido plumbo meatus oris claudi l. 1. C. Theod. de rap. Virgi. † Periuro etiam lingua præscindebatur, vt ex Nouel. quadam Leonis, & Constantini docet Cuius. lib. 17. obser. cap. 13.

Non autem omnibus fugitiuis æquales penæ fuerunt constitutæ: simplices enim non ita plectebantur, sicut ij, qui pro liberis se gerebant l. 2. D. de fugit. Vbi Calistratus fugitiuos simplices appellat eos, qui non se negant seruos, sed dominum alium pro domino mentiuntur. † Hoc autē præcipuum inter eos agnoscitur discriminem, quod fugitiui simplices dominis redduntur ab ipsis castigandi, nec aliam penam à Præfecto Vigilum, aut à Magistratu patiuntur. † At qui se pro liberis gerunt grauius coerceri solent, & tormentis subiiciuntur, vt constat ex l. 4. l. cum seruum 6. C. de fugit. l. seruos 12. C. de agric. Et censi. lib. 11. † grauius enim peccant, nec dominis suis tantum iniuriam faciunt, sed etiam omnibus cum quibus vti liberi contrahunt, adeoque toti Reipublicæ, cum gerendo se tanquam liberi ad dignitates, & honores, muneraque publica per errorem admitti facile possunt, vt Barbaro

rio Philippo contigisse in l.3.D.de offic. Præt. videbimus latè infra cap. 17.

Sed & ego reperio seruum simplicem fugitiuum etiam vltimo supplicio nō à domino , sed à Magistratu damnatum: Sic potest probari ex verbis Auli Gellij lib. 5. noct. attic. cap. 14. & libenter integrum caput referam cū de fugitiuo verba faciat,& miram, licet vulgarem, referat historiam dessumptam ex Appione, qui Polyhistor appellatus est, quiue non audiuisse, vel legisse , sed ipsum se se in Vrbe Roma vidisse restatur. *In circo maximo venationis amplissimæ pugna populo dabatur. Eius rei, Roma cum forte esset, spectator fui. Multa ibi sauentes fera, magnitudine bestiarum excellentes, omniumque inusitata aut forma erat, aut ferocia. Sed præter alia omnia leonum immanitas admirationi fuit, præterque omnes ceteros, unus. Is unus leo corporis impetu, & vastitudine, terrificoque fremitu, & sonoro, toris, comisq; ceruicum fluctuantibus, animos, oculosque omnium in se se conuerterat. Introductus erat inter cõplares ceteros ad pugnam bestiarum Dacus, seruus viri Consularis. Ei seruo Androdus nomen fuit. Hunc ille leo ubi vidi procul, repente quasi admirans stetit, ac deinde sensim, atque placide, tāquam noscitabundus ad hominem accedit. Tum caudam, more, atque ritu adulantium canum, clementer, & blandè mouet, hominisque se se corpori adiungit cruraque eius, & manus propè iam exanimati, lingua leniter demulcet. Homo Androdus inter illa tam atrocis ferae blandimenta amissum animum recuperat, paulatimq; oculos ad contuendum leonem refert. Tum quasi mutua recognitione facta latos, & gratulabundos videres hominem, & leonem. Eare prorsus tam admirabili, maximos populi clamores excitatos dicit, arcessitumq; à Casare Androm, quasitam causam cur ille atrocissimus leonum uniparcisset. Androdus rem mirificam narrat, atque admirādam. Cum Provinciam, inquit, Africam proconsulari Imperio meus dominus obtineret, ego ibi iniquis eius, & quotidianis verberibus ad sugāsum coactus, & ut mihi à domino terra illius Præside tutiores latebra forent, in camporum, & arenarum solitudine concessi, ac si desuisset cibus*

cibus, consilium fuit mortem aliquo pacto querere. Tum sole medio rapido, & flagranti specum quandam nactus, remotam latebrofamque in eam me penetra, & recondo, neque multo post ad eandem specum venit hic leo debili uno, & cruento pede gemitus edens, & murmura, dolorem, cruciatumque vulneris commiserantia. Atque illic primo quidem cōspectu aduenientis leonis territum sibi, & pauefactum animum dixit, sed postquam introgressus leo in habitaculum illud suum videt me procul delitescentem, mitis, & mansuetus accessit, & sublatum pedem ostendere mihi, & prorigere, quasi opis petenda gratia visus est. Ibi ego stipem ingentem vestigio pedis eius barentem reuulsi, conceptamque saniem vulnere intimo expressi, accutiusque sine magna iam formidine, siccaui pænitus, atque detersi cruorem. Ille tunc mea opera, & medela leuatus, pede in manibus meis posito recubuit, & requieuit, atque ex eo die triennium totum ego, & leo in eadem specu, eademque victus viximus. Nam quas venebatur feras, membra opimiora ad specum mihi suggerebat, qua ego ignis copiam non habens, sole meridiano torrens, edebam. Sed ubi me vita illius ferina iam pertasum est, leone in venatum profecto, reliqui specum, & viam fermè tridui permensus, à militibus visus, apprehensusque sum, & ad dominum ex Africa Romanum deductus. Is me statim rei capitalis damnandum, dandumque ad bestias curauit. Intelligo autem hunc quoque leonem me tunc separato captum, gratiam nunc mihi beneficij, & medicina referre. Hac Appion dixisse Androdom tradit. Eaque omnia scripta, circumlataque tabella populo declarat. Atque ideo cunctis pentibus dimissum Androdom, & pæna solutum, leonemque ei suffragijs populi donatum. Postea, inquit, videbamus Androdom, & leonem loro tenui reuinctum, urbe tota circum tabernas ire, donari are Androdom, floribus spargi leonem, omnesque ferè ubique obuios dicere: hic est lec, hospes hominis, hic est homo, medicus leonis. Constat igitur nō damnasse dominum, sed potius damnandum, dandumque ad bestias curasse, licet in toto historiæ contextu non legatur eum pro libero, dum fugitiuus erat, se gesisse.

40

Sed & alia pena apud VVifigothos puniebantur ij qui cum fugitiui serui essent pro liberis se gerebant: etenim si tanquam liber nuptias cum ingenua contrahebat, qui nascebantur non matris, sed patris conditionem sequi atstringebantur, ut probat tex. singularis in legibus VVifigothorum congestis per Federicum Lindenbrogium. Est sub tit. de fugit. lib. 9. cap. 16. cuius haec sunt verba: Quia saepe dum serui dominos suos fugiunt mentientes se esse ingenuos mulieribus ingenuis contra legum decreta in coniugio copulantur, ideo huius legis valitura promulgatione decreuimus, ut si quis seruus in fuga positus, vel quibuscunq; modis de iure domini sui euagans ad quemlibet peruererit, utrum ingenuum se esse dicat, aut fortasse non dicat, & sub hac occasione ingenua mulieri petierit copulari. Quidquid de tam inhonestâ coniunctione fuerit procreatum, conditionem patris proculdubio sequatur, ut dum eius dominis aduenerit, non solum eundem fugitiuum, sed & filios exinde progenitos, omneque eorum peculium suo debeat vindicare domino. Similis quoque & de ancillis ordo seruandus est, qua fugientes dominos suos viris ingenuis se copulare præsumperint.

41

Tandem notandum est temporis poenæ duplicatione plecti eum, qui cum in opus publicum ad certum tempus damnatus esset, fugit non expleto tempore l. aut damnum 6. §. quisquis D. de pænis: duplicatur tamen, ut in eo tex. dicitur illud temporis residuum, quod supererat quando aufugit, notant Cuia. lib. 6. obser. cap. 36. Heringi. de fidei us. cap. 22. nu. 32. & de exule notauit Ant. Gomezius lib. 3. var. cap. 8. nu. 1.

DE POENIS CELANTIVM FVGITIVOS. Explicatur l. 1. in princip. & s. 1. D. de seru. fugit.

C A P. XV.

S V M M A R I V M.

- 1 Fur appellatur, qui fugitiuum abscondit.
- 2 Fur est, qui furtum facit.

3 Fur-

- 3 *Furtum fit sine animo lucrandi.*
- 4 *Fur non est, qui fugitiuo iter monstrauit.*
- 5 *Finis, non factum inspicitur, & obiter explicatur l. verum 39. D. de furt.*
- 6 *Fugitiuus non interuerit domini possessionem.*
- 7 *Agit quantum potest, ut sui furtum faciat.*
- 8 *Receptatores sunt pessimum furum genus.*
- 9 *Nunquam seruus fugeret dominum, si sciret non inuenturum latendi locum.*
- 10 *Explicatur elegans A. Gellij locus.*
- 11 *Qui recipiebat scienter seruum quadupli pœna tenebatur.*
- 12 *Si alienum libertum, ad operas illius loco praestandas.*
- 13 *Qui celat seruum, & impedit ne dominus eum apprehendere possit tenetur de plagio.*
- 14 *Celans dolo malo eum, qui ex domini occisi familia fugerit, cum esset noxius, tenetur l. Cornelia de sicarijs.*
- 15 *Secus si non dolo malo, sed humanitate ductus hoc fecerit.*
- 16 *Teneor tanum cautionem praestare, si alius in scio me meum adhibuerit, ex quo seruus in meam potestatem peruenierit, & inde aufererit.*
- 17 *Proponuntur verba Senatus Consulii super celantibus fugitiuos.*
- 18 *Lex quantumuis dura seruanda.*
- 19 *Senatus Consultum ius facit.*
- 20 *Qui misericordiam intempestive, & in alterius perniciem exercet, dolo proximus est.*
- 21 *Agitur de mulcta, quam Senatus imposuit.*
- 22 *Villicis vel Procuratoribus, qui intra 20. dies fugitiuos dominis reddunt veniam Senatus in ante actum dedit.*
- 23 *Bonus legislator non tam de locupletando Fisco, quam de malis moribus emendandis tractare debet.*
- 24 *Explicatur Vlpianus in in l. qui ea mente 65. D. de furt.*
- 25 *Difficile est, ut remittatur mulcta adiudicata in vice eius quod interest.*
- 26 *Princeps nō potest tollere ius quæsiū peractus iuris gētium.*
- 27 *Ex Constitutionibus si priuati seruum quis occultauit aliū simi-*

similem vel 20. aureos restituit. Si secundo celavit, duplicatur pana. Si tertio triplicatur.

28 Si erat Fisci, similem cum 12. libris argenti restituere tenetur.

29 Ius municipale Cathaloniae circa detentores fugitiuorum.

30 Proponitur l. cum seruum 6.C. de ser. fugit.

31 Proponuntur leges Longobardorum.



ON solum fugitiui supra traditis poenis ple-
ctuntur, verum & ij, qui eos celant alijs mul-
ctantur: † Fur enim is, qui fugitiuū abscondit, appellatur *in l. i. D. de fugit. l. Neratius*
11. §. fin. D. de ser. cor. l. si mandauero 22. §. fu-
gitiuus D. mandat. † licet enim fur non sit, nisi qui furtum
facit *l. qui seruo 36. §. idem Pomponius D. de furt.* † furtum au-
tem non fiat sine animo lucrandi, & furandi *l. i. §. vlt. l. si iussu*
46. §. i. D. eo. † ideoque communiter dicatur furem non esse
eum, qui fugituo iter monstrauit *l. furtum 62. D. de furt.*
† non tam enim factum quærendum est, quam causa facien-
di *l. verum 39. D. eo.* vbi si meretricem alienam ancillam quis
celauerit, vel rapuerit furtum non esse dicitur, quoniam cau-
sa faciendi, non lucrum, sed libido fuerit, vnde videatur di-
cendum non posse quem furem dici ob id solum, quod fugi-
tiuum celauerit: Nihilominus tamen optima ratione affirmat
Consultus furem esse eum qui fugitiuum celat: † licet enim
fugitiuus neque aliarum rerum possessionem domino inter-
uertere possit *l. rem qua 15. D. de adqui. poss. cum supra cap. 9.*
traditis, † tamen agit quantum potest, vt sui furtum faciat *l. i.*
C. de ser. fugit. vnde qui eum celat hoc ipso fur est, quod ani-
mum habet interuertendae possessionis domino, eumque
seruum si fieri potest lucrandi, † pessimumque furum genus
est receptatorum sine quibus diu latere nemo potest *l. i. D.*
de receptat. † Neque vero dominum suum quisque desere-
ret si sciret nusquam sibi latendi locum relictum, vt ait tex.
in l. seruo 12. C. de agri. E cen. lib. 11. † Hinc fortasse dicebat
Sabinus Cōsultus, vt refert Aulus Gellius *lib. 11. noct. Attica.*

cap. 8.

De Seruis Fugitiuis. Cap. XV.

143

cap. 8. furem esse hominis pronuntiatum eum, qui cum fugitiuus præter oculos domini fortè iret, obtentu togæ tanquā se amiciens ne à domino videretur, obstatisset. † Sic videmus quod si quis receperisset scienter seruum quadrupli pœna tenebatur l. vñica C. de Colon. Illyricia. † Si vero alienum libertum occultabat, loco illius ad operarum præstationem tenebatur l. vlt. C. de oper. liber. Nec mirum hisce pœnis statutum fuisse, ut plesterentur ij qui fugitiuos celant: sunt enim prona ad fugam seruorum ingenia, quibus species quædam libertatis esse videtur tantisper in potestate domini non esse. Alia ratio est eius qui fugitivo tantum iter monstrauit, de quo in d. l. furtum 6 2. D. de furt. † Alia illius qui fugitiuum celavit, ne venire illum, & appræhendere dominus posset, quem l. Fabia de plagiarijs teneri docet tex. in l. non statim 6. §. vlt. D. ad l. Fabi. de plagia. † Interdum etiam L. Cornelia de Siccarijis puniebatur is, qui aliquem eorum seruorum, qui ex domini occisi familia, & eius facinoris noxius fuerit, receperit, vel sciens dolo malo celauerit: in ea namque causa est, ac si lege, quæ de Siccarijis lata est, eius sceléris noxius foret ex l. 3. §. si quis quem eorum 1 2. D. de S. C. Syllania. † Si vero non dolo malo, sed vel humanitate, vel misericordia ductus, aut quæ alia probata, & iusta ratione seruum receperit, nō tenebitur aliqua pœna, neque serui recepti, neque furti, ut dicitur in l. doli 5. D. de ser. corrup. & explicat traditque supra tradita Antonius Faber in ratio. ad tex. in d. l. 1. D. de ser. fugit. † Quibus addo alium casum, quo non teneor ex receptione, videlicet si alius in scio me metum adhibuerit, ex quo seruus alienus in meam potestatem peruenierit, & vel mortuus fuerit, vel fugerit: primo enim casu iudicis officio absoluar. Secundo si cauero restituturum, si in meam iterum peruenierit potestatem, ut tradit Vlpianus in l. item 14. §. aliquando 5. D. quod met. cau.

Senatus Consulto etiam cautum fuit, ne fugitiui admittantur in saltus, neque protegantur à Villicis vel Procuratoribus possessorum, & multam statuit; his autem, qui intra 20. dies fugitiuos vel dominis reddidissent, vel apud Magistratus exhibuissent,

11

12

13

14

15

16

17

- buiſſent, veniam in ante actum dedit d. l. 1. §. Senatus censuit D. de ser. fugit.* Ob eam autem caufam fuit hæc proteſtio Senatus consulto prohibenda, vt culpam haberet, pœnamque mereretur: fecit enim hoc Senatus Consultum quod, & alijs plerisque casibus euenit, ex non delicto delictum: neque enim eſſet hoc peccatum, ſi lex non prohiberet, † quæ etſi dura feruanda eſt l. proſperit 9. D. qui ēt à qui. † non enim ambigitur Senatum ius facere l. non ambigitur 9. D. de legib. §. conſtat 3. I. de iur. nat. gent. ēt ci. §. quos autem I. de bonor. pos. Cæterum post Senatus Consultum etiamsi Villicus quis, aut poſſeſſionis Procurator conſeruum ſuum fugitiuum miſericordia ductus celauerit, aut protexerit, nō eo minus coeretur, ſtatutamque mulctam à Senatu patietur: non enim debuit miſericordiæ prætextu ius domini lēdere, † dolo ſiquidem proximus eſt, qui intempeſtiuè, & in alterius perniciem miſericordiam exercet l. ſi hominē 7. in prin. D. depoſi. † Quænam autem hæc mulcta ſit, quam Villicis, & Procuratoribus Senatus ſtatuit Vlpianus in d. §. 1. non aperit, vnde diuersimodè loquuntur interpretes. Quidam referunt Vlpianum ad l. quicunque 4. C. de ser. fugit. vbi extat Constantini lex, quæ aduersus fugitiuorum fuſceptores certas, ſatiſq; graues pœnas conſtituit. Sed cum ea lex sit Constantini nemo dixerit Vlpianum ex ea interpretationem ſumere poſſe. Accur. intelligit de pœna centum ſolidorum Fisco præſtanda, de qua Vlpianus in §. hoc autem ſeq. d. l. 2. D. de fugit. Cæterum ad alium caſum ea mulcta pertinet. Anto. Fab. in ratio. ad. d. §. 1. arbitrio Iudicis eam fuisse exiſtimat.
- 22 At his qui intra 20. dies fugitiuos, vel dominis reddidifſent, vel apud Magistratus exhibuiſſent, veniam in anteactū dedit d. §. 1. optima enim ratione id ſtatuitur: potest enim lex, quæ mulctam, aut pœnam certo crimi ni ſtatuit, pœnitentiā quoque delinquentis admittere ſi velit, vt eo veluti remedio inuitentur delinquentes ad purgandam delicti culpam, quod hic euenit: neque enim Senatus cum mulctam ſtatuit Villicis, & Procuratoribus fugitiuos receptatibus tam id egit, vt mulctam infligeret, quam vt iſtos metu mulctæ à celan-

De Seruis Fugitiuis. Cap. XV.

145

celandis, & protegendis fugitiuis deterreret, † quod & boni cuiuslibet legislatoris propositum esse debet, non tam de locupletando Fisco, quam de malis moribus, & flagitiosis hominibus emendandis l. si pœnæ 20. D. de pœnis. Satisfit ergo menti, & proposito Senatus si Villici, & Procuratores, qui fugitiuum protexerunt, & per aliquot dies celauerūt, si inquam eum intra 20. dies domino reddiderint, vel apud Magistratū exhibuerint. Illis igitur hoc casu merito Senatus *veniam in anteactum dedit*, idest de delicto antea factō *Ante*, inquam, non quam Senatus Consultum fieret, vt malè interpretatur Accur. sed quam redditī dominis fugitiui, vel Magistratibus exhibiti sint. † Nec abs re Vlpianus in l. qui ea mente 65. D. de furt. ita loquitur: *nemo enim tali peccato pœnitentia sua nocens esse definit*, vt significaret non in omnibus delictis idem esse. Accursius separat hic mulctam, quæ legi debetur ab ea quæ homini, vt illa remitti possit à lege, hæc non item arg. l. Celsus 23. D. de recep. arbi. † Inficiari autem nequit difficilius esse quod remittatur mulcta, quæ homini adiudicata est in vicem eius quod interest, si iam cœperit eius interesse l. Et si post res 8. D. si quis cautio. l. si ita 135. §. Seia D. de verb. oblig. † nec enim Princeps facile tollere potest ius quæsitum tertio per actus iuris gentium, licet secus esse credatur si per actus ciuiles, vt Doctores tractant ad l. vlt. C. si contra ius vel utili. publi. Sed non ideo fit quin liceat Principi, vel Senatui, & cuiilibet ciuili legislatori certis conditionibus pœnam, & irrogare vni in alterius utilitatem, & irrogatam certis quoque conditionibus, & legibus remittere.

Ex Cōstitutionibus autem si priuati hominis seruum quis occultauerit, eum cum alio simili vel 20. solidis restituit. Si secundo eum suscepit cum duobus alijs, vel quadraginta aureis reddit. Si tertio eum celauit, illum cum tribus alijs, vel sexaginta aureis domino repræsentat l. 4. C. de ser. fugit. † Si vero seruum Fisci occultauit, non solum eum restituit, sed etiam duodecim libris argenti Fisco inferendis mulctatur l. penul. C. eo. Iulius Pacius in Isagogen in Digesta lib. 1 i. tit. 4.

Non solum autem ius commune circa fugitiuos celantes

T

pœnas

pœnas imponit, verum & nostrum municipale Cathaloniæ suas quoq; muletas statuebat (loquor de tempore præterito: etenim vbi Gallica tyrannis viget, ius municipale radicitus extinguit) vt videre est lib. 9. tit. 17. de Esclaus fugitiis in noua Constitutionum cōpilatione, prætextu fortasse cuiusdam Vsatici Barcinonensis, cuius ibi fit mentio: Eius verba hæc sunt *Sarracenis in fuga positis quicunque eos inuenerit, & retinuerit antequam transeant Lupricatum reddat eos dominis suis, & pro mercede sua habeat de unoquoq; singulos mancufos, vel ut alij legunt morabatinos, à Lupricato usque ad Frācolinum mancufos tres & medium, deinde unciam unam, & ferris, & vestimenta.*

30 Sit pro coronidè in hac materia obseruādum quod disponit Constantinus Imperator in rescripto ad Tiberianum Hispaniarum Comitem misso, cuius meminit l. cum seruum 6. C. de seru. fugit. vbi proponitur dominum seruum quendam fugitiuum ab eum celante petiisse, qui vt pœnam in occultantes mancipia vitaret de proprietate opposuit, vel in libertatis vocem eum animauit, illico terminū disceptationi serui tormenta præstare debent, vt sic serui à nimia fuga deterreantur.

31 Libet antequam hinc recedamus aliquas, quæ ad institutum conferunt leges Longobardorum proponere Rex itaq; Rhotaris lib. 1. tit. 25. de furtis, & seruis fugacibus cap. 1 6. sic ait: *Si portinarius mancipium fugitiuum sciens transposuerit, si probatum fuerit perquirat eum, & proprio domino cum rebus, quas secum detulerit restituat. Etsi ipse fugax alibi transmigrauerit, vt non inueniatur, tunc portitor ipsum mancipium simul, & res quas secum detulerit de quanto ausus fuerit iurare, qui perdit ab ipso, qui sciens transposuerit, reddat sub aestimatione pretij excepto pro culpa componat ipse portinarius in Curte Regis solid. xx.*

Et idem cap. 23. sic ait: *Si quis mancipium fugax in casa sua nesciente domino super nouem noctes habuerit, & contigerit ipsum mancipium aliquid mali perpetrare aut mori, aut aberrare, ille qui id susceperit, & celauerit, & mandare neglexerit*

De Seruis Fugitiuis. Cap. XVI. 147.

glexerit reddat ipsum mancipium, aut pretium eius domino eius, & damnum quod fecerit ipse componat qui id apud se habuerit.

Et tandem cap. 25. sic loquitur: Si quis mancipium alienum sciens fugax esse nesciente domino susceperebit, aut annonam dederit, aut ostenderit viam, aut transposuerit, & mancipium ipsum fuga lapsum in antea fugerit, ipse id perquirat, qui ei annonam dederit, aut viam ostendere presumperit. Et si id non inuenierit reddat pretium mancipij simul, & res quas secum portauit, et si inuentum fuerit reddat ipsum simul, & operas eius.

IN PRÆDIIS CÆSARIS FVGITIVOS perquiriri etiam posse ostenditur, ad interpretationem tex. in l. 3. D. de seru. fugit.

C A P. XVI.

S V M M A R I V M.

- 1 In prædijs Casaris, & Senatorum perquisitio fugitiui fieri poterat.
- 2 In eorum domo minime.
- 3 Iuuat etiam perquirentes fugitiuos l. Fabia de plagiarijs, dum statuit, ut litteræ à Presidibus Provinciarum Magistratibus dentur.
- 4 Fuit Presidialis officij hac cura.
- 5 Modica iurisdictio erat in Magistratibus municipalibus.
- 6 Ideo centum solidorum pena mulctabantur, si litteris acceptis fugitiuos perquirentes non iuuabant.
- 7 Milites stationarij etiam iuuare tenentur.
- 8 Apud Apparitorem quoque potest dominus petere fugitiuum.
- 9 Confirmantur supra tradita.
- 10 Senatus non hoc statuit, sed ipse met Casar.
- 11 Principis privilegium nemo nisi Princeps ipse interpretari debet.
- 12 Ex 12. tab. non licebat, nec furti causa ingredi domum alterius, nisi cinctculo amictus, & lance ante oculos posito.

13 Ratio quare sic ingredi debebatur.

14 De Pradijs Paganorum fit mentio quia Stationarij, quibus cura & hac committebatur, nihil contra Paganos statuere poterant.

15 Ne Paganos ternerent, ipsi sive graues præsumptione singuli militaris existerent.

16 Milites Stationarij non possunt quenquam in custodiam retinere.

17 Nisi fugitiuos.

18 Rei publicorum iudiciorum aliquoties militibus custodiendi committebantur.

19 Limenarcha qui sint.

20 Creabantur ex Decurionibus.

21 Habebant sua nauigia ad traiectus, & portus custodiendos.

22 Proponitur quedam Longobardorum lex.

1



A M frequens olim, tantique momenti visa fuit seruorum fuga, & fugitiorum occultatio, ut eorum perquisitionem fauorabilem adeo crediderit Senatus, & Imperatores D. Pius, & D. Marcus, quorum hac de te orationes referuntur in l. 3. D. de ser. fugiti. vt nec ipsius Cæsar is prædijs peperc erint, & sic multo minus prædijs Senatorum, de quibus hoc testatur Specul. tit. de Instru. editio. §. 6. vers. pone instrumta Bertachi. ver. fugiti- uus num. 20. † Obseruandum autem est de inquisitione, seu perquisitione illa loquutos fuisse Imperatores, & Senatum, quæ fieret in prædijs, non vero in domo Cæsar is, vel Senatoris: læderetur enim Senatoris fama: fur enim dicitur, qui seruum fugitium occultat, vt latè ex l. 1. C. de ser. fugit. supra cap. 15. probauimus. † Cui rei etiam lex Fabia de Plagiarijs prospexerat, & aliud Senatus Consultum factum Modesto Consule, vt fugitiuos inquirere volentibus litteræ ad Magistratus dentur l. 1. D. de ser. fugit. scilicet à Præsidibus Provinciarum: † (fuit enim hæc res Præsidialis officij, vt ait l. 2. C. de ser. fugit.) ad Magistratus municipales, quorū aliqua quidem,

2

sed modica fuit iurisdictio, & autoritas l. Magistratibus 12. D. de

3

probauimus. † Cui rei etiam lex Fabia de Plagiarijs prospexerat, & aliud Senatus Consultum factum Modesto Consule, vt fugitiuos inquirere volentibus litteræ ad Magistratus dentur l. 1. D. de ser. fugit. scilicet à Præsidibus Provinciarum: † (fuit enim hæc res Præsidialis officij, vt ait l. 2. C. de ser. fugit.) ad Magistratus municipales, quorū aliqua quidem,

4

sed modica fuit iurisdictio, & autoritas l. Magistratibus 12. D. de

5

De Seruis Fugitiuis. Cap. XVI.

149

D.de iurisd. l.4.§.duas D.de damno infec. † vt mirum non sit
mulctam in eos statutam fuisse centum solidorum si litteris
Præsidum acceptis perquirentes non adiuuarent d. l. 2. §. hoc
autem D.de ser.fugit.

6

His Senatus Consultis, & L.Fabiæ de Plagiarijs adiungit
Vlpianus generalem epistolam Diuorum Marci, & Commo-
di qua declaratur, & Præsides Prouinciarum, & Magistratus
municipales, & milites Stationarios adiuuare dominos debe-
re ad fugitiuos perquirendos, & inuentos dominis redden-
dos, vt hi apud quos delitescunt puniantur, si crimine contin-
gantur, idest si participes, & consciij criminis inueniantur d. §.
hoc autem l. 2. D.de fugit.

7

Facit etiam valdè quod Vlpianus refert in l. 3. D.de fugiti.
ex rescripto D.Pij, nisi quod ibi additur posse quoq; apud ap-
paritorem dominum petere, ac impetrare, vt ei permittatur
ingredi, & perquirere prædium in quo seruus occultari, & de-
litescere creditur, vt intelligamus nihil non permisum esse,
ac permittendum, vt fugitiui isti inquirantur, & apprehen-
dantur. † Addit etiam Vlpianus orationem aliam D.Marci in
Senatu recitatam, quæ nominatim facultatem dedit perqui-
rentibus ingrediendi tam Cæsaris, quam Senatorum, & Paga-
norum prædia, scrutarique cubilia, atque vestigia occultan-
tium. Quid enim amplius potuit facere prouidetissimus Im-
perator, idemque iuris Religiosissimus, quomodo eum Papi-
nianus vocat in l.vnum ex familia 67.§.vlt. D.de leg. 2. quam
vt nec ipsa Cæsaris prædia ab huiusmodi perquisitione exci-
perentur. † Hoc vero à Senatu non tam prætermisum, quam
factum non fuisse mirum nō est, cum de Prædijs Cæsaris ne-
mo alias, quam Cæsar ipse præscribere, & ius dicere possit: †
si enim Principis priuilegia à nemine nisi ab ipsomet Princi-
pe interpretari possunt l.vlt. §. 1. C.de legib. Acacius de priui.
lib. 1. cap. 3. nu. 9. Et lib. 2. cap. 3. nu. vlt. multo magis de suis
prædijs statuere, & ius dicere neminem nisi Cæsarem decet.

8

Eoque magis dignoscitur Senatus, & Cæsaris cura circa
fugitiuos, quod ex 12.tab. viro externo nefas erat intrare do-
mum cuiusvis, & quacunq; de causa, ne quidem ad quæren-
dum

9

10

11

12

- dum in ea furtū, nisi qui intrabat nudus, idest canticulo, quod
vocabant licium, amictus esset, & nisi lance ob oculos posito,
ne fœminas videret, & eas corrumpendi potius, quam furti
conciendi causa ingressus videretur, notauit Scaliger *ad Festum vers.lance*, & Turneb. lib. 30. aduers. cap. 23. † docet
ve 10 optimè Scholiares Aristoph. ideo canticulo amictos es-
se debuisse qui ædes suspectas ingrediebantur, vt ostenderent
nihil esse quod suspicaretur quasi de furibus externis domi-
nus, cum ferè nudi essent, citraque latebrofa indumenta qui-
bus implicari, inuoluique posset furtuum quipiam, tradit
Antonius Mornacius in obseruatio. ad Digesta ad l. i. D. de fugiti. De furto per lancem, & licium cōcepto meminerunt
fragmenta legum 12. tab. collecta per Gothofredum tit. 22.
Sed qua ratione lance ob oculos posito posset qui ingredie-
batur perquirere furtum, dubitat valdè Scaliger ab Festum,
vbi supra dicens nescire aliam interpretationem, videndus
Pithæus primo aduers. cap. 2. § l. i. C. Theod. de habitu.
- 14 Cur vero de prædijs Paganorum generaliter perinde, ac
Senotorum, adeoque ipsius Cæsar is loquutus sit D. Marcus in
hac oratione, itemq; Senatus in eo Senatus Consulto, de quo
in d. §. hoc autem, ratio ex eo petenda videtur, quod Stationa-
rijs militibus perquirendi cura vt plurimum iniungebatur,
præsertim generali illa epistola, cuius meminit Vlpianus *in d. §. hoc autem in fine*, itemque Senatus Consultum ipsum pri-
mis illis eiusdem §. verbis ibi *militi, vel pagano.* Militibus au-
tem non licebat in Paganos quidquam facere, adeoque nec
in ijs ferè negotijs, quæ ad Paganos pertinebant se interpo-
nere, † ne Paganos terrent, ipsisque graues præsumptione
singuli militaris existerent, vt loquitur Imperator *in l. milites*
31. C. de locat. iunc. l. qui stipendia 9. C. de procurat. Nisi si
quando postremi rimedijs loco manus militaris adhibenda
erat, ita non tam permittente, quam iubente Principe, vel
Magistratu, vt *in l. qui restituere 68. D. de rei vind. l. 3. in princ.*
D. ne vis fiat ei qui in posses. mis. erit, vbi dicitur non tam ex-
traordinem hoc fieri, sed etiam esse plusquam extraordina-
rium, quod omniū apertissimè probat *l. i. C. de offic. milit. iud.*
- 15 Illud

De Seruis Fugitiuis. Cap. XVI.

151

Illud sanè constat milites Stationarios non potuisse quemquam in custodiam retinere *l. 1. C. de curios. lib. 1 2. l. 1. C. de cohort. Princi. Cornicul.* & *Principa. eo. lib.* extra hunc casum seruorum fugitiuotum, † quos deprehensos rectè in custodia tenent, vt subiicitur in *l. 4. D. de fugit.* nimirum ex rescripto illo *D. Pij.* & oratione *D. Marci* cuius in *d.l. 3.* fit mentio. Quid enim prodeisset iubere stationarijs militibus, vt fugitiuos seruos perquirerent, & apprehenderent, si apprehensos retinere in custodia non possent? † Militibus planè rei publicorum iudiciorum, plerumque custodiendi committebantur *l. 3. D. de custo.* & *exhib. reo. l. 4. D. de fugiti.* vbi eam Paulus subiungit rationem. Nam & *Magistratus municipales ad officium Praesidis Prouincia, vel Proconsulis comprehensos fugitiuos rectè transmittunt.* Ideo autem rationem hanc subiicit, quia Magistratum municipalium permodica erat iurisdictio, etiam in seruos *l. Magistratibus 1 2. D. de iurisdic.* quasi non esset denegandum Limenarchæ, & Stationarijs militibus, quod etiam Magistratibus municipalibus concederetur. † Vulgata lectio in *d.l. 4.* habet *Limenarchæ*, quam & Accur. probat, & ab Ethimologia nominis eos interpretatur, qui præsunt militibus custodientibus limina Imperij contra hostes. Rectius Florent. lectio *Limenarchæ*, qui custodes sunt portuum maritimorū, ex quibus frequens erat traiectus ad exteris nationes, infestebantque Piratas, & eos qui oleum, vinum, liquamina, aut ferrum ad hostes deferrent *l. 1. & 2. C. qua res export. ad exteris g̃etes* verosimile est transfugituros seruos, qui essent fugitiui, eosque huiusmodi Limenarchæ retinebant *l. muneribus 1 8. §. hi quoque 1 0. D. de mune.* & honor. † creabanturque ex Decurionibus *l. non idcirco 3 8. C. de liber. cau.* tradit Buleg. *de Imper. Rom. lib. 7. cap. 2 1.*

16

17

18

19

20

21

Habebant vero Limenarchæ milites suos Stationarios, & sua Naugia ad traiectus, & portus istos custodiendos, vt colligi potest ex *l. 2. §. iubemus 2. C. de offi. Praef. Prato. Africæ l. portus 5 9. D. de verbo. signif.* ideo Paulus in *d. l. 4.* Limenarchis coniugit Stationarios, qui apparitores quidam dispositi erant per Provincias certis locis, vt Magistratibus denunciarent, quæ

quæ gererentur l. 1. D. de offic. Prae. urb. idem Bulenge. de
Imp. Roma. lib. 6. cap. 32.

Vltimo loco proponenda hic lex est Regis Rhotaris ex le-
gibus Longobardorum. Is lib. 1. tit. 25. de furtis, ♂ seruis fu-
gacibus cap. 22. sic ad institutum ait. *Si seruus intra Prouin-
ciam in fuga vagauerit, ♂ dominus eum inuenerit, ♂ seruus
ipse fugerit in curtem alienam, ♂ dominus sequens eum ap-
prehenderit, non reputetur culpa domino pro eo quod in curte
alterius furorem in seruum babens, rem suam apprehendere
visus est.*

PRO SERVORVM FVGITIVORVM MATERIAE
coronide. Explicatur celebris in toto iure tex. in l. Barba-
rius Philippus 3. D. de offi. Prato.

C A P. XVII.

S V M M A R I V M.

- 1 *Barbarius Philippicus ex seruo fit Prator.*
- 2 *Serui apud Romanos ab omni honore arcebantur, nec iudi-
ces esse poterant.*
- 3 *Serui Volsinorum non se inmiscebant negotijs Reipublicæ.*
- 4 *Vrbius Maximus Quæstor designatus agnoscitur, ♂ abdu-
citur à domino. Item ♂ alius fugitiuus plectitur.*
- 5 *Barbarij seruitus intuitu Anionij Triumviri celata est.*
- 6 *Historia, ♂ modus quo ad Pratoriam peruerterit dignita-
tem, latè refertur.*
- 7 *Turnebi emendationes in nostro tex.*
- 8 *Contius addit negationem.*
- 9 *Refelluntur remissiæ.*
- 10 *Alius Contij error.*
- 11 *Refellitur.*
- 12 *Prætores creabantur in Comitijs ad finem Iulij, ♂ inibant
Magistratus Kalendis Ianuarij.*
- 13 *Vnde explicatur tex. noster ibi Prætor designatus est.*
- 14 *Confirmatur supradicta explicatio.*

15 Pra-

De Seruis Fugitiuis. Cap. XVII. 153

- 15 Pratura non facit mutare statum.
- 16 Qui pro milite se gessit, cum non esset, grauiter punitur.
- 17 Aliorum interpretatio proponitur.
- 18 Aliud est seruum esse, aliud in servitute esse.
- 19 Aliud possidere, aliud esse in possessione.
- 20 Continus distinguit inter tempus quo latuit, & tempus quo eius conditio detecta est.
- 21 Reprobatur.
- 22 Confirmatur reprobatio.
- 23 Summo iure Praetor non erat, qui eodem iure nullus erat.
- 24 Aequitas facit, ut gesta per eum tanquam a vero Praetore facta subsstant.
- 25 Aequitas non potest facere verè heredem.
- 26 Utilitas publica fuit in causa, ut gesta per Barbarium sustineretur.
- 27 Eum tamen nunquam Populus Pratorem confirmasset.
- 28 Explicantur illa verba tex. Quod ius in Imperatore &c.
- 29 Proponitur sententia Bartoli existimantis uniuersum populum extitisse obnoxium servituti, & refellitur.
- 30 Quid sit agere.
- 31 Explicatur Vopiscus in Aureliano.
- 32 Apud certos Magistratus dicitur esse legis actio.
- 33 Et quare.
- 34 Hoc speciali concessione eis concedebatur.
- 35 Antonius Faber refellitur.
- 36 Manumissio est legis actio, seu solemnitas quadam a iure introducta ad dandam libertatem.
- 37 Est eiusdem naturae cuius est libertas, & ad id Marcellini locus.
- 38 Conuincitur Faber ex Paulo lib. 2. senten. iii. 25.
- 39 Explicatur Liuij locus.
- 40 Alia legis actionis significatio.
- 41 Explicatur Liuinus lib. 9. & Cicero orat. pro Murena.
- 42 Propter humanitatem valent gesta per Barbarium.
- 43 Iustum semper est usile.
- 44 Sicuto iure acta facta per Barbarium non valebant.

- 45 Propter aequitatem ne turbetur Respub. sustinentur.
- 46 Multa ex aequitate sustinetur, quæ summo iure infirmantur.
- 47 Opponitur L. actuarius 7.C. de num. 5 actu. lib. 12. l. in his C. de diuer. offic.
- 48 Alberici, Bartoli, Baldi, & Iasonis solutio proponitur.
- 49 Refellitur.
- 50 Amplexitur solutio Morlae.
- 51 Aliud argumentum proponitur.
- 52 Soluitur.
- 53 Reprobatur communis error in hoc tex. errorem scilicet communem ius facere.
- 54 Error consensui contrarius.
- 55 Viciat omnes actus.
- 56 Potius causat iniustitiam, quam iustitiam.
- 57 Non est ens.
- 58 Utilitas publica facit ius, & explicantur Liui. & Plinius.
- 59 Si error communis faceret ius limitaretur, quando resul- taret contra publicam utilitatem.
- 60 Proponitur, & obijcitur l. quod non 39. D. de legib.
- 61 Respondeatur.
- 62 Obstat l. 3. §. fin. D. de supellec. lega.
- 63 Error circa nomen non viciat legatum, & nu. 65.
- 64 Voluntas testatoris interpretationi preferenda, dum de re non ambigitur.
- 65 In ultimis voluntatibus mens potius, quam verba atteditur.
- 66 Aliorum solutiones referuntur.
- 67 Obijcitur l. 1. C. & §. sed cum aliquis I. de testamen.
- 68 Testamentum in quo seruus interuenit summo iure non vales.
- 69 Per aequitatem sustinetur.
- 70 Opponitur cap. cum dilecta 22. de rescrisp. & tex. in can. 1.
§. tria vers. veruntamen 3. quest. 7.
- 71 Soluitur argumentum.
- 72 Explicatur l. 2. C. de senten. & interlo.
- 73 Gesta per Vicarium Episcopi, qui talis cum non esset existi-
mabatur, sustinentur.
- 74 Si Episcopi mors communiter ignoratur, poterit & ipse
Vica-

De Seruis Fugitiuis. Cap. XVII. 155

- Vicarius exercere munus suum.
- 75 Etiam si sit ipsi Vicario nota, quod non admittunt alij.
- 76 An sustineatur spiritualia per eum gesta dubitatur.
- 77 Abbas distinguit inter imprimentia, & non imprimentia characterem.
- 78 Aliter Mascardus.
- 79 Valent per eum gesta si non adest impedimentum diuini, vel naturalis iuris.
- 80 Redditur ratio.
- 81 Valeat Matrimonium, cui assistit Parochus habens titulum inualidum.
- 82 Vel si sit laicus communiter Sacerdos reputatus.
- 83 Absolutio data à non Sacerdote, licet communiter pro tali haberetur, non valeat.
- 84 Secus si verè Sacerdos esset, licet careret Iurisdictione.
- 85 Noster iex. procedit in errore non iuris, sed facti.
- 86 Iuste gesta per Tyrannum, proprie publicam utilitatem non reuocantur.
- 87 Explicatur l. decernimus 15. C. de Sacrof. Eccle.
- 88 Proponuntur l. 3. & l. 9. C. Theod. de infir. his quæ sub tyran. aut barba. gesta sunt.
- 89 Tractantes de hac materia remissiùè proponuntur.
- 90 Excipe à Tyrannis Atheniensibus gesta, quæ rescinduntur.
- 91 Gestæ in Cathalonia tēpore Francia quomodo sustineantur.



Nter tot fugitiuos, ex fugitiuis fœliciorem
omittere, nec iustum quidem, is fuit Barbarius Philippus, vel vt ait Suidas † Barbius Philippicus, qui ex seruitute, comite fortuna, & Antonij Trium viri nutu ad Romanæ Præturæ dignitatem euectus est, fœlicissimus inquam † tum quia apud Romanos ab omni honore arcebantur serui, & moribus receptum, vt iudices esse non possent l. cum Prætor 12. D. de indic. nolebant enim vt Republicæ negotijs se immiscerent, † vt etiam de seruis Volsiniorum testatur Petr. Ærodius lib. 2. rer. indic. cap. 1. † fœlicior

V 2

inquam

I

2

3

4

inquam quā Vrbius Maximus, quem (vt ait Eusebius in Chronicon) ijsdem temporibus quæsturam ambientem, imò iam designatum quæstorem dominus agnitus abduxit. Sicut & de Geta fugitiuo meminit Tacitus à me obseruatus lib. 2. hist. sub his verbis: *Exit erat quidam Scribonianum se Camerium ferens Neronianorum temporum metu in Histria occultatum, quod illic clientela, & agri veterum Crafforum, ac nominis fauor manebat. Igitur deterrimo quoque in argumentū fabulae assumpto, vulgus credulum, & quidam militum errore veri, seu turbarum studio certatim aggregabantur, cum pertractus ad Vitellium, interrogatusque quisnam mortalium esset, postquam nulla dictis fides, & à domino noscebatur conditio fugitiuus, nomine Geta, sumptum de eo supplicium in servilem modum.* † Sed Antonij Triumviri iussu, vt dixi, macula ista Prætoriæ dignitatis à Barbaro illata celata est, sicut & memoria Gracchi, is qui falso se Tiberij Gracchi filium esse affirmabat, è fugitiuo factus est Tribunus plebis cum Apuleio Saturnino, vt scribit Appianus. † Res igitur Barbarij Philippi, vel Barbij Philippici, aut Barbatij (hanc enim familiam ex amicis Antonij fuisse testatur Cicero Philipp. 13.) sic se habet, si credimus Suidæ, cuius verba ab Æmilio Porta traducta sunt, quæ sequuntur. *Barbius Philippicus: Hic sub tribus Tyrannis imperauit; erat autem moribus seruilibus, adulatorijs, blandisque præditus, quippe quod olim seruus fuisset. Quin etiam in Antonij cætum, & societatem allectus fuit, & Prætor è seruo factus. Hunc autem Magistratum in illius gratiam gescit. Hunc igitur tunc insolentem, & ob honorem purpura vestitum, & in Romanorum foro sublimem, & ius dicentem berus agnouit, ad eum profectus, qui prius quidem aufergerat ab ipso, sed tunc temporis pompa, & gloria elatus superbiebat, & propter Magistratum delicias faciebat. Cum autem tacite ad eum accessisset, & vestem à tergo prehendisset Salve, inquit, antiquum, & seruile nomen addens. Ille vero percellitur antiquo domino facile cognito, ipsumq; rogat, vt taceat, domumq; dicit, maximaque pecunia numerata sic tandem se redemit, & in libertatem vindicauit. Et Antonij pudore ob istam serui-*

Seruitutis antiqua macula magis mācipium are redemptum gravissimum animi dolorem silentio dissimulauit. Quamobrem ne hunc quidem fortuna ludum silentio pratermissum iudicauit. Hæc Suidas: Quæ an vera sint sœpè mihi dubiam reliquerunt mentem.

Sed ut per difficilem hanc explicationem incipiamus animaduertendum imprimis est, nō leuem versari quæstionem an Barbarius fuerit verè Prætor, † cuius quæstionis vis constringit Turnebum lib. 7. aduersar. cap. 7. vt loco illorum verborum atquin verum est prætura eum functum legeret atquin vera etiam prætura eum functum, † & Contius lib. 1. disput. cap. 2. addit negationem sic: *Et tamen videamus si seruus quandiu latuit dignitate præatoria functus non sit quid dicimus?* † quos reprehendit Hothoma. questionum illustr. cap. 17. & Robert. lib. 1. recep. lectio. cap. 38. † Sed error hic Contij in alium ipsum duxit: ait enim, quod si retenta communilectione affirmatiua legeretur eum Prætura functum ex Vlpiani sententia, absurdè profectò postea quereretur, an quæ gessit nullius essent momenti: nam si verum est eum Prætura functum, verum & illud utique erit valere eius dicta, & decreta tamquam Prætoris. † Sed aberrauit Contius, & qui cum eo sentiere: etenim de duobus dubitabatur. Primum an Prætor fuerit designatus. Secundo an Prætura functus de facto fuerit, † olim siquidem Populus Romanus in Comitijs centuriales Prætores crebat, & ibi fuisse Barbarium nostrum designatum testatur Duare. ad tit. D. de offic. Præto. Ioan. Corasius in repeti. nostri tex. nu. 7. vbi notat prærogatiuam Consulum designatorum, vt scilicet Princeps Senatus cum res aliqua ad Senatum referretur primum designatos Consules super ea sententiam rogaret. Fiebant, seu designabantur Prætores ad finem mensis Iulij, & principium Augusti, & Magistratus inibant Calendis Ianuarij proximè seqq. vt docet Nicolaus Grucchius de Comit. Roma. lib. 1. cap. 2. l. 6. † Putabat Pomponius Barbarium solum fuisse designatum Prætorem; non vero exercuisse Præturæ munus, sed Vlpianus verius asserit eum Prætura functum: sic enim malo interpretari Consultum

7

8

9

10

11

12

13

- sultum nostrum in d.l.3. ibi: *Prætor designatus est, sed nihil ei seruitutem obstatisse ait Pomponius, quasi Prætor non fuerit,* non quod agat Pomponius de seruitutis vitio, quasi illud impedit quominus Prætor fuerit, sed quod tantummodo designatus, non autem Prætura functus fuerit, *Atquin verum est*, ait Vlpianus contra sententiam Pomponij *Prætura eum functum*, hoc est non solum designatum fuisse, verum Præturæ munus exercuisse, ut optimè animaduertit Eduardus Caldeira lib. 2. varia lectio cap. 7. nu. 1. in fine. † Iuuatque hanc sententiam, quod scilicet non dubitetur an iure fuerit verus Prætor, sed solum an facto, & per consequens supponatur, quod non fuerit verus Prætor. Si enim talis fuisset frustra ab Vlpiano dubitaretur in nostro tex. an gesta per ipsū valerent, nec ad humanitatem recurrendum erat supposito quod verus Prætor iure fuerit. Rursus serui iudices esse nō poterant, vt ex l. cum *Prætor* 12. *D. de iudic.* probauimus † honor autem Prætorius, vel similis non facit mutare statum l. non mutant 11. *C. de liber. cau.* nec dolus, aut fraus Barbarij debuit eius electionem validare argumento l. 1. ibi: *nihil videri impetrasse D. de nata. resti.* nec dici potest populum errantem cōfensisse simili electioni l. si per errorem 15. *D. de iuri omni. iudi.* † Insuper is, qui se pro milite gessit cum non esset, aut falso diplomate vias commeauit, et si ab omnibus promilitate habeatur, grauiter punitur l. eos 27. §. qui pro milite D. ad l. Carnet. de fals. & in l. Herennius 10. *D. de decurio.* docemur quod petitio salarij longo tempore continuata, nō facit decurionem illum, qui alias secundū formā iuris electus nō erat.
- Non me latet aliter alios hæc concepisse, videlicet ideo asserere Vlpianum prætura functum esse Barbarium, quia aliud est Prætorem esse, aliud prætura fungi, ut voluit Antonius Faber in ratio. ad hunc tex. † sicut diuersa sunt esse in seruitute, & seruum esse l. ei quoque 11. *D. ex quib. cau. maio.* † similiter possidere, & esse in possessione l. 3. §. vlt. *D. de adquir. poss.* ita etiam existimat Gothofr. & Martinus Antonius del Rio in miscellaneis scripto. add. l. 3. *D. de offic. prat.* & eam distinctionem approbare videtur Imperatores in l. 2. *C. si ser. vel*

De Seruis Fugitiuis. Cap. XVII. 159

*vel libert. ad decurio. ad spir. lib. 1 o. ibi eum qui adilitate fun-
gitur, & notauit idem Gothofre. ibi. Sed ego superiori sen-
tentiae adhæreo.*

Distinguit Contius *vbi supra* inter tempus, quod latuit, & 20
tempus quo Barbarij conditio detecta est, quasi quandiu la-
tuerit, populus eius conditionem nesciens, nō potuerit eum,
aut libertate donare, aut consentire seruum existentem vera
Prætura fungi: qui enim errant non consentiunt *d.l. si per erro-
rem*, & ita populus errans non potuit eum, vel manumittere,
vel sua aliqua extraordinaria autoritate protegere. Enim
vero postquam eius conditio detecta fuit eo tempore vera
prætura functum, & tacite à populo confirmatum. Iuuantq;
hanc opinionem tex. nostri verba ibi *quandiu latuit*, quasi nō
semper latuerit, & Suidæ narratio supra adducta dum afferit
auro se redemisse, & in libertatem se vindicasse.

Sed huic sententiae adhærere non possum: nō enim appa- 21
ret viuente Philippo errorem detectum, aut eo detecto am-
plius munus Prætorium exercuisse, imò, vt ex Suida constat,
auro se redemit, ne error agnosceretur, vindicauit autem se
in libertatem non publicè, sed secreto, nec si populus eum
tāquam seruum agnouisset, vñquam libertate donasset, adeo
enim odio huiusmodi seruos prosequebatur, vt eum statim à
dignitatis fastigio remouisset, nec superueniens manumissio,
vel redemptio potuisset electionem serui Prætoris confirma-
re: nec obstant verba tex. ibi: *sed si populus scisset seruum esse
liberum effecisset*, vt sic quantum fieri posset absconditum re-
maneret peruenisse seruum ad dignitatem prætoriam, non
quod inde sequatur permisurū populum, vt amplius eo mu-
nere fungeretur, sicut nec illa verba nostri tex. *quandiu la-
tuit* significare possunt aliquando nō latuisse, sed palam Præ-
torem fuisse. † Confirmari posset nostra sententia ex *d.l. 2.C. si
seru. vel liber. ad decurio. aspir. lib. 1 o. vbi seruus qui ædilitate
fungebatur, licet opinione publica pro libero haberetur, ni-
hilominus Præses eum proprio domino subiugare tenetur:
non enim mutatur serui status, quamvis ad ciuiles honores
improbè adspiret l. non mutant i i.C. de liber. cau.* 22

Suc-

Succedit nunc præcipua huius tex. quæstio, an scilicet per Barbarium gesta debeant sustineri. In qua difficultate, licet iuris rigor postularet, vt omnia corruerent, † non enim summo iure Prætor dici poterat, qui eodē iure nullus erat: † æquitas tamen contrarium suasit, non vt verè Prætor fuerit, sicut hæredem de æquitate, idest à Prætore, qui æquitatem sequebatur factum, non dicemus hæredem *S. quos autem I. de bonor. posses.* sed vt per eum facta, tanquam si à vero Prætore facta fuissent, subsistant, † vt enim æquitas non potest facere verè hæredem, quia est appellatio iuris ciuilis, ita non potest facere verè Prætorem, quia est ciuale officiū, vt notauit Gregorius Lopez Madera *animad.iur.cap. 6.* † humanius itaque fuit nihil eorū quæ per Barbarium facta sunt reprobari, *cum populus Romanus*, vt inquit Vlpianus, *etiam seruo potuerit decernere banc libertatem: erat enim solum ius populi Romani*, quod arcebat seruos ab his dignitatibus, quod enim attinet ad ius naturæ omnes homines æquales sunt *I. quod attinet 32.D. de reg.iur.* nam licet stricta iuris ratione nequeat populus seruum inuito domino manumittere *I. id quod nostrum D. de reg.iur. publicæ tamen vtilitatis gratia vt puta si seruus virtute excellens videatur Reipublicæ necessarius hoc & populo, & Principi licere deberet I. item si verberatu S. 1. D. de rei vindicta. Lucius D. de euict. maxime sine iniuria domini, qui pretium serui à fisco percipiet I. 2. C. qui ex caus. ser. pro pre. liber. accip.* Alioqui si populus sola volūtate duceretur seruus manumisitus ex eius acclamacione non fieret liber *I. si priuatus D. qui est à qui.* Quod memorabili exemplo docuit Adrianus quem cum in spectaculo populus efflictum, & magna voce rogaret aurigam quendam liberum faceret, pertabellam se facturum negauit ne domino eius vis & iniuria fieret, vt refert Dion. in *Adria.* † poterat inquam decernere: non tamen decreuisset, confirmasset per eum gesta ob publicam vtilitatem, eum tamen à Prætura remouisset, imò debitas pœnas luisset.

Quodius in Imperatore multo magis obseruandum est asservit Consultus, quod ita intelligendum est, vt si Imperator aliquem ad Præturæ dignitatem seruili conditione maculatum

pro-

De Seruis Fugitiuis. Cap. XVII. 161

prouexerit, quandiu quidem nescierit Imperator eius conditionem, verè Prætura functus non intelligatur, sed tamen ob vtilitatem publicam eius decreta, & edita valeant, vt animaduertit Contius lib. 1. *disp. iur. ci. cap. 2.* † Non tamen ob id quod seruus Prætor fuit factus, vniuersus Populus seruituti obnoxius dici debet, vt inconsideratè certè voluit Bartolus in nostro tex. in secunda repetitione *nu. 2.* omnimodam dominationem fortunæ tribuens: si enim sciuissest populus eum seruum nunquam ad Præturæ dignitatem illum conduxisset, nec ex eo quod seruus Prætor fuerit, potuit seruitutis macula in vniuersum Populum spargi: nō enim Populi Romani slatus à Prætoris seruitute, vel libertate pendere potest.

Non rescinduntur ergo quæ per Barbarium decreta fure propter vtilitatem publicam eorum, qui apud eum agebunt, *vel lege, vel quo alio iure* † dicebatur ergo *lege agere*, quoties res de qua agebatur ad solemnes ex lege descendentes actus pertinebat, vt legis actio apud eos esse dicatur, apud quos huiusmodi solemnitates peragi explicarique poterant, nec tantum ex veterum sermone cū actio instituebatur lege actum dicebatur, verum etiam cū adoptio, emancipatio, manumissioque imperio Magistratus fierent. † Sic intelligēdus Vopiscus in Aureliano. *Hoc igitur quod Cocceius Nerua in Trajano adoptādo, quod Vlpinus Trajanus in Hadriano, quod Adrianus in Antonino, & cateri deinceps in proposita suggestione fecerint, iam in adrogando Aureliano, quem mihi Vicarium iudicij tui autoritate fecisti, censiū esse referendum. Iube igitur, vt lege agatur, sūque Aurelianus hæres sacrorum, nominis, & bonorum, totiusque iuris.* † Hinc apud eos Magistratus dicitur esse legis actio *l. 4. D. de adoptio. l. 3. D. de offic. Procons. l. 1. D. de offi. Iurid.* aquid quos adoptionis, emancipacionis, manumissionis, similique actuum solemnitates fieri posse, quia legis autoritas necessaria est in his actibus ad eorum effectum, † vt enim optimè animaduertit Osuald. *ad Donel. lib. 17. comment. cap. 8. lit. Q.* cum manumissione nouus quasi ciuis Reipublicæ nascatur, adoptione, filius qui natura nō est iure fiat, emancipatione, filius qui natura est, iure esse

- esse definat, hinc est, ut hæc sola nudaque voluntate priuatum fieri Priscis inconueniens visum sit, quare certis Magistribus data est legis actio, qui actus istos apud se peragi patiendo, autoritatemque accomodando, legis vicem supplerent *d.l.1. D.de offic.lur id. l.apud 21.D.de manu.vind.* † ex qua apparet hæc illos non iure Magistratus sui habuisse, sed speciali cōcessione, nam in eo tex. *Præfectus Ægypti cui sumum Imperium datum erat, indigebat speciali indulgentia,* vt ex *d.l.apud 21. constat ibi ex Constitutione Augusti*, cuius meminit Tacit. *lib. 1 2.anna.* sub his verbis: *Diuus Augustus apud Æquestres, qui Ægypto præsident lege agi, decretaque eorum perinde haberi iusserat, ac si Romani Magistratus essent.*
- 35 Fallitur vero Faber (vt idem Osuald. animaduertit) in *Iuris.papi.tit.6.princ.7. illa.14.* dum actus legitimos cum hisce actionibus confundit, & manumissionem ab adoptione separat, quod illa actus hominis sit, non legis, quia nō lex artifex est libertatis, sed ex iure gētium prouenit. Quę preterquā quod repugnat *l.2. & 3.D.de offi.Procon.* adhuc subsistere nequeunt, † quia legis illa actio est solemnitas quædam à iure introducta ad dandam libertatem, licet libertas à iure gētium sit, † & quod manumissio eiusdem naturæ cēseatur probo ex Ammia. Marcel. *lib. 22.* ibi *Dein Mamertino ludos edente Circenses manumittendis ex more inductis per admissionem proximum ipse lege agi dixerat, vt solebat, statimque admonitus iurisdictionem eo die ad alterum pertinere, vt errato obnoxiam Decembris auroram, & ipse mutauit.* † Apertius tam en conuincitur Faber, & probantur supra adducta autoritate Pauli *lib.2. senten. tit.25.* vbi sic inquit *Apud Magistratus municipales si habent legis actionem emācipari, & manumitti potest.* † Sic intelligendus Liuius *lib. 4.* *Eos, inquit, qui adserunt in libertatem lege agere.* Plura apud Brissonium *lib. 4. Selecta cap. 20.* Qui ergo suum persequebatur, aut lege, aut iure agere dicebatur, iuxta aliam significationem, *lege*, si ex legitimis actionibus agebatur, *iure* vero, si honoraria *l.2. §.2. D.de orig.iur.* † Est & alia legis actionis significatio ijs Magistrati-

De Seruis Fugitiuis. Cap. XVII. 163

stratibus propria, qui in homines facinorosos lege animaduertunt: Sic enim Seneca lib. 10. declama. 3. scribit: *Etiam quibus animaduertere in damnatos necesse est, non dicunt occidere, non morere, sed age lege, crudelitatem imperij verbo mitiore subducunt.* Et Valer. lib. 4. cap. 8. inquit: *deligatis ad palum hostibus litteras à Patrum conscriptis ne quicquam Capuanis salutares accepit: in sinistra enim manu sicuti erant traditæ reposuit, ac iusso lictore lege agere, tunc demum aperuit.* † Ex hac triplici legis actionis interpretatione explicat Reuardus ad l. nemo 132. D. de reg. iur. verba, quæ de Cn. Flauio protulit Liui. lib. 9. *Fastosque*, inquit, *circa forum in albo proposuit*, ut quando lege agi posset sciretur: cognosci enim debebat ex Fastorum albo quibus diebus, vel liceret, vel non cum aduersario legibus experiri; actus legitimos exercere, & in facinorosos animaduertere. Comprobat Cicero pro Murena: *posse agi lege*, ait, *nec ne pauci quondam sciebant, fastos enim vulgo non babebant.*

Propter publicam igitur vtilitatem seruantur, & sustinentur per Barbarium decreta, hoc est de æquitate, quæ alias summo iure non valerent, denotant illa verba *humanius est*, vt agnouit etiam Accur. eo enim tendunt hæc in iure appellations, vt significant opponi summo iuri. Sequitur ergo Vlpianus sententiam Modestini in l. nulla 25. D. de legib. vt nulla iuris ratio, aut æquitatis benignitas patiatur, vt quæ pro hominum vtilitate introducta sunt contra ipsorum cōmodum producētur, vnde valere gesta ob vtilitatem eorum qui apud hunc Prætorem egerunt, *humanius esse* Vlpianus scribit: *vtile enim est medium inter iustum, & iniustum, idque iustum fieri potest si à lege pro iusto iubeatur, iniustum si lege prohibetur, vtile est maritum pro domino haberι rerum dotalium constante Matrimonio, id cōstitutum legibus fit iustum* l. in rebus 30. C. de iur. dot. l. doce ancillam 9. C. de rei windi. Vtile est in eademi causa tertio prouocare, id vetitum legibus, fit iniustum l. unica C. ne liceat in una eademq; cau. † Iustum semper est vtile, vt Plato docet lib. 1. de iusto, hæc igitur vtilis ratio iustum ad se traxit in nostra Lege ad hoc, vt per Barbarum

- rium acta tanquam per legitimum Prætorem gesta intellige-
rentur: † licet enim stricto iure inspecto nullius essent mo-
menti ex *l.fin.D.de offic.Praeto.* & *l.quod attinet 32.D.de reg.iur.*
cum moribus institutum sit ne quis seruus, ut supra nota-
uimus, aliquo officio ciuili fungi possit *l.cū Prator 12.in fine D.de iudi.* aut aliquo modo ex propria persona in iudicio sta-
re possit *l.seruus 6.C.de iudi.* facit *l.quoniam liberi,* & auth.
sequ.C.de tesiib.l.si quis 11.D.si quis cautio. neque dignita-
tem seruus habere posset *l.1.* & *2.C.si ser.aut liber.ad decu-*
rio.ad spir.lib.10. † æquitate tamen suggestente propter utili-
tatem eorum quibus ius dixit, simul ne rerum iudicatarum
reuisione turbetur Respublica, sustinentur per Barbarium
ordinata, hinc affirmat Consultus: *hoc enim humanius est fa-*
cit tex.in l.maiorem ibi: humanior est sententia à Prætore eli-
genda D.de pact. Afflict. *decis.288.* Duenna's *reg.294.* com-
probat sumpto argumento à contrario sensu tex. *in l.decerni-*
mus C.de sacros.Ecclesi. super qua videndus Baronius *tom.6.*
anna.Ecce.an.472. Guido Pancirola *var.lectio.lib.3.cap.105*
- 45 † Neque nouum est, vt multa ex æquo, & bono propter pu-
blicam utilitatem sustineantur, quæ summo alioquin iure su-
stineri nequeunt, idque à Paulo singulare ius appellatur *l.ius*
singulare 16.D.de legi. cuius rei exempla possunt esse tex. *in*
l.iusto errore 44.D.de usucatio. *l.quod nostrū 63.D.de usufr.*
iunc.l.non est nouum 46.D.de adquir.rer.do.l.interdum D.de
adquir.poss.iuncta l.traditio 20.D.de adquir.rer.domi.l.si ita
vulneratus 52. §.fin.D.ad l.Aquili.l.haredem 17.D.de his
quib.vt indig.
- 46 47 Neque contra supradicta obstant tex. *in l.actuarius 7.C.*
de numerarijs actuarijs & *c.lib.12.* & *l.in his 6.C.de diuer.*
officijs eo.lib. in quibus omnia gesta per priuatos iudices decla-
rantur nulla, vt constat ex illis verbis *irritis his quæ vetitæ*
contractauerit. † Albericus *in nostra l.nu.11.Bart.Bald.Iason*
ibidem existimant ex eo in dictis iuribus gesta irritari, quia
non fuit seruata forma iuris in eorum officiorum electione,
& in nostro tex. quia fuit ritè eleætio facta, abfuit tamen tan-
tum materia, quia persona erat inhabilis acta omnia conser-
uantur
- 48

De Seruis Fugitiuis. Cap. XVII. 165

uantur, cum defectus formæ potentior sit defectu materiæ argumento l. *cum hi 8. §. si Prætor D. de transac.* ¶ l. i. §. *si quis ita D. de verb. oblig.* † Sed tamen hanc solutionem confundit Morla in *Empor. tit. 2. de iurisd. omni. iudi. q. 26. num. 17. vers.* 49
secundo contra, hac ratione quod in d. l. Barbarius fuerit etiam defectus formæ, iuxta doctrinam eiusdem Baldi in l. i. *in septima oppositione C. qui admitti ad bonor. posses.* afferentis quod omnes qualitates, quæ requiruntur in persona ad aliquem actum, requiruntur pro forma iuxta l. *si queramus q. D. de testamen.* l. *si quis mihi bona 25. §. iussu D. de adquir. hered.* vnde cum in nostro casu detur inhabilitas personæ inuenitur defectus formæ cum nulla ratio differentiæ inueniri possit. † Quare dicendum est cū eodem Morla in dictis iuribus acta declarari nulla in poenam eorum, qui per contractationem, & surreptionē talia decreta vetita obtinuerunt: constat enim ex dictis iuribus solummodo irritari ea, quæ vetita contractauerunt, facit tex. in auth. de tabellio. §. fin. ibi *ipsiſ tamen documentis propter utilitatem contrahentium non infirmandis tit.* 50
23. *Novel. 44. colla. 4.*

Nec obſtare etiā quod videatur Barbarius in quasi posſeſſione libertatis per arreptam fugam l. *moueor 4. C. si ser. export. vene.* gesta autem per eum, qui est in quasi posſeſſione alicuius seruitutis valeant cap. *consultationibus 16. de iure patro.* cap. *cum Ecclesia Sutrina, de caus. posses.* ¶ propri. † nam dicendum est Barbarium per fugam nō adquisiuiffe quasi posſeſſionem libertatis l. i. C. *de ser. fugi. l. improba 7. C. de adquir. posses.* licet enim seruus fugitiuus pro libero se gerens videatur à domino non possideri l. *per eum 50. §. 1. D. de adqui. poss.* tamen hoc ita intelligendum si in posſeſſione libertatis sine dolo malo moratus fuerit, paratusq; sit iudicium liberale aduersus dominum fuscipere l. 3. §. *si seruus D. de adquir. poss.* l. *si is qui pro emptore 15. §. 1. D. de vsucatio. cū alijs à nobis supra cap. 11. nu. 3. latè traditis.* 51

Invaluerat olim probari ex nostro tex. errorem cōmunem ius facere, sed à Recentioribus error hic reiectus fuit, præcipue ab Antonio Guiber. *questionum iuris cap. 20. nu. 8. ¶ 9.* 52

Gouea.

- Gouea.lib.1.vari.lectio.cap.6.nu.8. Lopez Madera *animad.*
iur.ciui.cap.6.nu.vlt. & alijs relatis ab Osual. *ad Donel.lib.1.*
- 54 *comment.cap.5.lit.A.* † error enim consensui, quem ius omne requirit, contrarius est *l.si per errorem 15.D.de iuris.omni.iudiç. l.2.D.de iudi.l.nihil tam D.de reg.iur.* effetque absurdum vt ius, quod ex æquo, & bono proficiscitur, & æquum, & bonum est, ex erroribus nasceretur, † imò omnes actus errore vitiari sæpe Consulti docent *l.3.S.subtilius D.de cond.cau.dat.l.fin.D.de hered.instit.l.si procurator 35.D.de adquirer.domi.* Bart. *in l.1.nu.12.D.si cert.pet.* Et in *l.2.S.quod obseruari nu.29.C.de iur.iur.prop.calum.* Antonius Goueanus
- 56 *vbi supra* Contius *lib.1.dispu.cap.2.* † potius enim error causat iniustitiam, quā iustitiam iuxta Aristotelem *lib.3.Æthico.cap.1.* † & si error nō est ens, vt ex D.Thoma *1.par.quæst.48.art.3.* probare contendit Caldeira *lib.2.varia.cap.7.num.2.versi.planè ius* Et error, proculdubio erit non posse producere ius, cum negatiuum, nullum possit producere effectum, † utilitas igitur publica, non error communis ius facit; nam vt ait Liui. *lib.10.dec.3.* *Præterita magis reprehendi possunt, quam corrigi,* & Plini. *lib.10.epist.116.* ne si rescindere, ac tollere velimus quod communi, inueteratoque errore contra verum factum, præteritumque est multa perturbari necesse sit, † & licet fateremur veram quā impugnamus sententiam, errorum scilicet communem ius facere, deberet limitari, nisi error ille resultaret contra publicam utilitatem, vt ex Iacobo Butrig. *in l.1.C.de testam.* tradit Camil.Borell. *de Magistra.lib.2.cap.7.nu.62.*
- 59 *Hæc præsupposita sententia non obstant, quæ pro contraria adduci possunt. Non pri. tex. in l.* *quod non 39.D.de legib.* cuius hæc sunt verba. *Quod non ratione introductum, sed errore primum, deinde consuetudine obtentum est, in alijs similibus non obstat,* vnde videtur errore introductum consistere, seu ius facere: nam relicto Conano *lib.5.comment.cap.10.num.10.* & Morla in Empor. *tit. de iuris.omni.iudi.quæst.26.*
- 60 *† dicendum est cum Antonio Fabro in ratio.ad d. l.* *quod non 39.* quem sequitur Osual. *ad Donel.lib.1.cōment.cap.5.lit.A.* non
- 61

De Seruis Fugitiuis. Cap. XVII. 167

non fecisse ius huiusmodi errorem : quia enim in casibus similibus (non tantum in genere, sed in specie ijsdem casibus) qui post compertum errorem contingunt non obtinet, satis inde constat ius non esse, cum huiusmodi consuetudo non possit vincere rationem l. 2. C. quæ sit longa consuet. Antea vero obseruata ideo in dicto tex. non corruunt, non quia error ius faciat: nam si faceret, non tantum obtineret in alijs causis similibus specie, sed etiam traheretur ad consequentias, id est ad alias causas, quæ genere tantum similes essent l. de quibus 32. D. de legib. Sensu igitur est consuetudinem non ratione, sed errore primum introductam nō solum ad consequentias produci non debere, sed nec in similibus casibus obtinere in quibus antea obtinuit.

Magis obstare videtur tex. in l. 3. §. fin. D. de supellec. lega. 62
vbi affirmat Paulus olim in supellectili legata non continerivas argenteum secundum faculi seueritatem nondum admittentis supellectilem argenteam, secus vero hodie propter usum Imperitorum nō (Imperatorum) ut in vulgatis, error, inquit, facit ius. † Sed tamen respondet Morla vbi supra nu. 63
7. ibi errorem esse circa nomen non circa factum, quo casu legatum non vitiatur l. si nomine C. de testam. §. si quis in nomine I. de lega. Vigli. in §. nominatim I. de exbare d. liber. Dueñas reg. 256. & inde etiam fit falsam demonstrationem legatum non perimere tex. in §. huic I. de lega. dicitur autem error, hoc est imperitia testatoris, qui candelabrum in argento, non in supellectili referebat, quod facere non debebat iuxta l. 3. §. viirea l. et si non sunt 21. §. lectum D. de aur. & arg. leg. tamen 64
ideo ibi candelabrum continetur, quia sic testator voluit, † cuius voluntas interpretationi verborum præferenda est, cum de re non ambigitur l. qui habebat 21. D. de reb. dub. & sic constat in d. l. 3. errorem in facto ius non facere, † & ibi error testatoris in nomine rei legatum non vitiat, quin potius iuxta eius consuetudinem nominandi res interpretatur l. liberorum appellatione 50. §. quod tamen C. assius D. de leg. 1. l. si quis in fundi vocabulo D. eo. l. quoties 9. D. de hered. instit. † neque enim nouum in iure est in ultimis voluntatibus mentem potius,

tius, quam verba testatoris attendi *vulgata l.pater 101.D.de cond. E' demos.* Non ergo mirum si error testatoris in d. l. 3. 66 non noceat, cum iam de eius volūtate in factō constet. † Alter Antonius Guibertus *quest.20.nu.9.* quem refert Osuald. *vbi supra*, videlicet ibi errorem esse vnius, non cōmūnem, & non tam is error est, quam perspicua voluntas testatoris iuriis causa faciens ne error in nomine noceat. Sed melius Fulgos. *in nostra l.Barbarius*, inquit, d. l. 3. §.vlt. non pertinere ad ius alienum tollendum, sed ad abutendum suo, nempe ut vas argenteum includatur appellatione supellectilis.

67 Neque etiam vim facit tex. *in l.1.C.de testam. E' in §. sed cum aliquis I.eo.* vbi si testis testamento adhibitus, qui existimabatur liber tempore facti testamenti, postea apparet seruum fuisse, sustinetur testamentum, vnde videtur errorem illum ius facere. † Non inquam vim facit: etenim etsi summo iure inspecto testamentum cui seruus interfuit nō valeat *l qui testamento 20. §.seruus D.de testamen. §.testes I.eo.* Anto. 68 Gomez *in l.3.Taur.nu.23.Conan.lib.9.cōment.cap.3.* † æquitate tamen sustinetur, quæ in vltimis morientium iudicijs cōseruandis nō parum operatur *l.vel negare 7.D.quemad.testa. aper.* Neque testatori, qui communem omnium opinionem sequutus eum testem adhibuit, quem nemo repelleret, obijci aliquid potest: atque ita iure testamentum conseruatur. Nō ergo infertur errorem ius facere, quia imò testamentum eo in casu est ipso iure nullum, alioquin subuentione Imperatoris opus non esset, dicitur enim in d. §. *subuenire se ex sua liberalitate*, ergo non mero iure, & vt inquit Hothoma. *ad d. §.testes I.de testam.* non error, sed summa potestas Imperatoris, ac benignitas illius iuris causa est: quia vt diximus ex illo errore facti nihil testatori imputari potest.

70 Rursus non obstat tex. *in cap. cum dilecta 22. de rescrip.* neque tex. *in can.1. §.tria vers. veruntamen 3. quest.7. translatus ex l.2.C.de senten. E' inter omni. iudi.* quæ duo posteriora 71 iura priori obstat arbitrantur interpretes: † etenim in d. cap. *cum dilecta* Innocentius ideo irritat acta iudicis dati, qui non seruauit formulam rescripti: nam qui dictis, præscriptisque Summi

De Seruis Fugitiuis. Cap. XVII. 169

Summi Pontificis repugnat, non debet temeritatis suæ frumentum capere ut acta valeant: nec enim ipse communem existimationem decepit: erat enim ut putabatur, sed ut si citatione caruissent, vel qua alia solemnitate iuris, rescinderentur, ita & vitiantur quod non rectè, nec ordine confecta sint obseriem, & præscriptum neglectum, nullus ergo hic error communis. † In dicta autem l. 2. C. de senten. Et interlo. Et in d. can. 1. vers. veruntamen, quamvis glos. voluerit afferere fuisse factum seruum ob pretij participationem: tamen verius est sustineri per eum acta, & rei iudicatæ autoritatem habere ob publicam utilitatem, quam in nostra L. Barbarius supra considerabamus.

Sed ut nihil intactum relinquamus ex quamplurimis, quæ ad praxim ex l. nostra notarunt interpretes selectiora proponam. † Gesta per Vicarium Episcopi, qui pro tali cum non esset communiter habebatur, valent. Felin. in cap. sicut post nu. 31. de re indic. Mafcar. de probatia. conclus. 648. nu. 6. volu. 2. Bellamer. decis. 202. de offi. deleg. cum alijs traditis per Alexandrum Sperellum decis. 30. nu. 3. & ob publicam utilitatem. † Si vero Episcopus in longinquis habitans mortuus sit, & eius obitus communiter ignoretur poterit Vicarius suum munus exercere, & in terminis dispensationis matrimonialis tenet Sanchez de Matrimo. lib. 3. disp. 22. nu. 59. † qui ex communi opinione affirmat hoc verum esse, etiam si mors ipsi Vicario nota sit, quod valde refellit Sperel. ubi supra nu. 7. & se noluisse in simili casu dispensationes exequi fatetur. † Sed magis dubium est, an quæ dicta sunt, ut propter publicam utilitatem censeantur valida per Vicarium qui talis verè non sit, gesta, obtineant in spiritualibus, à qua difficultate Iason in nostro tex. nu. 69. difficillimè euadit, † Abbas in cap. veritatis nu. 46. de dolo, Et contu. inter spiritualia imprimentia, & non imprimentia characterem distinguit: † Mafcar. de probat. 10. 2. concl. 648. nu. 31. inter mera spiritualia, & contentiosa, † quibus & alijs omissis verius dicendum est valere ob publicam utilitatem per eum gesta si nullum adsit impedimentum diuini, vel naturalis iuris, ut tenet Sanchez ubi supra num. 27.

Y

Bonaci.

- 80 Bonaci. *de Matrimo. quast. 2. punc. 8. nu. 28.* † Ratio est quia vbi adest defectus iuris positivi ius ipsum, & Ecclesia supplere possunt; secus autem vbi adest defectus iuris diuini, & naturalis, quem nec Ecclesia, nec ius positivum supplere potest, & tunc nequeunt adaptari verba illa tex. nostri, *Et verum prout nihil eorum reprobari cum Populus Romanus etiam seruo potuisse decernere hanc potestatem*, secus enim esset si non potuisset. Ex qua distinctione plurima inferre possem, quæ libenter omitto videnda apud dictum Sperellum *d. decis. 30.*
- 81 † Solum prætermittere nolo ex primo distinctionis membro deduci, valere Matrimonium, cui assistit Parochus habens titulum inualidum ob vitium aliquod occultum Coninch *de Matrimo. disp. 27. nu. 26.* Bonaci. *vbi supra quast. 2. punc. 8. nu. 27.* † *Et nu. 30.* afferit idem esse si assistat laicus reputatus Sacerdos, cum etiam iste sit defectus iuris positivi. † Ex secundo distinctionis membro inferri potest, absolutionem datam ab eo, qui nō est Sacerdos licet pro tali communiter habeatur non valere, quia est impedimentum iuris diuini, cui nec ius Canonicum supplere potest cū ille nec clavium potestatem in actu, nec in habitu habeat, † secus vero si Sacerdos verè esset, licet careret iurisdictione ordinaria, vel delegata, vel si esset approbatus ad audiendas confessiones, & postea ei licentia ab ordinario reuocata, licet communiter ignoretur: cum enim defectus tantum sit iuris positivi virtus tenet, & potest suppleri glos. *in cap. dudum el secundo vers. decepta de electi.* Mascar. *de probatio. conclus. 648. num. 33.* Coninch *de Sacra Pœnit. distinet. 8. dub. 3. conclus. 6.* Henriquez *lib. 6. de pœnitent. cap. 6. nu. 2. in comment. litt. E. nu. 3.* Læsius *de iust. Et iur. lib. 2. cap. 29. dub. 8. nu. 67.* Vnde ait Sperell. *vbi supra nu. 26.* reuocasse opinionem cuiusdam Episcopi, qui in facti contingencia per Edictum Populo cuiusdam Villæ notificare volebat cōfessiones à quodam Sacerdote post reuocatam facultatem, acceptas irritas esse, ac necessario iterandas, quod plurima scandala, & scrupulos peperisset.
- 85 Libet etiam animaduertere tex. nostrum solūmodo procedere quando error fuit in facto, secus autem si in iure, vt docuit

De Seruis Fugitiuis. Cap. XVII. 171

docuit Feder. de Senis *conf. 112. num. 5. vers. si dicatur Franc.*
Niger in rubri. *D. de noui oper. nuntia. nu. 224. vers. aliam li-*
mitationem Mascar. de probatio. conclus. 648. num. 100. tom. 2.
Et sic nō licuisse Vicarijs Capitularibus Episcopatus Regien-
sis exequi mortuo Episcopo dispensationes Matrimoniales
quæ ei, seu eius Vicario dirigebantur, licet extaret particula-
ris consuetudo illius Curiæ asserit Sperellus *decis. 31. nu. 10.*
Et 11. ea nixus ratione, quod ille error esset in iure, an scili-
cet Vicarius Capitularis de iure valeat exequi huiusmodi di-
spensationes, non vero in facto, nempe an quis sit, vel non sit
Vicarius.

Vltimo loco ex nostro tex. colligitur iustè gesta per Tyrā-
num, propter publicam vtilitatem non reuocari, vt commu-
niter tenent Theologi Læsius *lib. 2. de virs. cardi. cap. 29. dub.*
9. Salon quest. 60. art. 6. de iudi. vers. ultimum dubium. Medi-
na in primam secunda quest. 96. art. 4. in fine, & Salas tract. de
legi. quest. 95. tract. 14. disp. 7. sect. 15. nu. 78. constanter affir-
mat leges, sententias, mandata, & alios actus factos per Ty-
rannos pacificos possessores esse validos, & obligare, ac si
fuissent facti per legitimos Principes, sequuntur Castrensi.
Bald. & alij, † imò Bartolus, id probat *ex l. decernimus 15. C.*
de Sacrosan. Eccles. vbi disponitur rescindi debere actus tem-
pore tyrannidis contra Ecclesiæ factos, vnde colligit ipse nō
esse rescindendos cæteros, qui contra Ecclesiæ non fuerunt
facti. † Expressius id affirmat Constantinus Imperator dum
inquit in l. 3. C. Theodos. de infir. his quæ sub tyran. aut barb. ge-
stas sunt. Quæ Tyrannus cōtra ius rescripsit non valere precipi-
mus, legitimis eius rescriptis minimè impugnandis. Sed latius
commemorant actus, qui rescindi non debent Imperatores
Arcad. & Honor. *in l. 9. C. Theodos. eo. tit. Valeat,* inquiunt,
omnis emancipatio tyrannicis facta temporibus, valeat à do-
minis concessa libertas, valeat celebrata Et actis quibuslibet
inserta donatio, valeat deficientium omne iudicium, valeat
uniuersa venditio, valeant sententia iudicium priuatorum,
conuelli enim iudicia non opportet, qua partium elegit adsen-
sus, Et compromissi pæna constituit. Valeant concepta solemnis-

86

87

88

ter pactiones, valeant scripture, quibus, aut fides rerum, aut ratio probatur, aut debita, valeant apud quemlibet habitas spontaneas professiones, valeat deposita super instituenda lite testatio, valeat impetratio iuris communium liberorum, valeat procuratio suis mandata temporibus, datus tutor vel curator obtineat firmitatem, valeat in sponsam perfecta largitio, doli ac vis, & metus inchoata actio in tempus legitimum perseveret, bonorum amissa possessio, & adfectus adeundae hereditatis obtineat, & interdicti beneficium non amittat. Valeat in integrum restitutionis petitum auxilium, valeat vindicatio, idem desiderata tribuatur, locatio, & conductio in uiolabilem obviante firmitatem, interdicti beneficia, tempora infausta non mutilent, postulata in officiis actio, & immodecarum donacionum recissio petita seruetur, beneficia transacta non titubent, sacramento terminata permaneant, pignoris, atque fiduciae obligatio perseveret, sicut denique omnia que in placitum sunt deducta priuatum, nisi, aut circumscripsio subueniet, aut uis, aut error ostenditur. Funerorum tantum Consulium nomina iubemus aboleri, ita ut his reuerentia in lectione recitantur, tribuatur, qui tunc in Oriente annuos Magistratus uicturis perpetuo sunt fascibus auspicati. Tempus uero ipsum ac si non fuerit astimetur: siquidem tunc temporis omessa aliqua prescriptio taciturnitatis, etiam de illis que confirmauimus non possit opponi. Dat. xi. Kalend. Maij Med. Olybrio, & Probino Coss.

89 † Videndi super hac re Federi. de Senis conf. 13. Socin. conf. 32. Amat. decif. 21. quos sequitur Io: del Castillo Sotomayor controuer. iur. tom. 5. lib. 5. cap. 102. nu. 10. Paris. conf. 1. nu. 66. Cuman. conf. 153. Fulgos. conf. 20. Tiber. Decian. tract. crimi. lib. 7. cap. 5. nu. 22. in fine Georg. Acacius de priuileg. lib. 1. cap. 4. nu. 32. & 33. † Excipe ab his (& hoc praeter ceteros nota) quæ gesta fuerunt à Tyrannis in Athenis, illa enim approbare Athenienses noluerunt, imò vt constat ex Legibus Atticis per Samuelem Petitum congestis, digestis, & commentario illustratis lib. 4. tit. 1. de Iudicibus, erant stricti Iudices medio Juramento hoc asserere, verba referam totius legis, quæ vtinam apud nos mutatis mutandis seruaretur: hæc igitur erat

90 for-

De Seruis Fugitiuis. Cap. XVII.

173

formula iuramenti: *Sententiam feram secundum leges, & populi Atheniensis scita, & Quingentorum Sententia Consulta. Tyrannum, aut paucorum dominatum meo calculo non approbabo. Neque si quis popularem Atheniensium statum euertere conatur, aut dicat, aut decernat aduersus hanc assensum prabebbo, neque nouas tabulas fieri, aut agrum, domosq; Populi Atheniensis diuidi patiar. Exules non restituam, neque capititis damnos, neque eos qui urbem incolunt ea pellam aduersus leges receptas, & populi Atheniensis scita Senatusq; Consulta. Neque quemquam alium id aggredi sinam. Neminem Magistratum gerere sinam, qui rationes alterius à se gesti Magistratus non retulerit sive sit è Nouemuiris, sive Hieromnemon, sive quis alius eorum, qui eodem cum Nouemuiris die Magistratus fortiuntur, sive Praco, sive Legatus, sive Assessor. Neque eundem bis in eodem esse Magistratu, aut duos Magistratus gerere in eodem anno. Munera non accipiam propter ea quod in Hellia sedeo, nō ego ipse, neque alter mihi, neque ullus me conscio, nulla arte, nulla fraude. Nō sum minor annis triginta. Viram que partem audiam, ex quo sententiam feram de ea re, de qua instituta erit actio. Iouem, Neptunum, Cererem vindices testor, imprecorque exitium ipse mihi, & familie mea si quid horum non obseruauerero, si fidem, contra, datam libero, omnia prospera atque fausta. Neque prateritorum in malum meminero, neque alteri meminenti assensum prabebos, sed sententiam feram secundum receptas leges.* Hæc tex. ille Athenensis.

Publica utilitas fuit causa etiam quare gesta per Audientiam per Regem Franciæ compositam tēpore turbationum Cathaloniæ fuerint postea per nostram Audientiam approbata, ita decisum iunctis tribus Aulis in modum sequentem.

91

Die decima quarta Augusti 1653. Barcinona in Reg. Audientia iunctis tribus Aulis Presidente in ea nobili, & Magnifico Iacobo Mir Regiam Cancellariam Regente interfuerunt cum eo Nobiles, & Magnifici Doctores Regij Consiliarij sequentes.

Don Iosephus Andreu.

Don Iosephus Romeu de Ferrer Fisci Aduocatus.

Don

Don Raphael de Vilosa.

Paulus Puig.

Franciscus Llunes.

Don Iosephus Marti.

Don Fabricius Pons.

Don Michael de Cortiada Fisci Aduocatus Patrimonialis.

Cæteri non interuenerunt quia absentes.

In facto dubij propositi per dictum nobilem, & magnificum Jacobum Mir Regiam Cancellariam Regentem de ordine, & mandato sua Celsitudinis, (erat enim Prorex Serenissimus Ioannes ab Austria Domini nostri Regis filius) quomodo scilicet causæ pendentes, & decisa in Audientia formata per Franciam durante tempore turbationum presentis Principatus Cathalonia, sint tractanda, prosequenda, & decidenda in Regia Audientia sua Regia Maiestatis Domini nostri Regis.

Et licet procedimenta, & omnia gesta per Audientiam formata per Franciam durante tempore turbationum presentis Principatus Cathalonia sunt ipso iure nulla, nullius effectus, roboris, considerationis, ac momenti, & de illis nulla ratio habenda sit ex defectu jurisdictionis: Attamen inherendo equitati propter publicam utilitatem quia ex annullatione processuum plura inconuenientia sequi poterant non solum propter testes qui ab humanis deceperunt, verum etiam propter instrumenta desperita, & decreta interposita in grave damnum partium. Ideo & alias fuit conclusum quod quo ad causas motas in Audientia formata per Franciam inter partes qua fuerunt presentes in presenti Principatu Cathalonia valida remaneant probationes tam per testes, quam per instrumenta facta, & quod huiusmodi causa si fuerint pendenties taliter quod in illis non fuerit prolata sententia diffinitiua euocari possint ad hanc Regiam Audientiam sua Regia Maiestatis eodem modo quo tempore turbationum Serenissimi Regis Ioannis fuerat obseruatum dicendo causam vertentem in Audientia Cathalonia. Si autem in illis fuerit prolata sententia diffinitiua una vel plures, & partes noluerint illas impugnare, quod valeant in vim laudi.

*Si vero partes voluerint illas impugnare eo tunc si solum
fue-*

De Seruis Fugitiuis. Cap. XVII. 175

fuerit prolata una sententia, & ab ea fuerit supplicatum, quod causa supplicationis veniat declaranda vii causa prima instantiae, & ab hac sententia sit licitum supplicare quamuis fuerit conformis.

Sin autem fuerint duæ sententiae conformes, vel una transacta in rem iudicatam poterit pars qua prædicta grauamen, revisionem petere, cum citatione alterius, & tractentur summi cum dilatione ad summum duorum mensium ad probandum tam per testes, quam per instrumenta computanda à die citationis, qua elapsa censeatur conclusum in causa, & facta assignatione ad sententiam absque alia dilatione sit in illis declarandum, & pronuntiandum, & casu quo sententia fuerit conformis non liceat amplius ab ea supplicare, at si fuerit reuocatoria, sit licitum ab ea supplicare.

Quo vero ad causas eorum qui aberant à praesenti Cathaloniae Principatu, & in obedientia Sua Regia Maiestatis extiterunt quod sententia contra eos prolata sint nulla, nec de eis, neque de processibus, & probationibus in eis contentis nulla habeatur ratio, imo illi qui per predictas sententias spoliati bonis suis inueniuntur, constito de possessione, quam antequam aberant habebant, ad illa summarie restituantur.



DE

DE CARCERATO ECARCERIBVS FVGIENTE,

ET DE DELINQVENTE FVGITIVO.

Ad explicationem tex. in l. in eos 13. D. de custo. Et exhib.
re o. l. 1. D. de effracto. aliorumque iurium, Et quampluri-
morum bonarum litterarum locorum.

C A P. XVIII.



Xactum de fugitiuis opus credebam, extante
principuè sententia Diui Isidori lib. 10. Ethico.
afferentis fugituum neminem rectè di-
ci, nisi qui dominum fugit, cum in mentem
venit nō solos seruos qui dominum fugiunt
fugitiuos appellari, verum & è carceribus fugientes, debito-
res latitantes, seu de fuga suspectos, Milites militiam dese-
rentes, Monachos è claustris absque licentia egredientes,
fugituorum nomine contineri, vnde de his exactè agere
operæ pretium duxi, & imprimis de poenis rei è carceribus
fugientis se nobis offert tractatio.

PLVRA DE CARCERE, EIVS Q VE DEFINITIO; & diuisio explicantur.

S. I.

S V M M A R I V M.

- 1 Philosophi carcerem contempnunt.
- 2 Quia animus mancipari nequit.
- 3 Consolatio Authoris quando in carceribus reperiebatur.
- 4 Senec & locus ad id accommodatus.
- 5 D. Ambrosij locus ad idem.
- 6 Aliud Authoris in carcere solatium.
- 7 Alia significatio huius nominis carcer.

8 Hinc

- 8 Hinc explicatur aliis Seneca locus.
- 9 Bis fuit author carceribus mancipatus.
- 10 Secundus carcer priuatus.
- 11 Lethe apud Persas quis carcer fuerit.
- 12 Authori hic secundus carcer durissimus.
- 13 Carceris definitio.
- 14 Eleganter carceris descriptio.
- 15 Carcer licet non detur ad pœnam.
- 16 Sed ad custodiam.
- 17 Tamen in se pœnam continet.
- 18 Inter pœnas connumeratur.
- 19 Mala mansio dicitur.
- 20 Male id probatur ex duobus iuribus.
- 21 Toriorum lignum, seu equuleus quid sit.
- 22 Cruciatu corporis appellatur carcer.
- 23 Antrum carcereum vocat Prudentius.
- 24 Seruitui comparatur.
- 25 Esse in eo, miserrimares.
- 26 Ex illo oritur iustus metus ad rescindendum contractum in eo factum.
- 27 Plura incommoda adserit.
- 28 Semper de eius iniustitia excipi potest.
- 29 Equiparatur mortii.
- 30 Est infamia.
- 31 Et species tortura.
- 32 Tempus quo quis in carcere mansit post condemnationem, computatur in pœnam.
- 33 Etiam in condemnato ad triremes.
- 34 Carceris diuturnitas imminuit pœnam.
- 35 Nisi locus carceri assignatus effet cōmodior propria domo.
- 36 Carceris diuisio.
- 37 Comprobata à Petro Gregorio.
- 38 Varia nomina diuersorum carcerum.
- 39 Explicatur Ciceronis locus.
- 40 Fuit carcer perpetuus apud Romanos.
- 41 Et in istis carceribus ultimum supplicium exequitum.

- 42 *Iudices Ecclesiastici solent carceres perpetuos in pœnā dare*
 43 *Quia pœnam sanguinis inferre nequeunt.*
 44 *Iure ciuili sunt prohibiti.*
 45 *Resellitur Andreas Knichen.*
 46 *Alius carcer est ad custodiam donec Index pronuntiauerit.*
 47 *Carcerati non dicuntur vinciti, nisi vincula sint adhibita.*
 48 *Hunc carcerem Messenij Thesaurum appellabant.*
 49 *Reiicitur ratio Camilli Borelli.*
 50 *Vera proponitur.*
 51 *Vnde intelligitur Linius.*

1



2

*I*omnes Philosophi essemus, parum tædij ad nos
 carcer adferret, quia vt inquit Seneca in con-
 solat. ad Helvi. cap. 11. *Corpusculum hoc custo-*
dia, ac vinculum animi, huc atque illuc iacta-
tur, in hoc supplicia, in hoc latrocinia, in hoc
morbi exercentur, † animus quidem ipse sacer, & aeternus est,
& cui nō potest iniici manus, & vt dicebat Tertullia. ad Mar-
ty. cap. 2. nihil crux sentit in nervo, cum animus in Cælo est. Sed
non omnibus hoc constantiae genus datum. † In meis carce-
ribus (duo enim, & ij durissimi fuere) illud me solum conso-
labatur non ob sacrilegia, homicidia, latrociniaue in carceres
detrusū, sed quia fidelis Principi naturali Regi nostro Hispani-
iarum extiterim, illud inquam me consolabatur, non infamiam,
obscuritatem, malumue nomen è carcere recipere,
sed potius honorem, nouamque lucem, † & vt dicebat Sene-
ca supra cap. 13. de Socrate carcerato ignominiam ipsi loco de-
tracturus, neque enim poterat carcer videri in quo Socrates,
ignominiam, inquam, detracturus, neque enim poterat car-
cercer videri in quo ob fidelitatem quis captus detinebatur, † &
cum Sancto Ambrosio lib. 4. in Lucam de primo illo Iosepho
humili vsq; ad seruitutem, vt ait idem Ambrosius, verecun-
do vsque ad fugam, paciente vsque ad carcerem dicere pote-
ram non ne iniuria a carceris corona est ipse dixit castitatis ego
fidelitatis? † Iuuabat etiam ad solarium quod memineram,
legisse aliquando apud D. Chrysostomum homil. 8. in epift. ad
Ephes.

5

6

Ephes. cōsiderantem Petrum in vinculis, & Angelum ipsum liberantem dixisse *Si mibi quispiam dixisset elige virum ve-*
lis, vis esse Angelus Petrum soluens, an Petrus vincetus, Petrus
utique esse maluissim. Sic & ego malui esse ex illo genere
 vincitorum, quam ex illo genere Senatorum, vel Guberna-
 torū qui similes vincētos liberare poterant. Vitia omnia erant
 in libertate in Ciuitate Barcinonæ, sola fidelitas oppresa,
 & carcerata, † nisi mauis carceres istos non sicut alios *vindi-*
ces scelerum, vt infra dico, appellari, sed potius sic dici sum-
 pta à certaminibus equorum metaphora, in quibus repagu-
 lum illud vnde fit initium cursus carcer dicitur, quemadmo-
 dum meta vbi sistitur († & hinc, vt hoc obiter notemus, in-
 telligendus Seneca de morte Claudi ibi

Sol aspicit orbem.

Lucidus, & primos à carcere concitat axes)
 quasi initio cursus, & meta, hoc est in principio, & fine vitæ
 semper in fidelitate erga proprium, & naturalem Principem
 constantes esse debeamus. † Duo, inquam, fuere carceres in
 quibus perire Barcinonæ credidi. Primus publicus † Secun-
 dus priuatus in domo sœuentis Galli Proregis in quodam cu-
 biculo à quo omnes illius habitatores vltimo supplicio dam-
 nati exiere, † quod & Lethes nominari poterat, fuit enim
 apud Persas carcer hoc nomine cineribus refertus ad quem
 nisi moriturus trahebatur nemo, vt ait Alexan. ab Alexan.
lib. 3. dier. genia. cap. 5. † Hinc mihi durissimus, tum & ob
 Gallos custodes, quibus diu noctuque custodiebar tanto odio,
 & malevolentia, vt semper vltimum supplicium in pœ-
 nam mihi euenturum palam, constanterque etiam mihi asse-
 rerent, nuntij verè maligni, quibus nulla charitas, nulla vr-
 banitas erga afflictos est. Sed potens est Deus, & misericors,
 & LIBERATOR. Ergo iam ad institutum veniamus.

Carcer igitur sic rectè definitur à Petro Gregorio *lib. 31.*
Syntag. iur. cap. 33. nu. 6. vt sit locus tutus, horribilis, delin-
 quentium custodiæ deputatus. Horridus locus tum ratione
 squaloris, & miseriarum quas ibi conclusi patiuntur, tum ra-
 tione societatis hominum perniciosorum, vt furum, latro-

- num, homicidarum, & similiū qui ibi asseruantur, cum quibus innocentia vitæ facile corruptur, & mali peiores fiunt, hoc idem sentit Bald. *de carcer. cap. 1. nu. 2. vers. nam*
- 14 *carcer est.* † Sed elegantius carcerem describit Cassiodo. *lib. 11. vari. in fin. sub his verbis.* *Et ideo cella gemituum, tristitia & domus, Plutonis hospitium, locus perpetua nocte cœcatus tandem infusione lucis albescat, in qua non unum tormentum sustinet reus, qui antequam incurrat necis exitus à Supernis probatur ab cisus.* Primum pedor ille collega catenarum ab omnibili merore discruciat, auditum alieni gemitus, & lamenta consurbant, gustum ieiunia longa debilitam, tactum pondera præmentia defatigant, lumina diutius tenebris obtusa torpescunt, non est unum clausis exitium, multifaria morte perimitur qui carceris squalore torquetur. † Vnde verum est carcerem, licet non detur ad poenam Anto. Faber *in suo Codice lib. 2. tit. 39. defini. 3. nu. 1.* latissimè Don Franciscus Amaya *in comment. ad l. 2. nu. 18. C. de exacto. tribu. lib. 1 o.* † Sed ad custodiam tantum *l. aut damnum 8. S. solent D. de pœnis post innumeratos à se relatios tenet Bouadilla lib. 3. polit. cap. 15. nu. 5.* Henningius Goden *conf. 103. in ordine, & de iniur. conf. 2. nu. 13.* Farina *de carcer. quest. 27. nu. 95.* Valenzuela *conf. 43. nu. 159.* † tamen in se poenam continere Caballi. *resol. crimi. casu 142. nu. 3.* Vincen. de Franchis *decis. 317. nu. 5.* Giurba *conf. crimi. 66. nu. 7.* & sic intelliges tex. in l. si quis diutino D. de pœnis iuxta mentem Bouadillæ *lib. 3. politi. cap. 15. num. 8. circa finem,* † & inter poenas cōnumeratur à Boetio *de consolat. Philos. lib. 4.* hisce verbis *cum præsertim carcer, lex, catenaque legalium tormenta pœnarum pernicioſis potius ciuibus propter quos etiam constituta sunt debeantur.* Lucret. *lib. 3.* sic cecinit.
- 15
- 16
- 17
- 18

*Sed metus in vita pœnarum pro malefactis
Est insignibus insignis, scelerisque luela
Carcer est horribilis de saxo iactus deorsum
Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, teda.*

idemque probat Vlpianus *in l. diuus 3. D. l. 2. C. de cust. reo.* Julius Polux *lib. 4. Onomast.* enumerat carceres, sicut & stigmata

De carcer. è car. fug. Cap. 18. §. I. 181

mata, & columnam, † & mala mansio dicitur in l. item apud 19
Labeonem 15. §. *questionem* 41. *D. de iniur.* Valenzue. *d. cons.*
 43. *nu.* 162. *Tuscus* *lit.* *C. conclus.* 79. *nu.* 2. *Salgado de Reg. pro-*
rect. 2. *parte cap.* 4. *nu.* 1. *Cerdan. de carcer. cap.* 3. *nu.* 4. *Solorza.*
de crimi. parricid. cap. vlt. † Sed male id probari ex d. §. *qua-*
tionem 41. *Et ex l. si hominem* 7. *ibi, ut quæstio de eo haberetur,*
Et propterea vincitum, Et ad malam mansionem extensum, 20
D. depositi optimè notauit Amaya ubi supra nu. 24. † cum ea
iura propriè loquantur de tortorio ligno, seu de equuleo super
quo propriè corpora extendebantur D. Cyprianus de lapsis
Nunc equuleus extenderet, nunc ungula effoderet, nūc flamma
torreret. Et in Actis Martyrum de S. Thelica. Qui cum pen-
dendo in equuleo extensus se voce sapius repetita Christianum
esse proclamaret. D. Hieronymus in epist. ad Innocent. de mu-
liere septies ita. At vero mulier sexus infirmior, virtute for-
tior suum cum equuleus corpus extenderet, & Rosinus lib. 9. an-
tiqui. Roma. cap. vlt. Qui igitur in equuleo torquebantur pendebant 21
brachijs, pedibusque retortiis extensi, nervis scilicet qui-
bis deuincta membra erant proprie summam intentionem cre-
patibus, vique incitandi doloris causa equuleus, aut fidicula
tendebantur, sic eiusdem remittendi eadem laxabantur, alia
concessit Garonus super Constat. Mediolani lib. 1. tit. 2. de Iu-
dais ver. Ictuum duorum equi. † Appellatur etiam carcer 22
cruciatus corporis l. omnes 22. C. de pœnis can. nulli dubium 3.
quæst. 1. Natta conf. 319. nu. 3. lib. 2. Valenzue. d. cons. 43. nu.
 162. Mago. *decis. Luc. n. vlt. n. 13* Farina. *de carcer. Et carcer.*
quæst. 27. nu. 1. † & à Prudentio Antrum carcereum vocatur 23
lib. 2. contra Symachum versu 469.

Antrum carcereum dissoluire corpora sub quo
Agminis innocui fato peccante tenetis.

Vel Airum limen Idem vers. 310. hymn. 2.

Obsessor Atri liminis
Quem cura pernox manserat
Seruare feralem domum.

Idem mox vers. 350. densæ specum caliginis vocat, Et hym. 5.
à versu 238. ita describit

Lubre

Lugubre in Antrū truditur *Angusta clausum strāgulante*
Ne liber usus luminis *Æterna nox illic latet*
Animaret altum spiritum *Expers diurni sideris*
Est intus imo Ergastulo *Hic carcer horrendus suos*
Locus tenebris nigror *Quem saxa merci forniciis* *Habere fertur inferos.*

- 24 † & seruituti comparari carcerem dicitur in l. 2. *D. de liber. homi. exhi. l. Titio 71. S. Titio centum 2. D. de cond. E* demostr. Amescua de potes. in seipsum lib. 1. cap. 1 6. nu. 12. Amaya lib. 1. obser. cap. 6. nu. 19. Mascar. de probat. conclus. 266. nu. 6. Giurba decis. 66. nu. 7. Bernar. de Sandoual de cura pauper. carcerat. cap. 2. in princ. Narbona in comment. ad lib. 6. no. recopil. tit. 2.
 25 lege 14. glos. 1. nu. 6. † Vnde in carcere reperiri per se miser-
rimum esse scribit Leo lib. 10. epist. 4. ad Alphonsum, & mul-
tis docet Bouadilla lib. 3. polit. cap. 15. nu. 133. E 134. † & iu-
stum metum ad promissa in eō rescindendum carceris hor-
rorem inducere probat tex. in l. qui carcerem 22. & ibi Barto.
 27 *D. quod met. cau.* Bouadilla lib. 5. cap. 3. nu. 96. † & plura in-
 28 commoda adferre testatur Franchis decis. 317. nu. 4. † & ita
semper de carceris iniustitia excipi potest Seraphi. de priui.
iuramen. priu. 132. nu. 9. Macerat. lib. 3. resolu. 29. num. 20.
 29 † & eo non minus atrox afferatur iniuria quam morte Euge.
 30 conf. 76. nu. 161. † & esse magni præiudicij, & infamiae testa-
 31 tur Viuius lib. 2. decis. 201. num. 14. † & esse speciem torturæ
 32 tradit idem post multos num. 12. † adeo ut tempus quo quis
post latam exilij sententiam detentus fuerit non culpa sua in
carcere cōputetur in diminutionem pœnæ exilij, vt elegan-
ter rescripsere Imperatores in l. omnes 22. *C. de pœnis ea red-
dita ratione, ne hi qui diu priuati sunt aura communis haustus,*
E lucis aspectu intra breve spatium cattenarum ponderibus
pragruati, etiam exilij pœnam sustinere iterum compellātur,
 33 † quod & obtainere in ijs qui ad tempus ad remos damnantur
tenet Petr. Gregor. d. lib. 31. Syntag. cap. 33. nu. 7. Vincent. de
Franchis decis. 317. n. 1. & ibi eius additionator Flavi. Amend-
do. E decis. 487. † nam ut communiter dicitur carceris diu-
turnitas inminuendarum pœnarum causa est Tiraquel. tract.
 34

de

De carcer. è car. fug. Cap. i 8. §. I. 183

de pænis cau. 41. nu. 1. Bart. Bertazzo. inter conf. crimi. diuer.
21. Zileti conf. 91. nu. 66. vol. 2. & hac de causa semper men-
ti tenenda verba Theodosij in l. de his 6.C. Theodos. de custod.
reorum, ibi. *De his quos tenet carcer id aperta definitione san-*
cimus, ut aut conuictum velox pœna subducat, aut liberandū
custodia diurna non maceret, † secus tamen esse dicendum
de carcere vbi absque tædio, & meliori prorsus habitatione,
quam propria habitari posset pro vt multis in facti specie.
probat Federic. Pruckmannus conf. 16. nu. 47. & conf. 15. nu.
113. vol. 2.

35

Explicita carceris definitione, succedit elegans sanè diui-
sio tradita à Platone lib. 10. de legi. circa finem in hæc verba.
Delati Magistratibus, & condemnati rei omnes carceribus
contineantur, tres vero sint in Ciuitate carceres, unus pluribus
communis in foro rerum venialium ut multi ne fugiant cu-
stodianter. Alter vbi catus eorum sit qui nocte congregantur
correctionis nomine appellatus. Tertius in media regione vbi
quam maximè desertus, silvestrisque locus est, supplicij nomi-
ne notatus, † quam diuisionem amplexus fuit Petr. Gregor.
de Repub. lib. 2. cap. 7. nu. 3. hisce verbis: *Curabunt Rectores*
Reipublica carceres edificari idoneos muneri ad quod deputā-
tur, ut qui ad custodiā tantum depurantur, veluti pro debi-
toribus detinendis, vel reis non probatis exaudiendis non ita
duri sint & seueri, ac illi qui deputantur castigationi leuiorum
delictorum, nec isti qui ad castigationem, tam horridi ac illi
qui ad supplicium adificabuntur, † ut erant Gemonia, Tullia-
num, & alia loca Roma subterranea, fossæ vbi Vestales incepser-
vina sepeliebantur, Barathrum Athenis, Latomia Syracusis,
ut videre est apud Calium Rodiginum lib. 17. lectio. antiq. cap.
9. & alios diuersarum gētium carceres refert Alexan. ab Ale-
xan. lib. 3. dier. genia. cap. 5. Et apud Longobardos subterra-
neos fuisse probat l. de furtis 54. Regis Luitprandi apud Co-
dicem legum Longobardorum lib. 1. † Et de supradicto vltimo
carcere intelligendus est Cicero orat. 2. in Catili. dum inquit:
Sentiet in hac Vrbe esse Consules vigilates, esse egregios Magi-
stratus, esse fortem Senatum, esse arma, esse carcerem, quem-
vindi-

37

38

39

- 40 *vindicem nefariorum, ac manifestorum scelerum maiores nostris esse voluerunt.* † Et Cæsar apud eundem Ciceronem orat.
q.in Catili. fuisse carcerem pœnam perpetuam significat hicce verbis. *Intelligi mortem à Deo immortali non esse supplicij causa constitutam, itaque eam sapientes nunquam inuiti, sapientes fortes etiam appetiuerunt.* *Vincula vero, ea semperna certè ad singularem pœnam nefarij sceleris inuicta sunt.* Et Valer. Maxi. lib. 6. cap. 3. refert C. Vatinium quod sinistræ manus digitos sibi ne militaret bello Italico amputasset, publicatis bonis à Senatu æternis vinculis puniendum adiudicatum, & colligitur etiam hoc idem ex verbis Dyon. Halicar. lib. 1. antiqui.. *Sunt, inquit, qui confessim eam necatam puellam tradant, nec desunt qui malint coniectam in occultum carcerem, eumque perpetuum, unde necatam esse vulgo traditum est, plura congerit ad rem Petr. Gregor. d.lib. 3 i. syntag. cap. 33.* † Et in istis carceribus olim plures decapitatos, & strangulatos fuisse probat pluribus exemplis Thomas Dempsterus in paralip. ad Rosinum de antiqui. Roma. lib. 10. cap. 29. circa finem.
- 41 † Hinc apud Ecclesiasticos Iudices solitum fuit reos ad perpetuos carceres condemnare cap. penul. de apost. cap. penult. de bareti. cap. nouimus de verb. signif. & alibi Angel. in l. Proator ait §. si publicanus nu. 1. D. de ui bonor. rapto. Gregor. Lopez. in l. 4. tit. 3 i. partita 7. ver. omne libre Bouadilla lib. 3. politic. cap. 15. nu. 5. Solorza. lib. 1. de parricidio cap. vlt. Cerdan. de carcer. cap. 3. nu. 9. Andreas Knichen de Saxonico non prouocandi iure cap. 5. de regalijs in specie num. 28 i. † quia cum pœnam sanguinis inferre non possint cap. in Archiepiscopatu de rapt. cap. clericis, cap. sententiam sanguinis Ne cler. vel Mon. secul. nego se in mis. hinc ea cōtenti sunt quæ pœnitentiam admittere potest. † Iure autem ciuili prohibitus fuit carcer perpetuus, vt ait Vlpia. in l. aut damnum 8. §. solent l. manda tis 35. D. l. incredibile 6. C. de pœnis Clarus quæst. 70. vers. pœna auie Angel. conf. 257. in fine Bald. conf. 443. in fine Camil. Borrel. de Magistr. edict. lib. 2. cap. 8. num. 390. Videndi super hac re Petr. Faber lib. 2. semestr. cap. 7. Menoch. de arbitra. lib. 1. quæst. 89. Ianus Langlæus Ocijs semes. lib. 2. cap. 7. † Et in l. i.
- 42 *l. aut damnum 8. §. solent l. manda tis 35. D. l. incredibile 6. C. de pœnis Clarus quæst. 70. vers. pœna auie Angel. conf. 257. in fine Bald. conf. 443. in fine Camil. Borrel. de Magistr. edict. lib. 2. cap. 8. num. 390. Videndi super hac re Petr. Faber lib. 2. semestr. cap. 7. Menoch. de arbitra. lib. 1. quæst. 89. Ianus Langlæus Ocijs semes. lib. 2. cap. 7. † Et in l. i.*
- 43 *l. aut damnum 8. §. solent l. manda tis 35. D. l. incredibile 6. C. de pœnis Clarus quæst. 70. vers. pœna auie Angel. conf. 257. in fine Bald. conf. 443. in fine Camil. Borrel. de Magistr. edict. lib. 2. cap. 8. num. 390. Videndi super hac re Petr. Faber lib. 2. semestr. cap. 7. Menoch. de arbitra. lib. 1. quæst. 89. Ianus Langlæus Ocijs semes. lib. 2. cap. 7. † Et in l. i.*
- 44 *l. aut damnum 8. §. solent l. manda tis 35. D. l. incredibile 6. C. de pœnis Clarus quæst. 70. vers. pœna auie Angel. conf. 257. in fine Bald. conf. 443. in fine Camil. Borrel. de Magistr. edict. lib. 2. cap. 8. num. 390. Videndi super hac re Petr. Faber lib. 2. semestr. cap. 7. Menoch. de arbitra. lib. 1. quæst. 89. Ianus Langlæus Ocijs semes. lib. 2. cap. 7. † Et in l. i.*
- 45 *l. aut damnum 8. §. solent l. manda tis 35. D. l. incredibile 6. C. de pœnis Clarus quæst. 70. vers. pœna auie Angel. conf. 257. in fine Bald. conf. 443. in fine Camil. Borrel. de Magistr. edict. lib. 2. cap. 8. num. 390. Videndi super hac re Petr. Faber lib. 2. semestr. cap. 7. Menoch. de arbitra. lib. 1. quæst. 89. Ianus Langlæus Ocijs semes. lib. 2. cap. 7. † Et in l. i.*

De carcer. è car. fug. Cap. i 8. §. I. 185

*in l. i. C. Theodos. vbi latè Jacob Gotho. de priuati carceris custo. reus Maiestatis habetur qui priuato carcere vtitur. Vnde & ex his quæ diximus nuper num. refellendus est Andreas Knichen ubi supra nu. 281. dum afferit iure ciuili incognitū fuisse perpetuum carcerem, imò eo vñsi fuerunt Romani, illumque cognouerunt, ac prohibuerunt, sicque iure ciuili inter dictum non incognitum affirmat Antonius Faber in suo Codice lib. 2. tit. 39. defini. 9. num. 7. & probat tex. in l. incredibile. C. de panis dum incredibile dicit, quod quis perpetuis vinculis esset condemnatus, cum vix in seruili conditione hoc procedere potest † Alter carcer erat propriè ad custodiam, vt dum in suspenso est animus iudicantium, interim rei delati sub tuta custodia retineantur, † & sic carcera-
ti non dicuntur vinciti, nisi eorum corporibus vincula sint adhibita l. verum 216. D. de ver. sig. Camil. Borrel. de Magist. edic. lib. r. cap. i. nu. 184. † Et hunc carcerem Messenij Thesaurum appellabant, vt ait Alexan. ab Alexan. lib. 3. dier. geni. cap. 5. † non ideo sic vocatum quasi in eo sit officina fertilior omni thesauro, cum inde veniant poenæ, mulctæ, poenarum compendia, transactio[n]es, compositionesq; vt voluit Camil. Borrel. de prestan. Reg. Catbo. cap. 27. nu. 2. † sed potius thesaurum vocari existimarem propter publicum bonum quod ex eo Republicæ sequitur. † Vnde fortasse Liuius deca. 4. lib. 9. thesaurum publicum appellat carcerem illum.*

46

47

48

49

50

51

DE POENIS E CARCERE FVGIENTIS.

§. II.

S V M M A R I V M.

- 1 *Conquiritur Farinacius de modo quo Doctores rem hanc tractant.*
- 2 *Carcer est hominum noxiorum.*
- 3 *Fugiens è carceribus fit sui accusator.*
- 4 *Proponuntur iura loquentia de pœna effractoris fugientis è carcere.*

Aa

5 Pæ-

- 5 Pœna capitalis nomine venit iuxta communem sententiam
deportatio.
- 6 Refellitur ex pluribus.
- 7 Opponitur l. licet 103. D. de ver. signif.
- 8 Eius solutio.
- 9 Explicatur l. 2. D. de publi. iudi.
- 10 Intelligitur l. 4. D. si quis cantio.
- 11 Interpretatur l. 2. D. de panis.
- 12 Exponitur l. qui cum maior 14. S. is demum D. de bon. liber.
- 13 Endantur alia iura.
- 14 Quare olim carceres fugientes, & frangentes ultimo sup-
plicio damnabantur.
- 15 Carceres publico bono destinati.
- 16 Pro, non contra bonos mores introducti.
- 17 Sancti vocantur.
- 18 Roma felix dicitur quando in ea unicus tantum carcere in-
ueniebatur.
- 19 Publica erant sacra.
- 20 Eorum violatores capitaliter damnati.
- 21 Similiter, & eorum murorum.
- 22 Carcerum fabricatio ad Uniuersitatem, custodia ad domi-
num petinet.
- 23 Transgressores murorum Ciuitatis capitaliter damnabantur.
- 24 Intellige de mœnijs Vrbis Roma solummodo.
- 25 Non tempore pacis.
- 26 Sed tempore belli.
- 27 Hac pana non se extendit ad nostros carceres.
- 28 Qui à coercendo dicti.
- 29 Appellantur etiam locus in quo noxijs seruantur.
- 30 Pana effractoris, & fugientis carceres Iudicis arbitrio re-
linquitur.
- 31 Quando non exprimitur pana, relinquitur arbitrio Iusdi-
centis.
- 32 Idem in assignanda multa vel pana pecuniaria.
- 33 Et de die quosies certum tempus conceditur nō adiecto die.
- 34 Iudicis arbitrium debet secundum rationem regulari.

35 Ar-

De carcer. è car. fug. Cap. i 8. §. II. 187

35 Arbitrium liberum, & solutum est positum in mera voluntate.

36 Sic dicitur sponte sua, & arbitrio suo.

37 Aliud est arbitrium secundum rationem.

38 De quo intelligendum est quod dicitur arbitrio Iudicis relictum.

39 Rejicitur opinio afferentium effractorem fugientem è carcere teneri pana confessi criminis.

40 Doctores sunt instar auium.

41 Explicatur l. in eos i 3. D. de custo. & exhibeo.

42 Confessus si de sua innocentia probat, non punitur.

43 Refellitur Fachinaeus.

44 Communis sententia potest intelligi de contumacibus.

45 Ex consuetudine in contumaces proceditur etiam ad panam capitalem.

46 Mediolanensis Senatus sententia.

47 Qui eos publicè torqueri facit.

48 Et grauius pro delicto pro quo detinentur torqueri solent.

49 Idem in eo qui effractis vinculis fugit per ostium, vel fenestram.

50 Et in eo qui est in custodia, licet non sit in carcere.

51 Idem in eo qui transcendit carceris muros fune medio.

52 Mitiori pana punitur qui fractura facta, non consumauit fugam.

53 Quia effectu non sequuto effectus mitius punitur.

54 Senatus decisio circa fugam cum fractura intentata, non tamen sequitam.

55 Postea in arctiores carceres detruduntur.



Onqueritur maximè Farina. in sua praxi crimi. tit. de carce. & car. quart. 30. nu. 33. quod ita obscurè hæc materia à Doctoribus tractetur, sed ipse eam tot ampliationibus, & limitationibus obscuriorem certè reddidit. Qua potero breuitate, & claritate eam declarabo.

Quia carcer hominum noxiorū est l. 2. C. de exactio. tribu.

Aa 2

lib. 10.

I

2

lib. 10. hinc nihil mirum quod fugiens è carceribus puniri
 3 debebat, † cum ipsa fuga sui accusator fiat auth. de exhib. reis
 §. si vero colla. 5. & in hoc Doctores omnes concordant. Sed
 qua poena puniri debeat effractor carceris, & ab eo fugiens
 4 non ita conueniunt. † Iura quæ de hac re loquuntur sunt tex.
 in l. 1. D. de effracta. cuius hæc sunt verba: *De his qui carcere
 effracto euaserint sumendum supplicium Dini Fratres Emilio
 Tironi rescripsierunt. Saturninus etiam probat eos qui de
 cercere eruperunt, siue effractis foribus, siue conspiratione cum
 ceteris, qui in eadem custodia erant, capite puniendos. Quod
 si per negligentiam custodum euaserint mitius puniendos. Est
 etiam tex. in l. in eos 13. D. de custo. Et exhib. reo. inquiens sic:
*In eos qui cum recepi essent in carcerem, conspirauerint, ut
 ruptis vinculis, effracto carcere euadant, amplius quam
 causa ex qua recepti sunt reposcit, custodiendum est, quam
 uis innocentis ex eo crimine inueniantur propter quod impacti
 sunt in carcerem: tamen puniendi sunt, eos vero qui conspira-
 tionem eorum detexerint, releuandos. Et tandem tex. in l. mi-
 lites 13. §. eius fugam D. de re milit. inquit: *Eius fugam qui
 cum sub custodia, vel in carcere esset descesserit, in numerum
 desertorum non computandum Menander scripsit, quia custo-
 dia & refuga, non militia desertor est: eum tamen qui carcere
 effracto fuderit, etiamsi ante non deseruerit capite puniendum
 Paulus scripsit.***

Ex his iuribus illa oritur difficultas, an nomine pœnæ ca-
 pitalis ultimum supplicium veniat, an vero intelligenda sint
 5 de morte ciuili, vel deportatione, † quam sub capitali pœna
 comprehendi obtinuit apud antiquiores Pragmaticos longa
 serie relatos, & libenti animo amplexos à Farina. de delic. Et
 6 pœnis quæst. 19. à nu. 3. † quorum sententia refellitur ex tex.
 in l. relegati q. ibi in Insulam deportato pena capititis adrogatur
 vbi eleganter Gothofr. inquit *Capitis pena mors est D. de
 pœnis l. sunt quidam 9. alias l. saccularij §. sunt quadam D. de
 extraor. crimi. vbi cōtra eos qui scopelismon fecerunt usque
 ad pœnam capititis proceditur, quia vt inquit ibi Consultus,
 Et ipsa res mortem comminatur l. lex Iulia 7. §. fin. D. de I. Iul.
 repetun.*

repetun. cum pluribus alijs congestis à Brissonio de ver. sign.
 ver. capite damnari, & in hac sententia inclinat glos. in l. trā-
 sigere ver. capitali C. de transact. Gaspar Velas. in repeti. l. Im-
 perium num. 99. D. de iuris d. omni. indi. Bart. & Bald. in auth.
 Sed novo iure C. de ser. fugit. † Et licet videatur obstatre, imò
 rem hanc decidere tex. in l. licet capitalis 103. ibi tamen ap-
 pellatio capitalis, mortis, vel amissionis Ciuitatis intelligenda
 est D. de ver. sig. † tamen hoc secūdum subiectam materiam
 de qua tractatur intelligēdum venit, vt latè explicat Farinac.
 d. quest. 19. à num. 4. usque ad 9. † Sic in l. 2. D. de publi. indi.
 ait Paulus Capitalia iudicia sunt ex quibus pœna, mors, aut
 exilium est, hoc est aquæ, & ignis interdictio, per has enim pœ-
 nas eximitur caput à Ciuitate, non capitalia sunt ex quibus
 pecuniaria, aut in corpus aliqua coercitio pœna est. † Sic & in
 l. 4. D. si quis cautio. ait Vlpianus Rei capitalis condemnatum
 accipere debemus qui morte, exiliove coercitus est. † Sic & in
 l. 2. D. de pœnis. Rei capitalis, inquit Consultus, damnatum
 sic accipere debemus ex qua causa damnato vel mors, vel etiā
 Ciuitatis amissio, vel seruitus contingit. † Sic & in l. qui cum
 maior 14. §. is demum D. de bon. libert. in ea parte Edicti qua
 Patronus qui libertum capitis accusauerit ab eius bonorum
 possessione repellitur is demum (ait) videtur capitis accusa-
 se qui tali iudicio agit, cuius pena aut supplicium habuit, aut
 exilium quod sit vice deportationis, ubi Ciuias amittitur, † ita
 etiam intelligenda sunt iura in l. eum 10. D. de iur. patro. l. si
 filius 33. §. 1. D. de fideicom. liber. l. sed si 10. §. sin autem 11.
 D. de in ius vocan. l. si quis 5. §. sed & patroni 23. D. de liber.
 agnos. l. tutorem 22. D. de his quib. ut indig. l. vlt. D. de bon.
 liber.

Ex his ergo apparent pœnam capitis, hoc est ultimum sup-
 plicium olim impositam carcerum effractoribus, & ab eo fu-
 gientibus, cuius rei ratio elegans est illa quam tradit Don Lu-
 doui. à Peguera decis. 1. nu. 5. ad finem videlicet, † quia carcer
 publico bono destinatus sit, vt ego ex Calphurnio Flacco
 probo dum publicus ab eo vocatur decla. 4. his verbis. Video
 carcerem publicum saxis ingentibus structum, augustis fora-
 minibus

*minibus tenuem, lucis umbram recipientem, & Cicero orat. 2.
in Catili. vt supra vidimus, eum vindicem nefariorum, ac ma-
nifestorum scelerum appellat, † vnde carceres nō esse con-
tra bonos mores, sed potius pro bonis moribus introductos
tenet ex Bart. Henningius Goden conf. 103. num. 102. quod
est conf. 2. de iniur. † & sanctos esse tradit M. Antonius de
Amatis decis. 104. num. 42. Bertaz. conf. 35. nu. 16. faciunt ad
rem quæ tradit Liui. lib. 1. decad. 1. *Ancum Martium ingenit
incremento rebus auctis cum in tanta multitudine hominum
facinora clandestina fierent, carcerem ad terrorem increscētis
audacia media urbe imminentem foro ædificasse, † hinc Iuue-
nal. lib. 1. satyr. versu 620. fœlicem Romam vocavit tempo-
re quo vnicus tantum carcer in ea reperiebatur.**

*Maximus in vinculis ferri modus, vt timeas ne
Vomer deficiat, ne marras & sarcula defint
Fælices proauorum atavos, fælicia dicas
Sacula quæ quondam sub Regibus, atque Tribunis
Viderunt uno contentam carcere Romam.*

*Ea autem quæ publicè dicata, sacra erant l. *sacra 9. D. de
rer. diui.* † hinc ea violare pœna vltimi supplicij puniebatur,
videndus Cuma. conf. 105. num. 4. & sentire videtur Bossius
tit. de effracto. carce. num. 1. † Et quia publica sunt ædificia,
ideo eorum muros violare capitaliter puniēdūm tenet Petr.
Gregor. de Repub. lib. 2. cap. 7. num. 5. † & ob id tenent multi
fabricationem carcerum spectare ad Vniuersitatem, custo-
diam vero ad dominum, de qua re videndus Flauius Amen-
dola ad Franchum decis. 78. nu. 9. † Sic etiam qui muros Ci-
uitatis transcendent quia sancti sunt l. 2. D. *ne quid in loco sa-
cro, capite plebitur l. vlt. D. de rer. diuis.* † & sicut pœna ista
capitalis imposta ijs qui muros transgrediuntur, non exten-
ditur ad alios mœniorum transgressores, sed solum ad Roma-
nos muros iuxta veriorem sententiam, qua in praxi vtimur,
† præcipue tempore pacis, vt tenet Clar. in §. fin. quest. 68. ver.
muros Ciuitatis, Menoch. de arbitr. casu 48 3. num. 6. Boer.
decis. 232. † secus tempore belli ex l. 3. §. nec nō 17. de re milit.
solum, inquam, ad Romana mœnia se extendit, vt ex l. penulti.*

& vlt.

De carcer. è car. fug. Cap. I 8. §. II. 191

- ¶ vlt. D. ne quid in loco sacro, vult probari Ofual. ad Donel.* lib. 4. commen. cap. 1. lit. Z. & dissertè post multos Farina. de delict. *¶ p̄enit. 20. nu. 152.* † ita hæc scilicet carcerum effractorum capitalis poena nō se extendit ad nostros carceres, & quos licet tanquam coercitores criminum, & sic à coercendo dictos existimemus, vt voluit Varro lib. 4. de ling. lati. Prae*rei. ver. carcer.* Bouadi. lib. 3. polit. cap. 15. nu. 5. † & carcerem locum in quo noxijs seruantur appelle Serui. in lib. 1. Aenei. Virgi. domusq; sit illa quæ nos quietos domi custodit, tamen nō sacros, neque sanctos esse dicimus. Et licet Fachinæ. lib. 9. contro. iur. cap. 64. inclinet in id quod etiam hodie poena effractoris fugientis è carcere sit vltimi supplicij ob contemptam Maiestatem ipsius Magistratus. 27
- Tamen poenam illam carcerum effractoris, & ab eo fugientis Iudicis arbitrio esse relinquendam constanter assuevero, & pro regula stabilitum fuit post longam dissertationem à Farina. d. quæst. 30. nu. 34. hoc enim voluit significare tex. in d. l. in eos 13. dum puniendos esse dicit, non expressa poenæ qualitate, & quo casu Iudicis arbitrio relinquitur l. 1. §. expilatores, ibi quibus nulla specialis pena rescriptiis principalibus imposta est, idcirco causa cognita liberum erit arbitrium statuendi ei qui cognoscit. D. de effract. & in nostris terminis tenet Alberi. in d. l. in eos nu. 2. Boer. decis. 215. nu. 22. vers. *¶ ad textum Ioan. Igneus in l. 3. §. subuenitur nu. 70. D. de S.C. Syllani. Anto. Gomez. lib. 3. vari. cap. 9. nu. 11.* † & in assignanda mulcta, vel poena pecuniaria, vbi certa à lege non statuitur, ad arbitrium Iudicis relinquendum probant iura in l. si quis reum q. D. de custo. *¶ exhi. reo. l. hodie 13. D. de p̄enis,* & de die quoties certum tempus concessum est, nō adiecto die est tex. in l. 1. §. vlt. D. de iur. delib. † Hoc autem arbitrium debet secundum rationem regulari, vt de arbitrio quantitatis quādo poena pecuniaria incerta imposta est, probo singulariter ex d. l. hodie 13. ibi, ita tamen ut vitroq; modo rationem non excedat: duo siquidem sunt arbitria, & aliud liberum, & solutum quod in mera voluntate positum est, & arbitrium plenum voluntatis dicitur in l. virum 7. §. 1. D. de reb. dub. l. liberum 28
- 30
- 31
- 32
- 33
- 34
- 35

- 36 berum 28. *D.de adopt.* † Sic & sponte sua, & arbitrio suo dicitur in l. qui erat 49. *D.fam. ercif.* sic & sui arbitrij esse in l. si pater 22. *D.de rit.nupti.* & ad arbitrium suum, id est pro arbitrio suo in l. res 42. *D.de iur.doti.* † Aliud vero est arbitrium quod viri boni appellatur hoc est secundum rationem, non in meram voluntatem collatum, vt in l. si sic 75. *D.de leg. 1. l.Thais 41. §. sorori 4. l.fideicomissa 46. §. quod si D.de fideicom.libert.* † Vbi cunque autem in arbitrium siue iudicis, siue alterius quid cōfertur, quasi viro bono commissum accipendum est l. sed & si 17. §. *Prator ait D.de iniur. l.si libertus 30. D.de oper.liberti. l.si societatem 6. D.pro socio l. 1. §. 1. D.de leg. 2. l.si filia 43. D.de leg. 3. l. 3. C.de dotis promis.*
- 37 38 39 40 41
- Vnde ex supradictis venit rei cienda illorum opinio, qui tenent poenam effractorum carcerum iuste detentorum esse confessati criminis pro quo in carcere detrusi erant, illaque poena puniendos esse. Hanc sententiam Doctorum cumulus, † (de quibus recte affirmabat Decius *conf. 449. num. 12. esse instar auium, quarū vnam quando euolat omnes sequuntur*) communem fecit, inter eos glos. *ver. puniendi in d. l.in eos 13. Viui. in suis commu.opini.ver. fugiens è carcere num. 1. Menoch.de arbitr.lib. 2.casu. 30 1. nu. 5. & de präsump. lib. 1. quæst. 89. nu. 45. Mascar. de probat.conclus. 266. nu. 1. & conclus. 498. nu. 1 6. lib. 1. & conclus. 820. nu. 1. lib. 2. Bossi.de carcer. nu. 5. alijq; relati à Farina. *vbi supra nu. 7. Gomezio lib. 3. var. tit. de captiu.reo. nu. 11. Claro §. fin. quæst. 21. vers. tertio autem modo Mynseng. cent. 6. obser. 98. Altusius in dicæolog. lib. 1. cap. 132. num. 20.* † Hæc inquam opinio cum solum nitatur textui in d.l.in eos 13. facili negotio refelli potest: ibi enim solum asseritur amplius esse custodiendos, vt scilicet iterum non euadant, & insuper puniendos licet innocentes reperiātur ex eo crimine propter quod in carcerem compacti sunt, non poena confessati criminis, sed poena effracti carceris, vel de fuga quæ vt diximus arbitrio Iudicis relinquitur: nimis enim leuiter ius ageret si detentatum ludi causa effringentem, & fugientem è carceribus sola poena confessi delicti puniret, sicut nimis seuerè se ferret si innocens poena delicti sibi*

De carcer. è car. fug. Cap. i 8. §. II. 193

sibi adscripti plecteretur, & ita sentire videtur Felin. *in cap. nullus nu. 13. ad finem de præsump.* vt expendit Fachinæ. lib. 9. *contro. cap. 65.* † præcipuè si consideratur quod si quis verè, & realiter confessus fuerit delictum adhuc potest probare contrarium, & si ex ea probatione de innocentia sua constaret, non deberet puniri ex eleganti tex. *in l. 1. §. si quis ulro 27. D. de quaſtio.* vnde sola poena effraeti carceris, & fugæ esse puniendos concluditur, vt tenet Gomezi. *vbi ſupra* Ioan. Igne. *in d. l. 3. §. ſubuenitur nu. 70. D. de S.C. Syllani.* & vt optimè animaduertit Bursat. *conf. 346. nu. 30. 3 I. E 35. volu. 4.* vel nocens est, vel innocens reus, si nocens, prius punitur pro fractura, & insuper pro crimine pro quo mancipatus est. Si innocens, & iuste detentus, vt infra dico, solum pro fractura, & fuga, alias ſequeretur quod innocentes æquali poena, aut maiori plecterentur, quam nocentes, & culpabiles contra l. *absentem 5. D. de pœnis cap. licet ex quadam 47. in fine de teſti.* vt expendit Alberi. *in d. l. in eos nu. 2.* † Vnde reiicitur opinio Fachinæi d. lib. 9. *contro. cap. 66.* qui reiectis alijs ſolutionibus affirmat tex. *in d. l. in eos non explicare pœnam;* tex. vero *in d. l. 1. D. de effraeto.* declarare illam esse poenam capit. 42

Contraria tamen ſententia, quam diximus ſupra commu- 44
nem, poſſet intelligi de reis fugientibus è carceribus, qui po-
ſtea non capiuntur, † nam cum aduersus eos in cōtumaciam
ex confuetudine contra expreſſum tex. *in d. l. absentem 5. ibi*
verum ſi quid grauius irrogādum fuifet puta metallo, vel ca-
pitis pœnam non eſſe absentibus irrogandam D. de pœnis, pro-
cedatur, nihil mirum quod poena ordinaria confessati, & con-
uicti criminis puniatur, non quod fuga illa faciat indicium,
vna cum antecedentibus capturam ad illum poena ordinaria
comiſſi delicti condemnandum, vt voluit Farina. *d. quaſt.*
30. nu. 43. verſ. nihilominus, ſed potius quia contumacia illa
præcedentibus fuga, & fractura facit reos confessos, & con-
uictos criminis pro quo detinebantur, vt singulariter potest
probari ex *l. ſi apparitor 6. C. de cohortal. Princip. lib. 1 2.* † &
hoc iure utimur in hoc Mediolanensi Statu, vt notauit Clar. 43
45
46

Bb

quaſt.

- quest. 21. vers. tertio autem modo ibi licet Senatus hoc (scilicet condemnare fugitivos è carceribus in pœnam ordinariam) non obseruet, nisi contra contumaces: præuijs tamen semper opportunis citationibus, vt optimè concludit idem Farina.*
- 47 *vbi supra nu. 45. † Ideo Excellentissimus Senatus noster Mediolanensis Iustitiæ splendore semper coruscans, alios Senatus in multis excellens, vt probat Garon. in cōment. ad Conſtit. Mediolani tit. de Senatoribus in pralud. cap. 7. num. 51. solet captos post fugam publicè torqueri facere, vt refert Clarus vbi proximè, & idem obseruare Curiam Neapolitanam testatur Grammat. voto 37. & etiam in Cathalonia affirmat Perguera d. decis. 1. † & grauius quoque pro delicto pro quo detinentur torqueri solent, & sic est intelligēdus Clarus d. vers. tertio autem modo. † Idemque dicendum est in eo qui fractis vinculis, seu compedibus aufugit per ostium apertum, seu fenestram arg. l. succurritur 9. ibi nihil interfit parietibus, an compedibus teneatur D. ex quib. caus. maio. l. si quis 3. §. subuenit ibi clausos accipere debemus et si sunt vinciti D. de S. C. Syllania. † sicut nec interest an quis detineatur in carcere, vel in custodia l. milites 13. §. eius fugam D. de re milit. l. capitulum 28. §. ad statuas D. de pœnis, plures relati à Farina. d. quest. 30. nu. 82. † Idem & in eo qui muros carceris transcederit sine fractura fune medio, vel alio modo Boer. d. decis. 215. nu. 13. vers. 8 idem si extra Bertaz. conf. crimi. 35. nu. 31. lib. 1. † Mitiori autem pœna esse puniendos carceratos, qui in actu fugæ deprehenduntur etiā fractura facta tenet, & prosequitur latè Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 360. nu. 95. † & hoc quia de generali consuetudine in delictis affectus ad quemicunque actum proximum deductus regulariter non punitur ordinaria pœna effectu nō sequuto Clarus quest. 92. vers. scias tamen Gomez. lib. 3. varia. cap. 3. nu. 30. Gramma. decis. 2. nu. 8. Ioseph. Ludoui. decis. Lucen. 15. nu. 26. † Reperio tamen Senatum nostrum Mediolanensem reis constitutis quamplurimis carceratis, qui aliquali fractura facta in carceri Egregij Capitanei Iustitiæ appellato la Orba fugere tentarunt, venisse in sententiam die 11. Augusti 1601. vt publicè*

blicè tribus iætibus funis plecterentur forte ob præcedētem
conspirationem quæ interuenerat. † Qua pœna sumpta in
arctiores, & tutiores carceres detruduntur ne in posterum
fugere attendent *tex. in d.l. in eos 13. D. de custo. E. exhib. reo.*
Boer. d. decif. 215. nu. 22. & alij adducti à Farina. d. quæst. 30.
num. 48. 55

DE FVGIENTE E CARCERE PRIVATO

De fideiussore rei sub fideiussione constituti. Deque
arreptione itineris ad Superiorem.

§. III.

- 1 *Priuatus carcer prohibitus.*
- 2 *Sermo est de carcere priuato à Indice assignato.*
- 3 *Quod facere potest Iudex.*
- 4 *Roderico Suarez fuit assignatus.*
- 5 *Et Abbatii S. Martini Canigonensis in Cathalonia.*
- 6 *Ab eo fugiens eadem pœna punitur quæ is qui è carcere pu-*
blico fugit.
- 7 *Efficitur publicus ex Iudicis decreto locus alias priuatus.*
- 8 *Reiçitur Amaya sententia.*
- 9 *Ab eo carcere fugiens incidit in pœnā si erat sub precepto,*
vel fideiussione constitutus.
- 10 *Dicitur carceratus qui est sub precepto, vel fideiussione*
constitutus.
- 11 *Decreto gratioſo gaudet.*
- 12 *Pœnam effractoris non incurrit.*
- 13 *Constitutus sub fideiussione, strictè non dicitur carceratus.*
- 14 *Cadauera carceratorum Cremona pertinet ad Cathedra-*
lem, secus eorū, qui constituti sunt domi sub fideiussione.
- 15 *Verba contractus sunt strictè intelligenda.*
- 16 *Maximè si est conceptus materna lingua.*
- 17 *Constitutus sub fideiussione nō videtur esse in manibus Iu-*
stitia.
- 18 *Et ita praesentans bannitum liberatur.*

19 *Decisiones Senatus.*

20 *Bannitus captus non potest occidi, bene vero si est sub fidei-
iussione.*

21 *Pœna non poterit exigi à reo, vel fideiussore, si Iudex man-
dauerit familiam ad illum capiendum, & hac de causa
aufugerit.*

22 *Non dicitur contrauenire, qui ex noua causa contrauenit.*

23 *Laudantur Iure Consulti Thomas, & Ioannes Baptista
Parasaccus.*

24 *Decisio Senatus.*

25 *Præceptum ne quis à domo discedat, vel ut in eam se confe-
rat non requirit intimationem personalem.*

26 *Decisio Senatus.*

27 *Contra faciens præcepto Principis etiam absque pena debet
aliquo modo mulctari.*

28 *Decisio Supremi Italiae Consilij.*

29 *Votum Regentis Iacobi Maynoldi.*

30 *Eiusdem laudes.*

31 *Fideiussor tenetur de negligentia, & dolo custodum.*

32 *Non potest dici carcer tutus ubi adest dolus, vel lata culpa
custodis.*

33 *Rei fideiussoribus custodiendi tradebantur.*

34 *Proponitur facti species agitata in Senatu.*

35 *Decisio Senatus.*

36 *Fugiente iusta de causa ad Superiorē non tenetur fideiussor.*

37 *Ita decisum testatur Giurba.*

38 *Recursus ille habet vim appellationis.*

39 *Si non interuenit iusta causa punitur, licet mitiori pena.*

40 *Decisio Senatus.*

1



2

3

ON loquor de carcere priuato, quem vnus-
quisque potest in domo habere : iste enim
est à iure prohibitus ex l. 1. C. de priu. car. in-
hi. ex pluribus Bouadilla lib. 3. polit. cap. 15.
nu. 13. ¶ solum sermo est de carcere priuato
à Iudice pro publico assignato, ¶ quod posse Iudicem facere
testatur

testatur Consultus in l. potest 9. alias est l. vlt. D. de interd. &
 relega. Flavi. Amend. in additio. ad Franch. decis. 78. nu. 18.
 † & sibi fuisse assignatam primo domū Prætoris, deinde pro-
 priam, postmodum Villam in qua habitabat refert Roderi-
 cus Suarez tract. de fidei us. in cau. crimi. nu. 12. & deberi pro-
 priam domum assignari pro carcere Prætoribus quoties pro
 sindicatu carcerari debent asserit Bouadilla lib. 5. polit. cap. 1.
 nu. 53. † & de detentione facta personæ Abbatis S. Martini
 Canigonensis in Principatu Cathaloniæ in insigni Monaste-
 rio Sancti Cucuphati Vallensis, & postea in Ciuitate Barci-
 nonæ tradit Valenzuela conf. 74. nu. 77. & seq. † Si inquam, is
 cui Camera in domo Præatoria, vel Prætorium ipsum loco car-
 ceris datur aufugerit, eadem poena qua fugiens è carcere pu-
 blico punitur Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 101. nu. 7. Viui.
 cōmu. opini. ver. fugiens è carcere publico nu. 5. Mascard. d. lib.
 1. conclus. 266. nu. 8. & conclus. 820. nu. 2. & 4. Ex Cino in l. 1.
 C. de priua. carce. Bouadilla lib. 3. politi. cap. 15. nu. 10. Magon.
 decis. 90. nu. 7. vers. cōtraria tamen opinio Petr. Gregor. lib. 31.
 syntag. iur. cap. 33. nu. 2. Fachine. lib. 9. contro. cap. 67. † effici-
 tur enim publicus ex decreto illo, seu ordinatione Iudicis, vt
 notauit Farina. d. quæst. 30. nu. 47. † Vnde non est amplecten-
 da Don Francisci Amayæ doctrina, qui in comment. ad l. 2.
 nu. 21. C. de exacto. tribut. lib. 10. asserit se omisisse in defini-
 tione carceris verbum illud *securus*, vel *publicus*, cum possit
 assignari custodia, vel domus pro carcere: etenim quo ad do-
 mum iam dixi ex decreto Iudicis effici carcerem publicum.
 domum priuatam, tum & redi securum medio poenæ præ-
 cepti, vel fideiussionis, vel alia custodia, vt apud milites sunt,
 quas appellamus Militum stationes. † Quia vero praxis ordi-
 naria est, quod ille cui domus assignatur pro carcere promit-
 tat, vel fideiussionem præstet sub aliqua pecuniaria poena de
 non recedendo, seu fugam faciendo ab eo loco, tunc fugam
 arripiendo incidit solum in poenam de qua in præcepto, vel
 fideiussione l. si quis reum 4. D. de custo. & exhi. reo. plura.
 Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 260. nu. 13. Vulpel. respon. 239.
 lib. 1. † dicitur enim is etiā carceratus iuxta tex. in l. nec non 28
 ibi,

- ibi, sed sub fideiussorum satisdatione captus sit D. ex quib. caus.
 1 maio. sensit ita Guido Papa *decis.* 253. *nu.* 1. Grammati. *decis.*
 11 14. *nu.* 4. Mago. *decis.* *Lucen.* 90. *nu.* 8. Menoch. *d.lib.* 2. *casu*
 301. *nu.* 10. *in fine.* † Et in Indulto quod Regis gratia ob pu-
 blicam lætitiam carceratis concedi solet, quod nos decretum
 gratiostum appellamus, de quo multa eruditus Ioan. Baptista
 Larrea in suis disputa. sive *decis.* *Granatenibus* *dispu.* 25. *nu.* 1.
 12 *par.* 1. comprehenduntur etiam sub fideiussoribus constituti
 Mastrillo de *Indul.* *cap.* 12. *nu.* 4. & in decreto gratiofo in hoc
 Mediolani dominio edito an. 1571. ob nativitatem Serenif-
 simi Regis Philippi III. specialiter nominantur. † Verum est
 quod isti sub fideiussione detenti poenam effractoris carcerū
 non incurrit, cum nulla supponatur fractura, & Iudex con-
 tentus fuerit poena illa pecuniaria in præcepto, vel fideiussio-
 ne contenta.
- 13 Dixi videri captum sub fideiussione constitutum, sed hoc
 intellige lato modo, non strictè, & in omni casu secundum
 subiectam materiam: etenim in illa de qua loquitur Cæsar
 Caræna *resolu.* 80. à *nu.* 6. *vers.* Assumo certum est non videri
 carceratum sub fideiussione constitutum: Agit enim de sen-
 tientia arbitrali, † qua adiudicabantur cadavera carceratorum
 Cremonæ Ecclesiæ Cathedrali sub cuius Parochia sunt car-
 ceres Prætorij, quod quidem non debet extendi ad reos sub
 fideiussione constitutos extra carceres in domo alteri Paro-
 chiæ supposita morientes, quia verba Laudi, de cuius inter-
 pretatione agebatur, sunt strictè intelligenda, † sicuti & cu-
 iuslibet alterius contractus Manti. *de tacit.* ♂ *ambig.* *conuen.*
 14 *lib.* 2. *tit.* 5. *nu.* 12. † maximè si est conceptus materna lingua,
 vt in nostro casu Bald. in *i. lege num.* 7. *vers.* ♂ *secundum com-*
 15 *munem usum loquendi* C. *de legit.* *bared.* † licet autem sub fi-
 deiussione constitutus videatur posse dici aliquoties carcera-
 tus: nunquam tamen videtur dum est sub fideiussione in ma-
 16 nibus Iustitiæ, † & ideo sub fideiussore constituto præsentan-
 ti bannitum pro eius liberatione non resistit exceptio, quod
 ex quo præststitit fideiussionem de se consignando dicatur in
 manibus Iustitiæ, & sic exclusus beneficio proclamatis in
 17 ban-

bannitos editi excipientis eos qui in manibus Iustitiæ sunt,
 vel ad remum transmissi: † etenim per Senatum nostrū Mediolanensem fuit sèpè hoc declaratum, præcipuè dum admisit liberationem Laurentij Bononi dum erat sub fideiussione aureorum quinquecentum constitutus, vt ex liberatione diei 12. Februarij 1603. & ex alia liberatione facta fauore fratrum de Tensinis, qui pariter erant sub fideiussione, & ita sentit Foller. *in pract. crimi. 1.p.2.partis verb. vel carceretur nu. 11. Angel. de malefi. ver. fama publica præcedente in materia carcerationis nu. 86. Et 87.* Bossius *tit. de carcere nu. 27.*
Et seq. † vbi dicitur quod licet bannitus captus non possit occidi, poterit tamen si est relaxatus sub fideiussione, & potest desumi argum. ex tex. *in l. qui neque 48. §. solutū alias l. solutū D. de ver. signifi.* † Hæc autem pœna, qua tenetur fideiussor non semper ab eo exigi poterit quoties reum non præsentauerit: etenim si Iudex mandaret familiam ad reum sub fideiussione constitutum capiendum, si aufugerit, non poterit fideiussor ea pœna mulctari Bertaz. *conf. crimi. 416. nu. 13. Et conf. 417. nu. 22. Et seq. lib. 2.* † nō enim dicitur contrauenire, qui ex superuenienti, & noua inopinataque causa superuenit arg. *l. cum queritur 12. cum 2. seq. D. de excep. rei iudi. Vulpel. conf. 53. nu. 3.* & Iudex videtur recessisse à custodia illa fideiussonis sub qua detinebatur reus eo ipso quod satellites misserit ad eum capiendum. † Et reperio pro hac sententia in istis terminis super facti contingentia scripsisse magni nominis virū I.C. Thomam Parafaccum iam de annis 1616. & 1617. Vicarium Prætorium in hac Ciuitate Cremonæ Patruū præclarí toto æuo I.C. D. Ioannis Baptistæ Parafacchi Pontremulensis, cuius doctrina eum ex Primarijs Mediolani Aduocatis constituit, dexteritasq; in negotijs pertractādis eum Romam missum ab Excellentissimo nostre Gubernatore ad arduas res expediēdas fecit. † Et Senatus noster Mediolanensis in hanc viſus fuit inclinare sententiam, aut saltem respectu cōdemnationis sequutæ quæ inter alia ex hoc capite etiā impugnabatur, sic declarauit rescripto ad Prætorem Pontremuli sub die 17. Octob. 1618. cuius vt tota res intelligatur hæc sunt verba.

Phi-

Philippus III. Hispaniarum &c. Rex, Mediolani Dux II.

Dilecte noster. Proposito corā Senatu nostro Statu processus istic firmati ex causa excessus sequuti ultima die Augusti 1617. in foro inter Sinibaldum, & Stephanum de Gabrielis, ac Horatium eorum patrem, ac alios eius adh̄arentes parte una, & Ioannem Ludouicum Maraffum, & alios ei adh̄arentes parte altera, & condemnationis postea sequente mense Octobris subsequentis contra predictos Horatium, & Stephanum in panam scutorum quatuor mille eo quod praecepto eis factio de se continendo domi non paruerint, ad quam condemnationem deuenit Locumtenens uester vobis absentibus. Relatis etiam his que idem Locumtenens accessus dicere qua ratione putaret ipsam condemnationem, seu cōdemnationes quas Gabrieli iniquas, & iniustas esse, & propterea circumscribi, & annullari debere contendebant, sustineri posse, & defendi à vitio iniustitia in scriptis respondit, & auditis super ipsa circumscriptione omnibus Fiscalibus nostris, qui re tota in suo Collegio proposita, & diligenter considerata votum suum protulerunt in scriptis, & omnium hinc inde adductorum habita matura consideratione. Censuit Senatus ipsas condemnationes sustineri non posse ratione nullitatis qua laborant, atque adeo illas uti nullas, & inutiladas circunscribendas esse, saluis in reliquis iuribus Fisci nostri, & reseruato iure ipsis de Gabrielis agendi contra ipsum Locumtenentem ad expensas, & damna, si & prout iuris fuerit. Quam sentētiā nos quoq; probantes idem decernimus, & ordinamus, mandantes vobis, ut prouideatis ne dicti Horatius, & Stephanus ob eas cōdemnationes ulciri molestentur.

- 25 Libet hic animaduertere quod si praeceptum alicui factū fuerit ne à propria domo recedat, vel si foris sit, vt in eam se recipiat sufficiet quod domi habitationis fuerit intimatum, licet non personaliter, † vt ad euitandas fraudes decisum fuit per Senatum die 4. Ianuarij 1594. quod rescriptum nō transcribo cum sit ex impressis per Garonum pag. 166. † Illud solum notatum velim quod si fuerit factum praeceptum alicui ne à Ciuitate discederet liceat absque aliqua pœna, nihilominus
- 26
- 27

De carcer. è car. fug. Cap. i 8. §. III. 201

ominus casu incbedientiæ aliqua veniret pœna mulctandus;
 † & reperio apud Supremum Italæ Consilium diu super hoc
 disputatum fuisse , an scilicet veniret aliqua pœna mulctan-
 dus Didacus de Berbegal in hoc Mediolani Dominio vulgo
Vchedor General, cui cum factum esset præceptum ab Excel-
 lentissimis Comestabili Castellæ, & Comite de Fuentes Gu-
 bernatoribus, vt à Mediolano non discederet donec expedi-
 uisset recapita apud eius Officium existētia per hæredes Fer-
 rantis Cignardi petita, ipse eis non traditis , nec expeditis re-
 cessit, & in Regiam se contulit. Afferébat pro se in præcepto
 ei intimato nullam contineri pœnam, quo casu non posse ad
 eam procedi videtur de mente Castræ. *in l. unica §. is vide-
 tur nu. 5. D. si quis iudicen. non ob tempe. imò & iam transiuf-
 fe annum à die præcepti ad diem quo ad mulctam condem-
 nari petebatur, quo termino elapso non est locus pœnæ iuxta
 tex. exprefsum *in d.l. unica §. fin.* Proposita causa in dicto Con-
 silio conclusum fuit die 27. Augusti 1603. condemnandum
 esse in aliquam pœnam arbitrariam propter inobedientiam,
 & spretum Principis mandatum , & attentis nonnullis ratio-
 nibus pro dicta pœna minoranda dictum fuit satis esse si iu-
 beatur exulare à Curia Regia per annum, saluis iuribus hære-
 dum Thesaurarij Cignardi pro consequēdo interesse si quod
 prætenderent in Iudicio ciuili. † Attamen Dominus Iacobus
 Maynoldus nobilis Cremonensis tunc Regens in dicto Su-
 premo Consilio fuit voti quod hæc causa remitteretur Me-
 diolanum tam respectu iudicij ciuilis quo ad partis interesse,
 quam iudicij pœnalis ratione inobedientiæ, & quod præfatus
 Didacus deberet præstare fideiuſſionem de ſiftendo iuri in
 Ciuitate Mediolani infra ſex menses. † Hic fuit magnus ille
 I. C. Iacobus Maynoldus dignissimus poſtea Senatus Excel-
 lentissimi Præſes, autor libri quem inscripsit de titulis Re-
 gijs, cuius meminit Campus *in histor. Cremonæ.* Philippo III.
 Hispaniarum Regi ob præclaras illius dotes adeo charus , vt
 eius memoriæ non ſolum ære Regio incidi lapidem Sepul-
 chalem, verum & quotidianum Missæ Sacrificium pro eius
 anima celebrādum iuſſerit. Nouum ſanè honoris genus quo*

Cc

tantus

28

29

30

tantus Rex tam virum etiam post mortem decorare voluit, apud cuius Bibliothecam (quæ conseruatur, & augetur per præclarum I. C. Ioannem Baptistam Maynoldum nobilem. Cremonensem eius ex fratre nepotem maiorum suorum gloriam tum præclaris ingenij dotibus, tum & litterarum splendore augentem) hæc monumenta reperi.

- 31 Sed an fideiussor teneatur casu quo reus negligētia custodum ex strictiori carcere de quo fugam non arrepturum fideiussorat, in latiorem fuerit repositus dubitari potest. Communis est opinio fideiussorem teneri Riminal. *conf. 135. vol. 1. Cæpola conf. crimi. 25.* promittendo enim de tutò carcere censetur etiam promississe de fideli custodia custodis, † cum non possit dici locus tutus vbi adest dolus, vel lata culpa, & sic tenetur tanquam custos Afflict. *decis. 130. nu. 2. vers. contra-rium* † olim enim rei fideiussoribus committi solebant, vt in *l. 1. D. de custo. 55 exhi. reo. l. 3. S. si qui autem 7. D. de bon. eor. qui ante sent.* † Et in hanc sententiam iuit Senatus noster in hac facti specie: Fideiussorat nobilis Guilielmus Sylua Oppidi Domus ossulæ pro Tribuno militum Ioanne Marino Vallis Antigorij in fortijs Capitanei Iustitiæ Mediolani detento, & quod magis est fideiussio erat super eo quod dictus Tribunus non erat fugam arrepturus è carcere appellato la Cinta vbi detinebatur sub pœna scutorum tercentum. Custos, seu Commentariensis eum in latiorem carcerem propria authōritate posuit à quo fugam arripuit. Fideiussor constanter asse-rebat se solum fideiussisse pro eo quod non erat fugam arrepturus à carcere appellato la Cinta in specie, non vero de latiori aut alio carcere vbi se inscio fuit immisus. † Res agitata apud Senatum fuit Prætori dictæ Vallis Antigorij rescriptum in hunc modum. *Propositis coram Senatu nostro tum actu extenso fideiussionis prestita per Guilielmum Siluam insumma aureorum tercentum pro Tribuno militum Ioāne Marino qui è carceribus ausigit, tum clausula illa, & extendatur &c. posita in eodem actu fideiussionis, quam pariter pro exequitione litterarum nostrarum ad nos extensam transmisstis, ut vide-remus an quid in casu innouationis, vel culpa custodum carce-rum*

De carcer. è car. fug. Cap. i 8. §. III. 203

rum in specie conuentum esset, nec non relatio itidem in actu fideiussionis prestata initio officij ab eisdem carcerum custodi- bus, quam ab Egregio Capitaneo Iustitia haberi iussimus, & super his omnibus, ac super precibus eiusdem fideiussoris au- dito Fisco nostro itum est in sententiam, ut non obstantibus à di- cto Silua deductis ad ulteriora contra eum procedatur, salvo eidem fideiussori iure contra Commentariensem pro ut iuris fuerit, quod vos monemus, ut ita exequamini Mediolani die 27. Nouembris 1647. & vi huius rescripti præuijs opportu- nis peremptorijs die 7. Augusti anni sequentijs dum Prætor illius Vallis essem (de quo glorior) dictum Siluam in dictam pœnam condemnaui.

Si vero sub præcepto, vel fideiussione detentus ad Princi- pem confugerit non dicitur præceptum transgressum fuisse, nec fideiussorem ad pœnam teneri Franciscus Herculanus tract. de cautio. de non offend. cap. 50. nu. 21. Carrer. in practi. crimi. 2. tract. de indi. §. tertium est indicium num. 38. optimè declarat Bossius de carcer. fideiuss. commit. à nu. 45. & nos su- pra cap. 2. à nu. 14. Stephanus Garon. ad Constat. Mediolani tit. de pœnis art. 113. num. 3. Azeuedo in l. 7. tit. 26. lib. 8. recop. nu. 3. Paul. Grilan. tract. de fuga in carce. num. 20. Valenzuela conf. 50. num. 20. † latè Marius Giurba conf. crimi. 66. num. 3. vbi exactæ à fideiussoribus pecuniæ in hoc casu per quandam Baronissam fuerunt eis de Regij Consilij sententia restitutæ, dummodo aliqua iusta causa interueniat, † nam cum ille re- cursus habeat vicem appellationis cap. cum olim de dolb., & contuma. cap. audita de restit. spolia. l. sed et si 26. §. fin. D. ex quib. caus. maio. Giur. vbi supra nu. 6. dixi d. cap. 2. num. 16. & appellatio, vt valeat debeat esse iusta præcedente causa, vel aliquo interueniente grauamine, si arreptio illa itineris non fouet iustum causam, neque vim appellationis habebit Osaf. decis. 7. nu. 5. Ruginel. de appella. in prefat. num. 45. † Si vero nulla præcedat iusta causa (quæ relinquenda arbitrio Princi- pis ad quem confugit) tunc punitur non quidem pœna effra- ēti carceris, si è carcere aufugit, neque pœna præcepti vel fi- deiussionis, si sub præcepto, vel fideiussione est constitutus,

Cc 2 sed

36

37

38

39

sed alia mitiori Cabal. resol. crimi. casu. 42. nu. 5. Guazz. de de-
fens. reo. defens. 5. cap. 4. nu. 13. Caccialup. de debito. suspect. 5
40 fugi. quæst. 1. n. 3. † Reperio Senatum Mediolanensem relata
causa Antonelli Sacci, qui aufugit è carceribus Valentiae in
quibus sub fideiussione sub poena aureorum quatuorcentum
de fuga non facienda reperiebatur, & Mediolanum se con-
tulerat pro euitanda Iudicis fæuitia, vt dicebat, & pro prouis-
sione à Senatu obtinenda contendens eius fideiussorem non
posse in poenam condemnari, venisse in sententiam die 30.
Maij 1596. eum in totum non excusandum, sed debere sol-
uere aureos quinquaginta Cameræ feudali (quia Valentia est
feudum) & teneri se constituere in carceribus è quibus aufu-
gerat.

DE INVSTE CARCERATO FVGIENTE,
de eo qui in breui reuertitur, de conspirante ad fugam
& de poena Commentariensis ob carceratorum
fugam remissiuè:

§. IV.

S V M M A R I V M.

- 1 *Effractor carceris si iniuste detinebatur non potest puniri.*
- 2 *Nec in foro conscientia.*
- 3 *Imò si aliter euadere nequit potest custodes occidere.*
- 4 *Mulier potest impunè euadere causa vitanda libidinis.*
- 5 *Requiritur primo quod non sit iuste captus.*
- 6 *Nam iniuste captus, & innocens Iudicem occidere poterit.*
- 7 *Index non est qui iniuste administrat.*
- 8 *Carcer ubi Scholares mancipantur Salmantica est eccl-
esiasticus.*
- 9 *Secundo requiritur quod aliter euadere non possit.*
- 10 *Eximens aliquem è carceribus tenetur pena arbitraria
Iudici.*
- 11 *Qui opem fert existentibus in triremibus ut fugiant, cōdem-
natur ad furcam.*

12 Si

De carcer. è car. fug. Cap. 18. §. IV. 205

- 12 Si exemptus est iniustè detentus non tenetur aliqua pena.
13 Resellitur Facheinus.
14 Neque tenetur fideiussor iniustè detenti.
15 Neque iuramentum praestitum de redeundo iniustè detentus tenebitur seruare.
16 Si adest periculum mortis.
17 In breui sponte reuersus non est fugitiuus.
18 Idem de arrestato, seu sub fideiussoribus constituto.
19 Similes fideiussiones prstantur, vt Fisco cauitum sit.
20 Pratoria stipulationis pena non exigitur nisi Fisci intersit.
21 In breui rediens non punitur siue animoreuertendi fugerit,
siue non.
22 Explicatur l. quis sit fugitiuus 17. §. apud Labeonem D. do
adil. edict.
23 Exponitur §. 1. eiusdem legis.
24 Conspiratione præcedente carceres frangens puniebatur pa-
na capitali.
25 Intelligitur l. 1. D. de effract.
26 Hodie est pena arbitraria.
27 Nec obstat decisio Sanfelicis.
28 Nec Senatus nostri.
29 Si euaserit negligentia Custodis mitius punitur.
30 Quid disponant Constitutiones Mediolani.
31 De pena Commentariensis ob fugam carcerorum re-
missiue.



I iniustè carceratus detinetur poterit impunè,
& carceres frangere, & fugere Bart. in l. vis
eius C. de probat. Neuiz. conf. 61. num. 37. Me-
noch. de arbitr. casu 301. nu. 14. lib. 2. § de
presumpt. lib. 1. quæst. 89. Bossius tit. de carcere
nu. 5. § de carcer. fideiuss. commit. num. 48. alijque innumeri
adducti à Farina. d. quæst. 30. nu. 120. & hinc videmus motum
fuisse Magistratum Philippensem, vt animaduertit Iacobus
Bouricius in Enchiridio defensionum prolego. 3. qui Paulum
Apostolum, & Silam Romanos iniustè in carcerem detrusos
dimitti

I

dimitti iubebat, & exire recusantes ipse met deprecatus est,
 2 vt exirent, vt refert D. Lucas cap. 16. Actu. Apost. † adeo vt nec
 teneatur in foro conscientiae Couar. lib. 1. vari. cap. 2. nu. 12.
 3 † imò casu quo aliter euadere nō possit licitum esse custodes
 occidere videtur posse probari ex l. nihil interest 26. ibi nihil
 interest quomodo captiuus reuersus est, an vi, vel fallacia D. de
 capt. Et postl. reuer. l. 1. in princ. ibi, nam ignoscendum ei qui sā-
 guinem suum qualiter redemptum voluit D. de bon. eor. qui
 ante senten. Lucas de Penna in l. prohibitum num. 11. vers. sed
 pone C. de iur. Fis. lib. 10. Menoch. Boer. Couar. & alij supra
 laudati Stephanus Garonus ad Constat. Mediolani tit. de penit.
 4 art. 113. nu. 3. † (& mulierem posse impunè è carcere fugere
 libidinis vitandæ causa tenet Bald. in l. 1. nu. 11. vers. sed pone
 C. de adil. actio. Menoch. de arbitr. casu 301. num. 18. Farina.
 d. quast. 30. nu. 190. Gaspar Baetius de inope debit. cap. 15. nu.
 5 26.) † Duo autem vt hæc fuga licita sit necessaria sunt. Pri-
 mum vt neque iuxta actitata iustè captus dici possit, quando-
 que enim, & innocens quo ad Iudicem iustè captus, & con-
 demnatus dici potest. † Si vero nec quo ad Iudicem iustè ca-
 tus dici potest, nihil mirum quod possit custodes, imò & Iu-
 dicem occidere, quia tunc non Iudex, sed priuatus hostili mo-
 do procedere dicitur, cui licitum est de facto se opponere,
 sentiunt ita Asinius in praxi §. 31. cap. 2. in 1. limit. principa.
 Lancellot. de attentia. cap. 17. nu. 50. Seraphi. de priuile. iura.
 priuil. 132. nu. 37. Clarus in §. homicidium-vers. præterea: tan-
 diu enim, vt inquit Cassiodo. lib. 3. vari epist. 27. Iudex dicitur
 quandiu, Et iustus putatur, quia nomen quod ab equitate su-
 mitur, per superbiam non tenetur. † Iustus autem est qui iusti-
 tiam administrat, alias Iudex non est, sed priuatus l. 3. D. de
 offi. Praef. l. fin. D. de iurisd. can. iustum 23. quast. 2. cap. quorun-
 dam de excess. Pralat. cap. cum aterni iunc. glos. ver. Iudex de-
 re iudic. in 6. Amaya in com. ad l. 5. nu. 5. 10. Et 11. C. de iur.
 Fisc. lib. 10. vbi latè probat posse resisti officiali qui aliquem
 absque licentia Iudicis capit, & latissimè num. 23. responder
 argumento quo quo ad custodes quibus nō incumbit causæ
 examen efformari potest, & nu. 26. pulchram facti speciem
 Sal-

De carcer. è car. fug. Cap. 18. §. IV. 207

Salmanticæ affert circa carcerum ecclesiasticorum, † quales sunt illi quibus Scholares ibi mancipantur, effractionem, & an effraetores in excōmunicationem Bullæ in Cœna Domini inciderint, disputat.

Requiritur insuper quod aliter euadere non possit etenim si via iuris, vel etiam facti alio modo potest periculum euadere tenetur id facere, alias venit puniendus si non ordinaria, saltem extraordinaria pœna Anto. Gomez. lib. 3. vari. cap. 3. nu. 24. Menoch. de arbitr. casu 278. Clarus in d. §. homicidium vers. scia stamen, & ita distinguit Farina. d. quest. 30. nu. 131. ubi nu. 135. lato calamo tradit quomodo dicatur quis iniustè detentus, & carcer iniustus. † Et licet eximens aliquem è carceribus teneatur pœna arbitraria Iudici, vt per Farina. d. quest. 30. nu. 92. ubi nu. 97. etiam de auxiliatoribus, & instigatoribus, licet contrarium teneat Fachine. lib. 9. contro. cap. 69. † licet vt vult Caballi. resol. crimi. casu 8. nu. 19. potest condemnari in pœnam furcarum, vel triremium is qui operatur existentibus in triremibus, vt inde aufugiant accommodando eis limas, malleos, scalpra, & alia instrumenta ferrea ad præcidendum cōpedes, seu catenas quibus detinentur. † Tamen secus est ubi exceptus esset iniustè detentus l. 1. s. Offilius cum 2. ll. seq. D. ne quis eum qui in ius voca. & multis probat Lucas de Pēna in l. quoties nu. 1. in fine C. de exacto. trib. lib. 1. o. Bossius de captura nu. 4. † licet contrarium doceat Fachine. d. lib. 9. cap. 70. distinguens inter eum qui effracto carcere, & eum qui non effracto se exemit; etenim licet videatur obstat re tex. in d. l. in eos 13. dum inquit esse puniendos etiam si innocentes sint: tamen intelligendus est de innocentie iustè carcerato, vt ipsem Fachine. cap. sequenti sentire videtur, nos autem loquebamur de innocentie etiam iniustè carcerato. † Neque tenetur fideiussor iniustè detenti Farina. d. quest. 30. nu. 61. Lucas de Penna in l. si quis nu. 6. C. de decur. lib. 10. quia fideiussoria obligatio est accessoria principali, vt optimè animaduertit Fachine. d. lib. 9. cap. 68. † Et licet quis cum iuramento promiserit è carceribus non recedere, vel ad carceres redire, non tenebitur iuramentū seruare si iniustè captus est

- est glof. in *Clement.pastoralis* §. notorio vers. per violentiam
dere iudi. Boer. decif. 215. nu. 30. Couar. d. cap. 2. nu. 7. vers. cō-
trariam sententiam Dueñas reg. 393. sub. 4. ampli. Seraphin.
d. priui. 132. nu. 1. Brun. à Sole quasi. 30. nu. 31. Altusius in
 16 sua *Dicæolo.lib.1.cap.132.num.23.* † quod intellige quando
adest periculum mortis, ex mente d. glof. in *Clement.pastora-
lis ver.violentiam*, & tenent supra adducti Doctores, & ego
libenter adderem, dummodo quando iuramentum præsticit
crederet se quo ad Iudicem iustè detentum, & postea intel-
lexerit etiam quo ad eum iniustè captum.
- 17 Quæ autem diximus de carcerato cum fractura è carceri-
bus fugam arripiente non sunt intelligenda de eo qui in bre-
ui sponte reuersus est: nam iste non est fugitiuus, vt supra
cap. 2. à nu. 11. § 13. probauimus, nec tanquam effractor est
puniendus, cum per reuersionem in breui factam omnis fu-
gæ suspicio tollatur. Corras. in *l. admonendi* nu. 81. D. de iur.
iur. Meno. de *præsump.lib.1.præsump.89.nu.44.* Paris de Pu-
reco tract. de *findi.verb.fuga officialis* cap. 20. num. 2. vers. vel
quando recessisse Jacob. de S. Gior. in *l. 1.nu.10.* C. de ser. fugi.
Tiraquel. ad *l. si unquam nis. 179.* C. de reuocan. donat. The-
sauf. decif. 77. Gratia. discept. 192. nu. 20. tom. 1. Boer. d. decif.
215. nu. 17. § 18. Clarus quasi. 21. vers. tertio modo in fine
Stephanus Garonus ad *Constit. Mediol.* tit. de *panis* art. 113.
nu. 3. Cepola in *l. quis sit fugitiuus* §. si quis talis in 7. nota. D.
 18 de *adil. edic. latè Farina. d. quasi. 30.nu.87. § 148.* † Vbi nu.
149. idem probat de arrestato, seu sub præcepto, vel fideiūs-
foribus constituto Roma. conf. 193. in fine Roderi Suarez in
tract. de fideiūs. in causa crimi. nu. 32. in fine Hercula. tract. de
 19 cautio. de non offend. cap. 50. nu. 17. † Et posset esse ratio quia
similes fideiūsiones nō alia de causa præstantur, nisi vt Fisco
cautum sit de persona carcerati Roma. d. conf. 193. post nu. 1.
 20 Si reuersus est nulla amplior cautio desiderari paret, † tamen
etiam quia in prætorijs stipulationibus, pro vt est hæc de qua
agitur, poena conuentionalis exigi non potest nisi intersit Fi-
isci Bart. in *l. 2.nu.14.D. si quis in ius voca. Alexa. in l. 2. §. fin.
colu. 2. vers. limita primo, & ibi Iason colum. 5. vers. tertio. It-
mita*

De carcer. è car. fug. Cap. 18. §. IV. 209

mīta D. de verbo oblig. Ofascus decis. 70. nu. 14. † Quod diximus de in breui reuertente, indistincte probandum siue quis fugerit animo reuertendi, siue non, dummodo reuertatur: nam vt ex nostra l. *fugitiūs*. 225. constat & nos probauimus latè supra cap. 8. factum, & animus requiritur, vt quis fugitiūs dicatur, & licet hoc in casu animus insit, & factum non deesse videatur supposito quod aufugérat: tamen cum in breui reuersus est, factum illud non factum videtur, seu pro infecto habetur: † Nec obstant tradita à Farinacio nu. 88. nam tex. in §. apud Labeonem l. *quis sit fugitiūs* 17: D. de adil. edic. id non probat, nec Clarus ita explicandus quia est intelligendus de eo qui sero redijt. † Minus facit quod in d. *l. quis sit* 17. §. 1. dicitur videlicet esse fugitiūm qui ea mente discedit ne ad dominum reuertatur, licet mutato cōsilio reuersus fuerit: nemo enim tali peccato, inquit, pœnitentia sua nocens esse desinit: etenim respondendum est relicto Natta *conf. 407.* nu. 11. volu. 2. distinguente inter seruum qui fugit, & hominem liberum operas suas locantem qui abscessit, dicerendum, inquam, Celiū loqui de eo qui sero redijt, nos de eo qui in breui reuersus est, & confirmat Gothofr. dum in d. §. 1. notat sic. *Sera pœnitentia hic nō prodest, ut nec in furto, rapina, apostasia, & sic intelligendus tex. in l. ea mente. 65. D. de furt. videnda quæ diximus cap. 2. num. 10.*

Item animaduertendum eum qui conspiratione facta carceres fregit subijci olim pœna capitali, vt per Menoch: Claram, Mascardum, & alios immumeros tradit Farina. *d. quās. 30.* nu. 166. † quod habet locum etiamsi absque fractura carcerū vna cū cæteris qui in eadem custodia sunt, euaserit, iuxta tex. sic intelligēdum in l. 1. ibi: *Saturninus etiam probat eos qui de carcere eruperunt, siue effractis foribus, siue conspiratione cum cæteris qui in eadem custodia erant capite puniendos D. de effract.* Et sic non intelligenda illa disiunctiua, siue quasi coniunctiua, vt voluit Farina. *vbi proximè nu. 168.* æquiparantur enim fractio carceris fuga sequuta, & cōspiratio; erat autem pœna capitalis propter carceris publici reuerentiam *vt sup. §. 2. nu. 19. notauimus*, † hodie arbitrio Iudicis hæc omnia re-

- linquuntur, qui cōsiderare maximē debet delicta ob quae carcerati detenti sunt. † Et licet Sanfelicius *decis. 47. nu. 3.* affe-
 27 rat de anno 1586. fuisse laqueo suspensos octo inquisitos de tentata fuga, & fractura cancellæ cum conspiratione quam-
 uis non euaserint: tamen hoc intelligendum est ratione deli-
 28 cti, ob quod incarcерati erant. † Nec obstat etiam quod inue-
 nerim Senatum nostrum Mediolanensem die 14. Ianuarij
 1603. censuisse Herculem Bottam, Marcum Antonium Po-
 linum Ferrarenses reos confessos de conspiratione, & tracta-
 ctu factis de eripiendo Marcum Antonium Mantigatiam
 detentum in carceribus D. Capitanei Iustitiæ Mediolani pro delictis capitalibus esse denūtiata morte torquendos adhibi-
 to taxillo super complicibus, & postmodum furcis suspēden-
 dos: etenim ut ex processu, quem vidi, apparet ibi constabat
 29 etia de quadam robaria. † Si autem negligentia custodis euas-
 erit quis carcerem tunc mitius punitur, ut docetur *in d. l. 1.*
 30 *D. de effracto. Farina. d. q. 30. nu. 159. & seq.* † Constitutiones huius Dominij Mediolani *tit. de panis §. faciens* disponunt quod faciens ut quis euadat è carceribus puniatur ea poena, qua carceratus puniendus erat si pro delicto pro quo erat imputatus condemnandus esset. Si vero aliquid fecerit propter quod ipse euadat punitur poenis à iure communi statutis. Su-
 per qua vltra à nobis tradita videndus Garonus in comment.
 ad ipsam.
- 31 Supererat nunc agere de poena Custodis, seu Commenta-
 riensis ob carceratorum fugam, quam quæstionem lato cala-
 mo pertractauit Farina. *de carce. et carc. q. 31. per totam Sanfe-*
licius decis. 46. vbi in specie de carcerato tradito custodiæ Locumtenentis Castellani Castris Noui Ciuitatis Neapolis, & videnda *l. s. C. Theodos. de custo. reo. Petr. Pecki. de iure siften.*
cap. 27.

DE EXIMENTÈ ALIQVEM E MANIBVS
familiae, & an fideiussor de eo constituendo illo exemp-
pto, vel carcerato dicatur liberatus, deque eximente
captum ob debitum ciuale. Pauca de fugiente è carceri-
bus in Ecclesiam se recipiente.

§. V.

S V M M A R I V M.

- 1 *Detenti à familia dicuntur capti.*
- 2 *Idem est eximere aliquem è carceribus, vel è manibus fa-
miliae.*
- 3 *Carceratus dicitur qui est sub custodia.*
- 4 *Communiter dicitur teneri crimen Laſa Maiestatis.*
- 5 *Etiam si hoc non fiat animo offendendi Principem.*
- 6 *Decisio Senatus.*
- 7 *Alia Senatus decisio.*
- 8 *Refellitur communis opinio.*
- 9 *Absurdum quod ex ea sequeretur.*
- 10 *Aliud absurdum.*
- 11 *Reiçitur alia decisio Senatus Neapolitani.*
- 12 *Nullus Index in ea interuenire voluit.*
- 13 *Querelatus de ea fuit Prorex.*
- 14 *Respondetur l. q. D. ad l. Iuli. Maies.*
- 15 *Incidit in crimen Laſa Maiestatis si exemptus erat pro eo
captus.*
- 16 *Defenditur Decianus.*
- 17 *In quo casu habeat locum communis opinio.*
- 18 *Capti plerunq; eximuntur propter amicitiam, vel consan-
guinitatem, & tunc pena est arbitraria.*
- 19 *Excipitur qui affectione ductus hoc fecerit.*
- 20 *Mulieres eximentes industria viros è carceribus.*
- 21 *Et etiam è manibus familiae, & de hoc celebris Senatus
decisio.*

- 22 Doctores qui huius Senatus decisionis meminerunt.
- 23 Pater eximens filium, vel è contra excusatur.
- 24 Manlius exemit captum ob debita.
- 25 Pana extraordinaria punitur eximens.
- 26 Repetitur deciso Senatus.
- 27 Mirus amor coniugalis.
- 28 An sit maior peterno.
- 29 Michol Dauidem liberauit.
- 30 Abigail virum suum.
- 31 Chilonis Theopompum.
- 32 Viri liberati industria uxorum.
- 33 Amor est species furoris.
- 34 Mente turbat.
- 35 Sicut vinum inebriat.
- 36 Nihil evehementius.
- 37 Excusatur mulier receptans res furatas ab amasio.
- 38 Excusatur frangens amoris causa exiliij fines.
- 39 Obediens Superiori culpa carere dicitur.
- 40 Injustitia videbatur delusa à muliere.
- 41 Similis alteri Areopagi decisioni,
- 42 Eximens se ipsum absque armis in nihilo punitur.
- 43 Deciso Senatus.
- 44 Laudantur Cremona, &c.
- 45 Excellentissimus Marchio de Carazena.
- 46 Illustrissimus Ioannes Baptista Bonetus Regius Senator,
& eius filius.
- 47 Fideiussor an dicatur liberatus si reus est carceratus.
- 48 Distinguitur an pro eodem, vel diuerso delicto fuerit carceratus
- 49 Quid si ausfugit è manibus familia.
- 50 Nouatio non inducitur nisi expresse.
- 51 Reus dicitur commissus custodia fideiussoris.
- 52 Eo capio tenetur custodia familie.
- 53 Commodatarius tenetur de custodia rei commodata donec
panes ipsum reperitur, secus si eam tradidit nuncio com-
modantis.

54 Te-

De carcer. è car. fug. Cap. 18. §. V. 213

- 54 Tenetur custodia familia etiam si fideiussor se obligauerit toties quoties.
- 55 Clausula illa quomodo intelligatur.
- 56 Opinio contraria est nimis rigorosa.
- 57 Precipue si reo capto fideiussor compareat, & liberari se petat.
- 58 Senatus decisio.
- 59 Sequuta bonorum descriptione, & accedente familia ad reum capiendum videtur à via ordinaria citandi fideiussorem recessisse.
- 60 Iudicium authoris.
- 61 Alia Senatus decisio.
- 62 Qua pana teneatur eximens captum pro debito ciuili.
- 63 Decisio Regia Audientia Apuliae.
- 64 Tenetur respondere creditori.
- 65 Tenetur, & criminaliter, & ciuiliter.
- 66 Et eximens e manibus familia ciuiliter etiam si posita ad carceres ducatur.
- 67 Et in multam pecuniariam.
- 68 Fugiens è carceribus ad Ecclesiam gaudet immunitate.
- 69 Idem de eximente se è manibus familia.
- 70 Praecepse fenesira supra Cemeterium in aere captus gaudet immunitate.
- 71 Extractus ab Ecclesia è carceribus fugiens, ad eā rediens, & extra illam captus non gaudet immunitate.



Via etiam dicuntur esse in vinculis, vel custodia ij qui in manibus satellitum capti inueniuntur iuxta l. 1. iunc. l. in eos 13. C. de custod. reo. Cabal. resol. crimi casu 8. num. 1. Farina. quæst. 32. num. 2. † imò paria sint eximere aliquem è carceribus, & è manibus familiæ, vt ait Barto. in l. cuiusque D. ad l. Iuli. Maiest. lafon in §. panales nu. 106. l. de actio. † & carceratus dicatur qui est sub custodia l. solutū 48. D. de verb. signif. Fulgos. conf. 176. nu. 5. Surdus de aliment. tit. 9. quæst. 17. nu. 10. hinc de eximente aliquem è manibus familiæ

1

2

3

4 miliæ agendum hic est, præcipuè cum non minus fugiat qui
 est exemptus quam qui est carceratus. † Communis opinio
 obtinuit eum crimine Læsæ Maiestatis teneri ex l. 4. ibi. Item
qui confessum in iudicio reum, & propter hoc in vincula conie-
 etum emiserit D. ad l. Iuli. Maies. & ibi Bart. Lucas de Penna
 in l. quoties nu. 5. C. de exactio. tribut. lib. 10. Placha in epito. de-
 licet. lib. 1. cap. 38. nu. 7. Clarus §. fin. quæst. 68. vers. eximens de
 manu iustitia. Bossius tit. de captura nu. 16. & de crimi. Læsa
 Maiestatis nu. 61. & alij congesti per Farina. de carcer. & car-
 cer. quæst. 32. per totam Thomingi. decis. 15. n. 3. Tiber. Decia.
 tom. 2. lib. 7. cap. 11. Antonius Gomez. lib. 3. vari. cap. 2. nu. 7.
 præcipuè si iam sit confessus, conuictus, vel condemnatus,
 5 † quod habere locum etiamsi detenus crimen Læsæ Maiestati-
 sis non commiserit, vel eripiens non id faciat, ut imperium,
 & iurisdictionem Principis sibi vindicet probat multis Gigas
de crimi. Læsa Maiestatis lib. 1. iii. qualiter, & à quibus quæst.
 58. per totam, & plura etiam super hac quæstione congerit
 6 Bajar. ad Clarum d. quæst. 68. † imò, vt ipsemet Clarus ibi re-
 fert, ex ordine Senatus nostri Mediolanensis 11. Februarij
 1552. fuit laqueo suspensus quidam Baptista Zacagnus, qui
 quendam è manibus familiæ Prætoris Mediolani exemerat,
 7 † & 28. Ianuarij 1554. alij quatuor, qui exemerant quosdam
 fraudatores cum inuentione è manibus Capitanei Glare Ab-
 duce, pariter fuerunt furcis suspensi.

8 Sed supradicta opinio sustineri nequit nisi dicamus cum
 Bossio *de crimi. Læsa Maiest. num. 62.* dici quem incidisse in
 poenam quæ pro crimine Læsæ Maiestatis imposita est, licet
 non inciderit in illud crimen: potest enim quis multari ea
 poena, licet simile delictum non commiserit: etenim vt su-
 pra probauimus non incidit in crimen Læsæ Maiestatis, qui
 aliquem è carceribus exemit, sed tantum olim capitali poena,
 hodie arbitraria punitur, vt diximus, & tamen maius delictū
 videtur eximere aliquem è carceribus cum publici, sancti,
 usui, bonoq; publico destinati sint, quam è manibus familiæ,
 9 † imò non minimum sequeretur absurdum incidere scilicet
in crimen Læsæ Maiestatis qui eximeret è manibus familiæ
captum

captum ob ludum, vel aliud simile delictum, † imò & captū 10
 pro debito ciuili, de quo licet Carauit. *super ritu 160. num. 2.*
in fine, dicat quod in Ciuitate Neapoli fuerunt suspensi, & in
 frustra scissi quatuor qui exemerant è manu familiæ quēdam
 nobilem, qui ad carceres propter debita ducebatur: tamen de
 inualiditate, & iniustitia illius decisionis concludit ex multis
 Baiard. *ad Clarum vbi supra.* † Neque similiter facit ad rem
 quod tradit Franciscus Viuius *decis. 92. lib. 1.* scilicet anno
 1546. fuisse iugulatos tres ex quinq; iuuibus, qui nondum
 excedentes 16. annum exemissañt è manibus familiæ Ma- 11
 gnæ Curiæ Vicariæ quendam pauperem hominem captum,
 pro debito, quæ iugulatio fuit facta iussu Excellentissimi Do-
 mini Don Petri de Toledo tunc Proregis in Regno Neapolitanō
 per quoddam eius mancipium, & postmodum eorum
 cadauera posita in platea Castrī noui: † etenim vt ibidem nu- 12
 1. notat Viuius nullus ex Iudicib⁹ Magnæ Curiæ Vicariæ
 voluit interuenire in ea cōdemnatione, † imò vt notauit Al-
 phonsus de Vlloa *in vita Imperatoris Caroli Quinti lib. 4. fol.* 13
 210. extitit querimonia apud Cæsarem de ea sententia con-
 tra dictum Proregem, & de poena eximentis captum ob de-
 bitum ciuile dicemus *infra nu. 61.* † Nec tunc obstat *tex. in d.* 14
l. 4. D. ad l. Iuli. Maiest. dum ibi dicitur confessum in iudicio
 reum, & propter hoc illum eximentem incidere in poenam
 illius legis, quia verius est ibi loqui de confessio in eo genere
 delicti de quo ibi agitur scilicet Læſæ Maiestatis, vt optimè
 notauit Gothofr. *in eo tex. his verbis: puto legendum confessum*
in hoc iudicio reum, & propter hoc in vincula coniectum emi-
serit, ut Maiestatis teneatur qui confessum in hoc iudicio Mai-
estatis, & propter hoc in vincula coniectum emiserit, non qui
simpliciter in vincula coniectum. † Ex quibus colligitur inci- 15
 dere in crimen Læſæ Maiestatis eximentem è manibus fami-
 liæ quoties pro eo criminis esset captus, vel detentus, & vel
 esset conuictus, aut confessus, & in hanc sententiam inclina-
 re videtur Tiber. *Decia. tom. 2. lib. 7. cap. 11. nu. 12.* plura Nar-
 bona *in comment. ad lib. 4. noua Recopil. tit. 1. lege 20. glos. 7.* 16
nu. 69. † qui num. 74. inaniter conatur refellere Decianum
 vbi

- vbi supra quatenus afferit incidere in crimen Læsæ Maiestatis quoties ex exemptione sequeretur aliquod damnum Principi: nam inde eueniret quod eximentes captum ob debitum Fiscale inciderent in crimen Læsæ Maiestatis. † Crederem tamen dicti criminis poenam mereri quoties animo offendendi Principis Maiestatem hoc fieret, veluti causa usurpandi dominium, vel Iurisdictionē illius, veluti si seditiosi seu turbantes statum Republicæ, vel aduersus Principem conspirantes ē manibus familiæ Principis captum eximerent. † Sed quia frequentius capti eximuntur vel ob amicitiam, vel consanguinitatem capti, vel propter odium quo homines solent prosequi familiam, hinc de his solummodo à nobis actum fuit, & concludendum poena arbitraria teneri, & crederem esse posse eandem poenam, quam pati exemptus debebat, si cuti Constitutio nostra Mediolanensis sub tit. de panis §. prohibitum insinuare videtur.
- 19 Excipi tamen à prædicta pena debet is qui nimia affectione ductus captum eximeret veluti pater filium, vel filius patrem, vel vxor maritum, ut de eximente ē carceribus affirmat Farina. *de carcer. quest. 30. nu. 118.* Anto. Gomez. lib. 3. vari. cap. 1 o. *de capt. reor. nu. 12.* † qui id afferunt de mulieribus quæ mutatis vestibus industria, & calliditate maxima viros suos pro graubus delictis incarceratedos exemerunt, & extraxerunt ē carcere, & pulchros de hac re casus ultra omnes obseruat Bouadilla lib. 3. polit. cap. 15. nu. 130. † & de eximente ē manibus familiæ tradit Clarus *quest. 29. vers. quarto etiam,* vbi de quadam muliere nomine Alegra Piua quæ maritum capitaliter damnatum exemit ē manibus satellitum, & cum esset diu disputatum in Senatu an esset punienda, tandem 3. Julij 1563. non fuit nec definitiū absolute, nec condemnata, sed dictum eam nō esse molestandom donec aliud per Senatum ordinatum fuisset, † cuius decisionis meminit Farina. *d. quest. 32. nu. 79. Viui. decis. 92. nu. 5.* Thoming. *decis. 15. in notis marginalibus* vbi supradictum, mirabilem casum appellat, meminit etiam illius Senatus decisionis Stephanus Garon. *ad Constitutiones Mediolani tit. de Panis art. 112. n. 2.*

Nar-

De carcer. è car. fug. Cap. i 8. §. V. 217

Narbona *in comment. ad tertiam partem noua recopilationis lib. 4. tit. 1. lege 20. glof. 18. nu. 111.* Bouadilla *d. lib. 3. polit. cap. 15. nu. 131.* † Et Tiber. Decia. *tom. 2. lib. 7. cap. 11. n. 9.* patrem filium vel è contra eximentem excusat ob maximam affectionem, sicuti & Scipio Africanus ob in Patriam merita excusatus fuit licet L. Scipionem captum è manibus lictorum eripuisse, vt author est Plutar. *in eius vita*, † & M. Manlius exemptit quendam Centurionem militaribus factis nobilem, qui ob æs alienum ad vincula ducebatur, vt est apud Liuium lib. 6. de quo cap. 19. §. 1. num. † Et licet Farina. & Narbona *vbi supra* Bouadilla *d. cap. 15. nu. 130.* Gregor. Lopez. *in l. 5. tit. 15. glof. 2. par. 2.* Anto. Gomez. *lib. 3. var. cap. 9. nu. 12.* existiment à poena extraordinaria non liberari: † tamen rectius in supradicta specie Senatus noster Mediolanensis censuit eam mulierem non esse molestandam, maximè cum non vi armorum, sed vi potius amoris coiugali virum exemerit, † de quo cecinit Batillius *emble. 172.*

Mirus Amor, miri vis mira, & mirus Amoris

Sensus, miri oculi, miri in amore duces,

† & an paterno sit maior disputat Tiraquel. *ad l. 8. nu. 12. C. de reuoc. donat.* † Sicut & Michol Dauidem virum suum è morte à Saule ei indicta liberauit ipsius loco in lecto statuā operata vestimentis cum pelle pilosa caprarum ad caput eius supponens, vt refert lib. 1. *Regum c. 19.* † Et Abigail vxor Nabal eidem Dauidi irato, & ad exitium viri cum armatorum cohorte apropinquanti obuiam prodiens cum magnis muneribus facta est, & ex inimico amicum, ex hoste hospitem fecit 1. *Regum cap. 25.* † Tum & Chilonis vxor Theopompi, vt author est Polien. *lib. 8.* maritum suum captiuum ab Arcadiibus liberauit vestem suam marito tradens. † Sic etiam, & Minyæ Argonautarum progenies è carcere, & imminentí supplicio liberati sunt vxorum industria mutatis vestibus viros è custodia pro mulieribus emittentium Valer. Maxi. *lib. 4. cap. 6.* plura alia Bouadilla *vbi supra*, † etsi propter amorem illicitum excusat quis à poena, quia amor est species furoris *cap. cum in iuuentute de præsump.* Carot. *decis. 124. nu. 4.* Boer.

Ee decis.

- 34 *decis. 23.nu.75.* † & mentem nō tantum oppugnat, & turbat, verum & euertit, & expugnat Balthezar Castillo *in Aulico sub finem Cælius Rhodig. lib. 29. cap. 16.* Et *lib. 23. cap. 1. Perr. Lanzi. in theatro mundi circa finem Petr. Heigius quest. 38.*
- 35 *par. 2. nu. 68.* † & sicut vinum inebriat Palati. Rubios *in repetit. rubr. de donat. §. 28. nu. 6. ex Ecclesi. cap. 19.* exornat Anto. Gomez. *lib. 2. varia. cap. 14. nu. 28. ad finem,* † & nihil eo vehementius inuenitur auth. quib. mod. natu. effici. legit. §. illud colla. 6. Costa de scien. Et ignor. cent. 1. distinc. 7. in respon. n. 44. Bald. *in l. Et post D. de transac. Monal. conf. 92. num. 14. vol. 2.* Tiraquel. *de pœnis temper. causa 4. nu. 4.* Peguer. *decis. 7. nu. 18.* & ex alijs argumentis traditis à Ottero *questionum iur. par. 3. quest. 30. dessumptis à Menoch. de arbitr. iur. lib. 2. cent. 4. casu 328.* † Imò Clarus *quest. 60. vers. est* Et amor refert Cassaneum *ad Consuet. Burgun. rubr. 1. §. 5. nu. 13.* qui in facti contingentia asserit se vidisse excusari quandam mulierem, quæ propter amorem receptauerat res furatas ab amasio suo, & idem Clarus alias species proponit, † & præter omnes Marius Giurba *conf. crimi. 47.* vbi latè excusat quendam qui fregerat exilij fines, & venerat amore ductus ad locum à quo exulauerat, & ita per Senatum decisum asserit, & videndus Stephanus Garonus *super Constit. Mediolani tit. de pœnis præl. 4. art. 3.* licet Heigius *vbi supra nu. 70. arbitrio Iudicis id relinquat.* Si igitur hæc in illico, multo magis in coniugali obseruanda sunt, sicq; venit excusanda quæ ob hanc caufam maritum è manibus familiæ exemit, tum & ob debitam viro obedientiam excusanda venit: † etenim qui obediuit superiori, culpa carere videtur *l. is damnum §. 1. D. de reg. iur. l. liberorum §. vlt. D. de his qui not. inf. a. vbi dicitur infamem non effici qui eam dicit patris imperio, quam alias sine infamia ducere nō poterat, & teneri mulierem in casu prædicto obediire viro tenet Bouadilla *d. lib. 3. cap. 15. num. 131.* Hæc pro muliere considerari poterant. † At contra eam vrgebat maximè iustitiæ contemptus eo maximè quod à muliere delusa videbatur, & vt dicebat Tacitus de quadam muliere, quæ tortores cōstantia sua vincebat *lib. 15. anna. ne à famina spernentur.**

rentur. Igitur propter amoris vim non condemnauit, propter Iustitiæ contemptum non absoluuit Senatus, sed nō molestandam, donec aliter ordinaretur, decidit. † Quam hæsitationem significauit, & simili decidendi modo usus fuit Dolobella. Proconsulari Imperio Asiam obtinens, cum enim materfamilias Smyrna virum, & filium interemisset, cum ab ijs optimæ indolis iuuenem, quem ex priori viro enixa fuerat occisum comperisset, Dolobella rem Athenas ad Areopagi cognitionem remisit, quia ipse neque liberare cædibus duabus contaminatam, neque punire eam iusto dolore impulsam sustinebat. Sapienter Areopagitæ accusatorem, & ream post centum annos redire iusserunt eodem affectu moti quo Dolobella, sed ille transferēdo quæstionem, hi differendo damnandi, atque absoluēdi in tanta ambiguitate inexplicabilem cunctationem docuerunt, referunt Valer. Maxi. lib. 8. cap. 1. Gelli. noct. attica. lib. 12. cap. 7. & idem Valer. ibidem aliam ambiguam speciem proponit. Sed hucusque egimus de eo qui exemit alium: † etenim si seipsum absq; armorum vi exemit parum, aut nihilo punitur Bouadilla lib. 1. politi. cap. 13. nu. 131. licet contrarium acriter defendere conetur Bossius tit. de captura nu. 19. & 20. volens vt incidat in pœnam §. prohibitum tit. de pœnis in Constit. Mediolani. † Nec decisio Senatus per eum tradita obstat, quia vt ipsem animaduertit ille euaginauerat ensem, & ita se exemit, quo casu incidere in eam pœnam crederem. Quam decisionem animaduertit Bossius dicto num. 20. emanatam fuisse à Senatu Mediolanensi dum sedederet Cremonæ † tanti Senatus verè digna sedes. Civitas prima post Mediolanum vt asserit Philippus Cluuerius in introductione ad Vniuersam Geographiam lib. 3. cap. 36. Sanctorum reliquijs origineque venerabilis, Ædificijs superba, Turribus magnifica, Cænobijs insignis, Templis conspicua, antiquissima nobilitate copiosa, celebre totius Italæ olim Emporium, adeo vt affirmet Tacit. 3. histo. tempore illius obfisionis quia in ea magna pars Italia mercati causa congregata erat præstasse auxilium defensoribus, oppugnantibus vero prædam incitamentum. Ditis Romanorum Colonia ab eo-

Ee 2 dem

41

42

43

44

45

46

dem ibidem appellata. Et sicut olim Respublica Romana Coloniæ Cremonensis causa stetit, vt narrat Liuius *deca. 3. lib. 7.* ibi *Harum Coloniarum* (Cremonensis, Placentinæ & aliarum) *subsidio tum Imperium Populi Romani stetit, ijsque gratia* Σ *in Senatu, \Sigma apud populum acta. Duodecim aliarum Coloniarum, qua detrectauerunt Imperium mentionem fieri Patres vetuerunt, ea tacita castigatio maxime ex dignitate Populi Romani visa est.* Ita nunc & ipsius causa totus Status Mediolani in columnis Regi nostro seruatur, dicente seu prædicente Tacito ibidem *Cremona propugnaculum aduersus Gallos*. Sed nunquam proprius, aut verius hoc nomine donatur, quam hisce nostris temporibus, dum eorum imperium Pedemontanorum, & Mutinensium auxilio, exercitibusque roboratum virili animo sustinuit, hinc quæ de Roma asseruit Latius in *comment. Reipub. Roma. lib. 1. cap. 1.* de Cremona dico. *Quæ inclinante Imperio Vrbis aeterna nomen sortita est.* † Sed quid mirum? Si hi turbines minabantur existente Mediolani Gubernatore, imò Instauratore, Exercitumque ducente Heroe præclaro, Duce invicto, omnique æuo memorabili Excellentissimo Marchione de Carazena Comite de Pinto, cuius auspicio, cura, solicitudine, peritia, Gallica arrogantia tunc vigens fatali iactu suppressa ac debellata fuit, adeo vt cum Velleio Paterno dicere possim *Cuius Vrbis ruinam timueramus, eam ne commotam quidem sensimus, tanti unius viri praesentia fuit,* cui cultum omnem defero, & affectum. † Sed & insignis Cremona quod genuerit insignem Iuris Consultum nobilem Ioannem Baptistam Bonettum ex antiquioribus qui nunc sedent Senatus Mediolanensis Patribus, exercentem omnium plausu, quam superat meritis dignitatem, serij ingenij virum, omnigena litteratura refertu, experientia rerum magistra eminentem, & cum sit *gloria Patris filius sapiens*, gloriari vtique non modicè poterit quod Petrum Paulum filium habeat vnum ex Vicarijs Generalibus huius dominij, præclarum Iuris Consultum, de Iuris prudentia optimè meritum, cuius animi dotes altiorem dignitatem ei promerentur. Sed vt ad institutum redeamus, quæri hic

De carcer. è car. fug. Cap. I 8. §. V. 22 I

hic potest an censeatur liberatus fideiussor quoties reus fuerit captus, & è manibus familiæ, vel è carcere fugerit. † Quæstio hæc communiter à Doctoribus tractatur in terminis carcerati fugiētis, † & in ea distingunt quoties fuerit captus pro eodem, vel diuerso delicto pro quo fideiussor promiserat repræsentare, vt latè videri potest apud Farinacium, & ab eo cumulatos *de carcer. quæst. 34. num. 93.* & certè quando fuit iam carceratus res nō ita dubia videri deberet, vt mox dicam. † Difficultas consistit quando aufugit è manibus familiæ, & eam quæstionem tractat Anto. de Ballis *var. iur. tract. lib. 4. quæst. 4. nu. 30.* & pro dubitandi ratione adducit quod captura non deroget fideiussioni, cum non censeatur facta nouatio, † quæ non inducitur nisi expressè *l. vlt. C. de nouat. S. pænæ I: quib. mod. tolli. oblig.* & in fuga non interuenit factum Iudicis. His nō obstantibus contrarium concludit, † quia reus est cōmissus custodiæ fideiussoris *l. 1. & 2. D. de custo. & exhib. reo.* † capto autem reo desinit esse sub illius custodia, & transit in custodiam familiæ, quæ de eo tenetur dum pœnes eām est *l. penul. C. de exhib. reis,* † quemadmodum commodatarius tenetur de custodia rei commodatæ donec pœnes ipsum reperitur, secus si eam tradidit nuncio missō à commodante *l. eum qui 10. §. vlt. cum l. seq. D. commod.* ita & fideiussor tenetur de custodia donec in aliam custodiam à Iudice missam reperitur Bald. *in l. qui crimen nu. 19. C. qui accus. nō pos.* Marsil. *in rubr. de fideiuss. nu. 19. & 142.* & ita iudicatum fuisse afferit Afflict. *decis. 130.* † qui hanc sententiam tenet etiamsi fideiussor se obligauerit toties quoties, & eum sequuntur innumeri relati à Farina. *d. quæst. 34. nu. 95.* Castillo *decis. 150. nu. 15.* Gabriel *conf. 181. num. 15. vol. 1.* qui considerat quod licet reperiatur clausula toties quoties, tamen si reus præsentatur, & postea admittitur solet semper renouari fideiussio quia prima habetur pro extincta, † & clausula illa intelligenda est nō ad plures præsentandum, sed quandocunque hoc est quocunque tempore præsentandum, & certè non inuenitur ratio quare contraria sententia amplectenda sit pro ut amplecti solet in practica, † quæ nimis rigorosa est contra fideiussores, † cum nec

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

- nec sufficiat quando reus pro vna causa capit, quod fideiussor pro altera compareat coram Iudice, & petat attenta captura velle eum habere pro praesentato, & fideiussorem à ne-xu fideiussionis liberare, vt optimè vult Anto. Gomez. lib. 3. vari. cap. 9. nu. 9. vers. dubium tamen, & Bossius *de carcer. fideiuss. commit. num. 39.* imò si aufugit è carcere consequenter esset dicendum posse procedi contra fideiussorem ex vi clau-læ toties quoties, quod est æque absurdum. † Et Senatus no-ster Mediolanensis die 11. Septembris 1641. reduxit con-demnationem quādam factam per Curiam Cræmonæ quin-gentorum aureorum ad ducentum quinquaginta soluendo-dorum per Iacobum Antonium Rauisam fideiussorem de re-præsentando toties quoties Comitem Carolum de Soranea, qui cum fuisset praesentatus semel per fideiussorem die 24. Decembris 1639. postea iterum ex alia causa vocatus fuit, & quia non se praesentauit condemnatus, licet facta descriptio-ne bonorum, & accessu Iudicis cum familia ad eum capien-dum reus aufugerit, † quo casu videtur recessum à via ordi-naria, vt benè docet Afflict. decis. 150. num. 3. noluisseque amplius confidere ipsum reum custodiæ fideiussoris Caballi. resolu. crimi. casu. 47. nu. 1. Honded. cons. 111. num. 34. vol. 1. Bossius *vbi supra* nu. 62. Gabriel *vbi proximè* nu. 8. & descrip-tio bonorum ei dedit iustum causam fugiendi Eugen. cons. 21. nu. 40. vol. 1. Giurba *conf. 35. nu. 14. ad finem* Guaz. de de-fens. reo. defens. 6. cap. 4. nu. 9. & in nostris terminis omnino vi-dendus Ioannes Botta Cremonensis ab Aduocatis dicti fideiussoris non animaduersus, qui multa pro fideiussore adducit cons. 38. per totum. † Et certè si licet dicere quod sentio di-stinguere sanè quando reus captus fuerit ope fideiussoris vt puta quod eum indicauerit, vel monuerit Iudicem de loco vel modo eum capiendi, & postea fuerit captus, tunc enim urget ratio cōmodatarij supra expensa, cum fideiussor è pro-pria custodia in illam familiæ tradiderit, secus vero si nō ope-ra fideiussoris, imò eo inscio fuerit captus, etenim licet tunc videatur liberari, quia vt cōsiderabat Anto. Gomez. *vbi supra* debitor solutione ab alio facta ipso inuito liberatur: tamen hoc

hoc verum est quādo is qui soluit vult debitorem liberare, & familia in nostro casu nūquam est voti liberādi fideiussorem.

Sed & aliam condemnationem inuenio ad medietatem reductam. In Curia Marchionatus Finarij Magdalena Tabo fideiusserat pro viro Antonio Gadino in carceribus detento quod non recederet à dicto Marchionatu, & quod eum præsentaret toties quoties sub poena scutorum 500. quæ fuit collaudata pro idoneo pignore per Cap. Petrum Rubeum, & alios, & casu quo non fuisset, in solidum se obligauerunt. Fuit postea per Reum petitum à Capitaneo Iustitiæ, vt à fideiussione adimeretur clausula illa de non recedendo à Marchionatu quod fuit per dictum Capitaneum concessum, & postea condemnata dicta Magdalena eo quod virum nō præsentasset, & illius bona, ac Collaudatorum fuerunt per Thesaurarium apprehensa, & iniustissima videbatur cōdemnatio, quia vbi principalis obligatio aliqualiter alteratur, tunc fideiussor liberatur Surd. *conf. 460. nu. 45.* Cyriacus *contro. 101. nu. 28.* Heringi. *trac. de fideiuss. cap. 20. §. 25.* siue alteratio sit respectu loci, rei, vel temporis Cyriac. *d. contro. 101. num. 30.* maximè quando est damnsa fideiussori Surd. *vbi supra nu. 39.* Thesaur. *decis. 125. nu. 10.* *E* 11. Seraphin. *decis. 1063. nu. 8.* In supradicto autem casu non se obligasset fideiussor, nisi vidisset restrictam obligationem principalis etiam ad illud caput, vt scilicet non posset exire à Marchionatu, quo casu facilior ei reddebarur præsentatio, & quod fideiussores nō teneantur si promiserint aliquem non discessurum ex aliquo loco si Iudex ei recederidi licentiam concesserit tenuerunt Laderch. *conf. 198. per totum M. Anto. Maceraten. var. lib. 3. resol. 30. per totum Menoch. conf. 212. sub nu. 30.* Cyriac. *d. contro. 101. nu. 33.* Et de mense Ianuarij 1646. referente D. Luca Pernigotto tunc Regio Aduocato Fiscali generali famigeratissimo viro maxima prudētia prædicto, & ne dum Iuris Consulto eminentissimo, sed in politioribus litteris versatissimo, iam vero nunc summo omnium huius Mediolani Satus applausu Senatore creato, fuit per S.E. decisum, vt condemnatio illa pro vna parte sustineretur pro alia vero non.

Suc-

- Succedit nunc alius non minus vtilis articulus, qua pœna teneatur is qui exemit captum pro debito ciuili vel è carceribus, vel è manibus familiæ, & hic veniunt repetenda quæ *supra hoc s. nu. 10.* diximus, & his præhabitatis dicendum est
- 62 † teneri pœna arbitraria Alex. *conf. 35. nu. 4. lib. 2.* licet & ipse turbet iurisdictionem, tenebitur etiam ad soluendum debitum pro quo erat detentus tanquam si fideiussisset Hipolit. *singu. 137.* Decianus *tom. 2. lib. 7. cap. 11. nu. 3.* Thomingius *decis. 5. nu. 6.* & in terminis istis idem ex multorum sententia concludit Viuius *decis. 93. lib. 1.* † vbi *num. 1.* tradit in Regia Audientia Apuliæ quendam militem, qui exemerat debitorem priuati è manibus familiæ fuisse cōdemnatum ad reiungandum per triennium, licet postea fuit commutata pœna in exilium per biennium, † & teneri respondere creditori ex Farina. *d. quæst. 30. nu. 109.* Menoch. *de arbitr. casu 301. num. 23.* Mascar. *concluf. 266. nu. 18.* tenet Altusius in sua *dicæologia lib. 1. cap. 132. nu. 17.* † sic teneri, & criminaliter ob carceris effractionem, & ciuiliter ob damnum creditor i illatum sentire videtur Bossius *tit. de carcere num. 17.* ex Alberico in rubr. *D. ne quis cum qui in ius vocat.* vbi ait eximentem per vim debitorem è carcere non solum teneri iuxta *l. quoties C. de exacto. tri. lib. 10.* verum & pœna legis Iuliæ de vi priuata si sine armis, si vero cum armis de vi publica Iason. *in l. 1. §. quod Prator nu. 12. vers. si autem eximitur de facto D. ne quis cum qui in ius vocat.* Farina. *de carcer. quæst. 30. nu. 112.* † & adeo verum est teneri soluere, vt etiam si ad carceres reducantur, nihilominus adhuc adstrictus remaneat Boer. *decis. 217. num. 12.* Menoch. *de arbitr. casu. 301. in fine,* & alij congesti à Farina. *ibidem nu. 111. qui quæst. 32. nu. 8.* pluribus, & exornat, & probat, † & in mulctam pecuniariam Fisco applicandam ob spretam Iudicantis autoritatem teneri eximentem aliquem, ea de causa detentum, à carceribus etiamsi non interuenerit fractura asserit Anto. Faber *in suo Codice lib. 9. tit. 4. defini. 6.*
- 68 Vltimo loco aliqua de fugiente è carceribus, vel à familia in Ecclesiamque se recipiente breuissimè dicenda sunt, † & certum

De carcer. è car. fug. Cap. 18. §. V. 225

certum est illius immunitate gaudere Couar. lib. 2. vari. cap.

20. nu. 13. Boer. decis. 110. nu. 8. in fine, ♂ 215. nu. 18. ♂ 349.

nu. 8. Decianus tom. 2. lib. 6. cap. 28. nu. 28. Igneus in l. 1. nu. 4.

in fine D. de S. C. Syllania. † qui loquitur de capto à familia

seipsum eximente Boer. & Couar. ubi proximè Decia. d. cap.

28. nu. 32. qui ex Liuio lib. 3. deca. 3. tradit exemplum Decij

cuiusdam Magi Campani qui ob seditionem Carthaginem

missus dum naui qua vehebatur ventorum vi Cyrenas dela-

tus fuisset, & ad Statuam Ptolomæi fugisset tutus euasit, quæ

adde ad latè tradita cap. 3. † Si vero quis in aere præceps ex

feneстра quæ supra Ecclesiæ cæmeterium erat, comprehen-

sus fuerit, gaudebit immunitate Ecclesiastica, vt decisum ita

Neapoli notauit Freitas de Imper. Asiati. cap. 10. num. 44. ♂

45. & ex eo refert Solorza. de iur. India. tom. 1. lib. 3. cap. 3. nu.

44. † Nec tandem hic omittendum, reum ab Ecclesia extra-

etum si è carceribus fugiat, & deinde extra Ecclesiam appre-

hendatur nō gaudere immunitate quoties sufficiens tempo-

ris spatium interuenerit quo se in Ecclesiam iterum confer-

re potuerit, vt in facti specie fuisse declaratum per Curiam

Neapolitanam tradit Sanfelicius decis. 242. maximè cum in

eo casu reus ille post fugam è carceribus in Ecclesiam se cō-

tulerat, licet postea sponte ab ea egressus, extra eam captus

fuerit, sed Donat. Anto. de Marinis tom. 1. cap. 180. à Sanfeli-

cio videtur dissentire.

69

70

71

DE DELINQVENTE FVGITIVO.

§. VI.

S V M M A R I V M.

1 Fuga facta antequam reus in carcères detrudatur eum
grauat.

2 Ipsius bona publicantur.

3 Curator qui fugit seipsum suspectum reddit.

4 Fuga facit semiplenam probationem.

5 Si est ante transmissam inquisitionem, secus si post.

Ff

6 Mo-

- 6 Molestia & qua ex inquisitione resultant etiam innocentes subire nolunt.
- 7 Idem licet non sit transmissa, dummodo adsit probabilis timor.
- 8 Vis timoris quanta esse debeat relinquitur arbitrio Iudicis.
- 9 Exemplum Alcibiadis.
- 10 Iustus timor esset si iam cœpisset informationes recipere.
- 11 Idem operatur timor carcerationis.
- 12 Idem in ijs quibus esset summa verecundia si carcerem ingredentur.
- 13 Exemplum Demosthenis.
- 14 Iusta causa fugiendi est si videt totam familiam carceratam.
- 15 Iuramento fugientis purgatur indicium fuga si constat de causa probabili ob quam afferit se recessisse, secus non.
- 16 Non fugiens cum possit, facit indicium pro se.

Non solum autem reum grauat fuga è carceribus facta, verum & illa quæ fit antequam in carcères detrudatur Clarus, Farinacius, & alij mox citandi, † imò ipsius bona tanquam damnati etiamli metu carcerationis fugerit publicantur iuxta tex. in l. si in libertinum. 28. §. vlt. D. de bon. libert. † & curator qui fugit, seipsum sua sententia suspectum reddit l. impuberibus 7. §. præterea D. de suspec. iuto. atque ita Romæ sæpè ij qui in exilium volūtarium ierant, postea aqua, & igni interdicebantur, vt M. Tullius, & Marcellus Numidicus, & de Metello adiecit Appianus lib. 50. interdictionem postea sequebatur publicatio omnium bonorum Cuia. lib. 7. obser. cap. 22. vnde ipsa fuga sufficiens indicium erat ad torturam, vt tenet Peguer. decif. 17. nu. 31. Anto. Gomez. lib. 3. vari. cap. de tortura reorum nu. 10. in fine vers. quartum indicium Clarus quæst. 21. vers. fuga delinquentis Menoch. de præsump. lib. 1. quæst. 89. vers. tertium est, quos refert Farina. de indic. Et tortu. quæst. 48. nu. 3. Valent. Forste. de Iurisdict. Roma. par. 2. lege 3. nu. 49. † facitque pro hac sententia altera Doctorum opinio afferentium fugam facere semiplenam proba-

De carcer. è car. fug. Cap. I 8. §. VI. 227

probationem, ut voluerunt plures glossæ relatæ per Ghirlan.

in tracta de relexa carcer rubr de fuga nu. 2. in princ. Angel. de malefi. verbo quod fama publica num. 46. vers. sed verum.

Ripa in l. admonendi nu. 168. D. de iur. iur. etenim si facit semiplenam probationem consequenter etiam resultat indicium ad torturam iuxta tradita per Farina. *vbi proximè quæst.*

36. num. 218. † Quod intellige quando quis fugit ante transmissam inquisitionem, secus si post: etenim priore casu videatur quod fuga causatur ex propria criminis conscientia, secundo autem ob timorem molestiarum, † quæ ex inquisitione proficiscuntur, & quas non omnes, etiam si innocentibus sint, subire volunt secundum Bartolum in l. 1. per illum tex. nu. 1.

D. de bon. eor. qui ante senten. Paris. de Puteo in tract. de sindi. ver. fuga officialis cap. 2. nu. 2. Iasonem in d. l. admonendi. nu.

169. D. de iur. iuran. ♂ in l. si is qui nu. 5. C. qui testa. facer. pos. Roma. in l. lege Corneliana nu. 2. Igneum nu. 17. D. de S.C. Syl-

lani. Felin. in cap. nullus num. 6. de præsumpt. Peguer. d. decis.

17. nu. 31. ♂ 32. Gail. lib. 2. obser. 109. Hartman. Hartmanni

pract. obser. lib. 2. obser. 9. n. 4. ♂ 5. † Quod habet locum etiam

non transmissa inquisitione, dummodo adsit probabilis timor

eam transmittendi, cum ad excusandum idem operetur timor

quod ipsius rei existentia Roma. in d. l. lege Corneliana nu.

2. Mascar. conclusione 819. num. 16. Gail. d. obser. 109. num. 8.

Menoch. d. præsump. 89. num. 93. † vis autem huius timoris

quanta debeat esse ad excusandum relinquitur arbitrio Iudiciis

Mascar. nu. 12. Peguera nu. 32. euenit enim multoties, ut

etiam innocentibus formidolosi iudicium fugiant, veriti Iudi-

cum sauitiam, aut inimicorum potentiam, vel falsos testes. †

Extat celebre exemplum Alcibiadis, qui, ut testatur Plutar. in

ipsius vita cum è Sicilia vocaretur ab Atheniensibus ad cau-

sam pro capite dicendam obtemperare noluit, stultum existi-

mans iudicium querere, non fuga sibi consulere, cum fugien-

di datur facultas, cumque quidam ei diceret, an non credis te

ipsum Patriæ? respondit, imò nec matri quidem crederem.:

timerem enim ne forte per imprudentiam, aut errorem ni-

grum pro albo submitteret calculum.

5

6

7

8

9

- 10 Iustus ergo esset timor si Iudex iam cœpisset informatio-
nes recipere, processumue cōtra aliquem instruere Marcabr.
inter conf. crimi. diuerso. conf. 62. nu. 13. lib. 2. Clarus quæst. 21.
11 *vers. fuga.* Farina. d. quæst. 48. nu. 30. † Idemque dicendum de
eo qui aufugit ob timorem carcerationis: si enim fuga non
facit indicium quando quis timet accusari vel inquire, tanto
minus istud operabitur quando quis timet de facto carcerari.
Mascar. d. *conclusione 819. nu. 26.* Menoch. d. *præsump. 89. nu.*
12 38. qui etiam tenent † idem dicendum de ijs qui ob ætatem,
vel aliquam infirmitatem carceris duritiem ferre nō possunt
13 † quemadmodum Demostheni contigit, pro ut ipse testatur,
epist. 2. dum causas reddit quare Atheniensium iudicium fu-
gerit sub his verbis. *Iam ob discessum meum iure irasci mihi*
non potestis, neque enim ideo ab ijs quod de vobis desperarem,
aut uspiam alio respicerem, sed primo carceris ignominiam,
animo ferebam grauiter, deinde propter etatem afflictionem,
illam corporis perpeti non poteram, denique, Et vos non nolle-
putabam illam contumeliam me effugere, qua neque vos qui-
dem iuuabat, Et me perdebat. Cætera quæ huc spestant pe-
tenda à Menoch. Mascar. Pegue. & alijs relatis plenissimè à
Farina. d. quæst. 48. quibus addendi idem Farina. *conf. 5. lib. 1.*
nu. 83. litt. H. Et *conf. 56. nu. 18.* Et *conf. 33. nu. 24. litt. G.* Hie-
rony. de Federi. *resolut. crimi. 6. nu. 9.* Gratian. *discept. forens.*
192. nu. 19. tom. 1. Deci. *respons. 18. nu. 71. volum. 1.* Ceuallos
communi. con. commun. tom. 1. quæst. 393. Anto. Faber in *suo*
14 *Codice lib. 9. tit. 4. defini. 6.* † Solummodo adnotari vellem ha-
bere aliquem iustum causam fugiendi si videt totam ipsius fa-
miliam in carceribus detrudi, & præcipue si ipsius matri fue-
rit factum præceptum ne de domo discederet Hector Capy-
cius Latro *consult. iur. lib. 2. consult. 136. nu. 30.*
- 15 An autem iuramento fugientis indicium fugæ purgetur
tractant plures, in diuersasq; inclinant sententias, placet Fa-
rina. *quæst. 48. nu. 4.* distinguens, an constet de causa probabili
ob quam asserat se abiisse, & tunc ei credendum etiamsi in-
contrarium posset præsumi quod abierit ob delictum iam cō-
missum, & hoc quia quando concurrunt duæ causæ vna in-
clusiuæ

clusiua delicti, & altera exclusiua, præsumenda est illa, quæ excludit iuxta tradita per Alciatum *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. i. nu. 1.* Et sequent. At si non constat de causa probabili prædicta tunc absurdum est dicere credi iuramento illius qui se abiisse ex illa causa, quæ non appareat, dicit, ut potè si quis iuret se abfuisse, quia timebat accusari, inquiri, carcerariue, vel propter minas inimicorum, vel quia fuit coactus tunc discedere ad nundinas cum esset mercator, aut ex alia simili causa. Si appareat de comminata inquisitione, quia iam Fiscus eam præparabat, vel constet de minis inimicorum, vel quod eo tempore erant nundinæ, & quod ad illas ipse tanquam mercator erat solitus ire, tunc utique fugientis iuramento standum, videndus Peguera *dict. decis. 17. num. 36. Cynus in l. fin. Cod. de requir. reis. Hyppoli. de Marsi. singu. 115. Hering. de fideiis. cap. 18. nu. 117.*

Pro coronidè animaduerti volo quod sicut fugiens facit indicium contra se, ita non fugiens cum possit facit indicium pro se Menoch. lib. 5. *præsumpt. 45. nu. 10. Farina. conf. 127. nu. 12. lib. 2.* Et *conf. 19. nu. 26. lib. 1. nouissimè Anton. de Ballis varior. tractat. lib. 1. de indi. quæst. 15. nu. 17.* 16



DE

D E D E B I T O R E S V S P E C T O , E T F V G I T I V O .

C A P . X I X .

P L V R A D E I V R E C R E D I T O R I S
 in debitorem scitu digna tanquam præludia
 adnotantur.

§. I.

S V M M A R I V M .

- 1 Carcerdatur ut multi custodiantur ne fugiant.
- 2 Esse sub debito est species reatus, & seruitutis.
- 3 Augusti dictum circa Equitem Romanum obseratum.
- 4 Alcibiadis consilium circa as alienum.
- 5 Tacitus subtiliter, contra tamen ipsius sensum, intellectus.
- 6 Felix qui nihil debet.
- 7 Debitores carceratur quia fuga volūt creditores fraudare.
- 8 Descriptio à Cassiodoro tradita.
- 9 Ordinatè fiunt in hac re quæ sine ordine.
- 10 Et apud D. Mattheum conseruus missus fuit in carcerem.
- 11 Fides in contractibus necessaria.
- 12 Vox Redde quod debes equissima.
- 13 Rempublicam continet.
- 14 Fides nulla esse potest nisi soluantur res credita.
- 15 Mentiri, & as alienum turpissima duo apud Persas.
- 16 Verba legis 12. tab.
- 17 Eius explicatio.
- 18 Altera lectio eiusdem legis 12. tab.
- 19 Eius explicatio Sex Cacilijs apud A. Gellium.
- 20 Quo ad disfectionem non habuit effectum.
- 21 Doctores qui meminerunt huius legis.
- 22 In vincula ducebantur debitores ob as alienum,

23 In

- 23 In neruum, & in carcerem priuatum.
- 24 Sinarum crudelitates aduersus debitores.
- 25 Quare lex 12. tab. noluerit addictos vinculis quindecim, pondo minoribus vinciri.
- 26 Erant quadam sacrificia in quibus vincitus interesse prohibebatur.
- 27 Debitores creditoribus addicebantur.
- 28 Intelliguntur Plautus, & Cicero.
- 29 Vnde discrimina inter seruum, & addictum à Quintilia-no considerata.
- 30 Filij debitoris solent etiam addici creditori.
- 31 Secundum iura Castella debitor creditori addicitur.
- 32 Apud Romanos verberibus cædebantur, & aliter plectebantur donec soluerent.
- 33 Elegans Linij locus.
- 34 Pulchra de oppressione debitorum D. Ambrosij loca.
- 35 Res debitorum ob libidinem creditoris in melius mutata.
- 36 Fuit in usu voluntaria addicatio.
- 37 Nunquam tamen statutum ne solueretur.
- 38 Cicero acerrimus defensor, ut solueretur & alienum.
- 39 Asellius Prator occisus quia contrarium defendebat.
- 40 Casar per estimationem possessionum solui iubebat.
- 41 Explicatur l. si caluitur 233. D. de verb. signif.
- 42 Mora est cessatio, & frustratio.
- 43 Morosus equiparatur furi.
- 44 Frustratio pro mora accipitur.
- 45 Caluitur idem quod moratur, & frustratur.
- 46 Vnde deducatur verbum caluitur.
- 47 Occasio calua depicta.
- 48 Pœnal. 12. tab. supra exposita in solemnem bonorum venditionem v. sa est.
- 49 Settio effundebat, pudor suffundit sanguinem.
- 50 Bonorum venditio afferebat effectum infamiae.
- 51 De hac bonoru[m] v[er]editione loquitur Iustit. de suc. subl. &c.
- 52 Explicatur Cicero.
- 53 Cessio fuit postea inuenta.

De-



E B E T in Ciuitate carcer reperiri pluribus
 communis in foro rerum venalium, ut multi,
 ne fugiant, custodiantur, vt dicebat Plato lib.
 10. de legibus à nobis supra cap. antecedenti
 §. 1. nu. 35. laudatus, hic est ille qui assignatur
 2 debitoribus quoties sunt fugitiui, vel de fuga suspecti. † Ete-
 nim vt inquit Cassiodor. lib. 12. uari. epist. 10. Reatus est esse
 sub debito, nec liber potest ueraciter dici qui probatur obno-
 xius reperiri. Et vt ait Brissoni. de Reg. Persa. lib. 2. pag. mihi
 155. ex Mimo *Alienum a homini ingenuo acerba seruitus*
 3 *est.* † Vnde non videbatur ingenuus eques ille Romanus qui
 cum dum vixisset magnitudinem æris alieni celare sciuisse
 post eius mortem culcitram cubicularem in eius auctione si-
 bi emi iussit Augustus ea reddita ratione quod esset habenda
 ad sumnum culcitra in qua ille cum tantum deberet dormire
 4 potuit, vt narrat Macrob. lib. 2. satur. cap. 4. † Pro certo habeo
 ipsum usum fuisse damnando illo Alcibiadis consilio Pericli
 dato, potius scilicet esse cogitandum quid fieri, & dici possit
 vt non soluatur, aut ratio reddatur, quam quomodo soluatur,
 5 aut reddatur, † vel vt apud Tacitum lib. 1. anna. aliud dicere
 volentem, dicitur *non aliter ratio constet, quam si nulli*, vt mul-
 ti legunt, *non uni, reddatur*, vt animaduertit Petrus Heigius
 6 *questionum iuris questione 35. num. 12. par. 1.* † vel vt ille qui
 cum Æsopico emptore dicebat se reliquum non soluere, ne-
 7 debere desinat. † Recusant profecto isti fœlicitatem illam de
 qua in adagium venit *Fælix qui nihil debet* Plutar. de vita
 8 fæno. Paulus Manutius in *adagijs sol. mihi. 977.* † Nihil autem
 mirum quod carceribus detineantur debitores qui sibi fuga
 consulere volentes, creditores suos à quibus beneficia acce-
 pere, fraudare intendunt mutando verba, diuersisque imagi-
 9 nibus seipso immutando, † & vt cum Cassiodoro lib. 5. vari.
 cap. 34. loquar *Non immerito Pandia gemma dicimus esse*
consimilem in qua unus se fulgor non potest contineri, fluctuat
aspectibus tremulis dum lapis teneatur immobilis, nam quod
modo videris, mox aliud ibi si amplius intuearis, aduertis, sic
mutatum credis quod neminem eripuisse cognoscis. His permu-
tatio-

tationibus estimatis mens frontosierat iste debitor de quo loquitur simillima reperitur, quæ dicti sui non habet fidem, quæ tot varietates continet quot verba protulerit, Protei fabulis iure sociandus, qui subito comprehensus substantia sua formam omnimodis non habebat: nam ut calaret hominem aut leo frendebatur, aut silabat anguis, aut undas liquidas soluebatur. Et quia sic notus est eum facies ad tuum venire iudicium, primum agito ne promittat, caue ne constituat, quia leuissimi animi mos est polliceri facile, quæ non disponit implere. Quidquid autem persoluere considerata equitate potuerit constrictus sine aliqua ditatione iam reddat, quia post tot falsitates argutia sua reputare poterit quod se frequenter illusisse cognoscit. Tum & solent debitores obliiū æris alieni profusionibus propriam creditorum substantiam consumere, & ut dicebat Claudi.

Præceps illa manus fluuios superabat Iberos

Aurea dona romens ēc.

† Vnde nō est mirum quod propter huiusmodi fugæ periculum censeantur fieri ordinatè, quæ in se cōsiderata sine ordine fierent Ioannes Baptista Caccialupus *de debito. suspec. ēc fugit. quest. 8. num. 2.* Peregrinus Ianninius *de cita. reali lib. 1. cap. 1. nu. 14.* Federicus Pruckmannus *conf. 15. n. 1 22. volu. 2. & in extraordinarijs ordo est ordinem non seruare cap. ad nostram el. 3. de iur. iuran. Caccialup. ubi proximè.*

Sed si à longinquo rem repetere velimus inueniemus iam apud D. Matthæum *cap. 18.* seruum illius hominis Regis qui rationem exigere voluit cum seruis suis hoc significare voluisse cum conseruum suum misit in carcerem donec redderet ei debitum. † Veteres Romani fidem quam omnium maximè, ac præcipuè coluerunt nō modo in officiorum vicibus, sed in negotiorum quoq; contractibus sanxerunt, maximèq; in pecuniæ mutuæ, vsu, atque cōmercio: existimarunt enim adimi subsidium hoc inopiæ temporariæ, quo communis hominum vita indiget si perfidia debitorum sine graui pœna eluderet, † & ita Seneca *lib. 3. de beneficijs æquissimam esse, & ius gētium præferre hanc vocem Redde quod debes existimat,* † & Cicero *lib. 2. officio. ait nullam esse rem quæ vehe-*

10

11

12

13

14

15 mentius Rempublicam contineat quam sit fides, † fides autē
 nulla esse potest nisi sit necessaria solutio rerum creditarum,
 & Dionys. Halicar. lib. 6. ait Seruilius inquit optimum in vita
 contra omnes iniurias remedium, & retinendæ concordiæ
 16 commodissimum esse cōtractuum fidem. † Et duo apud Per-
 fas fuere turpissima, vt ait Herod. lib. 1. mentiri, & æs alienum
 17 debere. † Et Decem viri in legibus 12. tab. sic effati sunt *Si*
caluitur, pedemque struit manumendo iacito, vt ait Festus, &
 tradit Gothofr. in frag. legum 12. tab. iii. 7. de reo fugiente,
 18 † quasi dicat *Si caluitur, hoc est moretur pedemque struit, hoc*
 19 *est retrorsum sit, manum endo iacito, hoc est injictio.* † Sed &
 aliter verba l. 12. tab. referuntur à Sex. Cæcilio I. C. apud Au-
 lum Gellium lib. 20. nocti. Attica. cap. 1. & etiam à Balduino
 in comment. ad l. 12. tab. lege 46. sub his verbis: *Æris confessi,*
rebusque iure iudicatis 30. dies iusti sunt, post deinde manus
iniectio esto, in ius ducito, ni iudicatum facit, aut qui pseudo eo
*in iure vim dicit secum ducito, vincito, aut neruo, aut compedi-
 bus 15. pondo, ne minore, aut si volet maiore vincito, si volet*
*suo viuit, ni suo viuit, qui eum vincitum habebit libras far-
 ris in dies dato, si uolet plus dato. Tertijs nundinis parteis se-
 canto, si plus minusue secuerūt sine fraude esto.* † Quam legem
 20 commentatur apud Gellium vbi supra Sex Cæcilius sic: Cō-
 fessi æris, ac debiti iudicatis triginta dies sunt dati conquiren-
 dæ pecuniæ causa quam dissoluerent, eosqué dies Decem vi-
 ri iustos appellauerunt velut quoddam iustitium, idest iuris
 inter eos quasi interstitutionem quandam, & cessationem qui-
 bus diebus nihil cum his agi iure posset, post deinde nisi dis-
 soluerant ad Prætorem vocabantur, & ab eo quibus erant iu-
 dicati addicebantur, neruo quoque, aut compedibus vincie-
 bantur. Erat autem ius interea paciscendi, ac nisi pacti forent
 habebantur in vinculis dies sexaginta, in eos dies trinis nun-
 dinis continuis ad Prætorem in comitium producebantur,
 quantæque pecuniæ iudicati eſſent prædicabatur. Tertijs au-
 tem nundinis capite poenas dabant, aut trans Tyberim pere-
 grè venumibant, sed eam capitum penam sanciendæ fidei gra-
 tiā horrificam atrocitatis ostentu, nouisq; terroribus metuen-
 dam

dam reddiderunt: nam si plures forent quibus reus esset iudicatus secari si vellent, atque partiri corpus addicti sibi hominis permiserunt, nihil profecto immittius, vel inhumanius, nisi eo consilio tanta immanitas poenæ denuntiata est, ne ad eam vñquam perueniretur, sicuti nunquam peruentum fuisse tuetur idem Cælius ibidem. † Et Quintil. lib. 3. cap. 8. inquit eam legem quo ad dissectionem non esse natura laudabilem, & ideo moribus repudiatam fuisse, & idem asserit Tertullia. in *Apologe.* cap. 4. infra laudandus. † Meminerunt etiam huius legis Osual. ad *Donel.* lib. 27. comment. cap. 3. litt. GG. & sequ. Baldui. qui eam explicat sub l. 46. Cuia. lib. 3. obseru. cap. 39. qui ex antiquo exemplari aliter legit, & Couar. qui latè exponit lib. 2. vari. cap. 1. Carolus Sigo. lib. 1. de anti. iur. ciui. Roma. cap. 6. Menoch. de arbitr. casu 183. nu. 4. Gæddæus ad l. verbo 43. D. de verb. signif. Reuard. ad ll. 12. tab. cap. 8. qui varijs modis verba illius legis emendare conatur.

Quod vero homines in vincula duceretur ob æs alienum probari potest ex Liuio lib. 6. dum exemptionem cuiusdam militis narrat his verbis *Centurionem nobilem militaribus factis iudicatum pecunia quum duci vidisset M. Manlius* medio foro cum caterua sua accurrit, & manum iniecit, vociferatusque de superbia Patrum, & crudelitate fænatorum, miserijs plebis, virtutibusque eius viri, fortunaque tum vero ego inquit ne quicquam hac dextera capitolium, arcemque seruauero, si ciuem, commilitonemque meum à Gallis uictoribus captum in seruitutem, ac uincula duci uideam. Inde rem creditori palam populo soluit liberaque ære liberatum erexit, Deosque atque homines obtestantem, ut M. Manlio liberatori suo parenti plebis Romana gratias referant.

In neruum itaque, in vincula, in carcerem priuatum ducebantur debitores, & sic intelligendus Plaut. in *Pænulo.*

Vtinā mihi argenti reddas, priusquā in nerū abducere.
Terentius in *Phorm.*

----- ceterum

*Cum argentum repetent nostra causa scilicet
In neruum potius ibit*

- & colligi potest ex verbis C. Licinij Stolonis in rogatione legis de ære alieno apud Liuium lib. 6. *An placaret, inquit, fænore circumuentam plebem ni potius quam sortem creditum, soluat, corpus in neruum ac supplicia dare? Et gregatim quotidie de foro addicatos duci? Et repleri uinctis nobiles domos?*
- 25 *Et ubiunque Patrius habet ibi carcerem priuatum esse?* †
Et apud Sinas ære alieno pressi in carcerem coniiciebantur, tempus solutioni præfiniebatur, quo nisi credito paruerint, verberibus cædebantur, alio deinde termino statuto acriores plagæ infligebantur, donec ad necem usque cæsi fuerint, ut ex Ioanne Consaluo Mendoza lib. 3. *de Regno Sina cap. 10.* obseruat Osual. *ad Donel. lib. 27. comment. cap. 3. litt. HH.*
- 26 Illud autem quæri posset quare lex 12. tab. noluerit addicatos neruo, aut vinculis quindecim pondo minoribus vinciri. † Respondet Reuar. d. cap. 8. non improbabili coniectura, fuisse quædam sacrificia, ut obseruat ex Festo in quibus ita calamitabat lictor: Hostis, vincitus, mulier virgo exerto, scilicet interesse prohibebantur, ex quo loco colligit vincitos, siue nexos sacris olim interesse solitos, & idcirco compedes quindecim pondo maiores quia essent grauiores, quam ut ijs cum sacris intersunt se se vinci possent subducere, aut fugere expressè requirere videntur Decemuiri, ne si minores essent, aut nexus custos perpetuo adesset in sacris, aut sine custode aliquod fugæ periculum subirent creditores.
- 27 Non solum in vincula, aut neruum, vel alio quocunque loco ducere debitores licebat, verum & creditoribus addicebantur, & tanquam addicti conseruabantur (qua poena ij qui legatos pulsant plectuntur l. vlt. ibi, itaque cum qui legatum pulsasset dedi hostibus quorum erant legati solitus est respondere D. *de legatio.*) † iuxta illud Plauti in Bacch.
- 28 *Ducito nos quocunque lubet tanquam vobis addicatos.*
& Cicero. orat. pro Flaco Cum iudicatum nō faceret addicatus Hermippo, *Et ab hoc adductus est.* † Eleganter Quintil. lib. 7. de definit. sic ait: *Seruus cum manumittitur fit libertinus, addicatus recepta libertate est ingenusus. Seruus inuito domino libertatem non consequetur, addicatus dissoluto are alieno inuito cre-*

De debit. susp. & fug. Cap. 19. §. I. 237

creditore consequetur. Ad seruum nulla lex pertinet, addictus legem habet. Propria liberi quæ nemo habet nisi liber prænomen, nomen, cognomen, tribum, habet hac *addictus*. † Imò & filij debitoris solebant etiam addici creditori, ut tradunt Dionys. Halicar. li. 6. antiqu. Roma. & Ludoui. Cæli. lib. 7. lectio. antiqu. cap. 20. apud Couar. lib. 2. varia. cap. 1. num. 1. & 4. Regum cap. 4. extat mulier illa ad Eliseum clamans, & dicens, *E*cce creditor venit ut tollat duos filios meos ad seruendum sibi, & apud D. Matthæum cap. 18. Cum autem non haberet unde redderet iussit cum dominus eius venundari, *E*x ore meius, *E* filios, & probat illud Isaiæ cap. 50. *Quis est creditor meus cui uendidi vos?* Vbi Deus filios Israel quasi filios ad loquitur, ut notauit P. Gaspar Sanchez in comment. ad dictum cap. 4. lib. 4. Regum, & sua ætate hoc fieri grauiter reprehendit D. Ambrosius lib. de Tobia cap. 8. *Vidi, inquit, ego miserabile spectaculum liberos pro paterno debito in auctionem deduci, E*t teneri calamitatis heredes, qui non essent participes successio-*nis, E*t hoc tam immane flagitium non erubescere creditorem, instat, urget, addicit. *Mea, inquit, nutriti pecunia pro alimen-*to seruitutem recognoscant, pro sumptu licitationem subeant. Agitetur hasta de pretijs singulorum. Et idem declamat D. Basilius in psal. 14. dum sua ætate hoc licuisse affirmat, & probatur Leuit. cap. 25. vers. 39. *E* lib. 2. Esdra cap. 5. vers. 5. Matthæus cap. 5. vers. 25. & Plaut. in Pœnulo

— ubi in ius venerit

Addicet Prator totam familiam tibi
& Terent. in Phorm. act. 2. scen. 2.

*Alijs aliunde est periculum unde aliquid abradi potest
Mihi sciunt nihil esse, dices ducent damnatam domum*

Secundum autem Castellæ legem debitor inops creditori addicitur, ut ei suis operis satisfaciat debitum, in quam legem integrum commentarium edidit Gaspar Baetius de inope debitore apud quem omnia circa hanc materiam occurrentia inuenientur.

Solebant quoq; creditores debitores suos verberibus cædere, perpetuis vinculis induere, inhumanis cruciatibus affi-
cere,

31

32

33

34

cere, & in priuatum carcerem veluti in carnificinam coni-
cere, donec illi vel creditorum miseratione, vel boni vindi-
cis indulgentia, & liberalitate nexus soluerentur. † Refert ad
rem Liuius lib. 2. deca. 1. anno ab V.C. 259. Appio Claudio, &
P. Seruilio Coss. Ciuitatem secum ipsam discordem ob credi-
torum in debitores sœ uitiam fuisse, hisce verbis *Fremebant*
(Plebei) se foris pro libertate, & imperio dimicantes, domi à
Cinibus captos, & oppressos esse, tutioremque in bello, quam in
pace, inter hostes, quam inter ciues libertatem plebis esse, inui-
diamque eam sua sponte gliscerent insignis unius calamitas
accedit. Magno natu quidam cum omnium maiorum suorum
insignibus se in forum proiecit, obsita erat squalore vestis, fæ-
dior corporis habitus pallore, ac macie perempti. Ad hoc pro-
missa barba, & capilli efferauerant speciem oris. Noscitebatur
tamen in tanta deformitate, & ordines duxisse aiebat, aliaque
militia decora vulgo miserantes eum iactabant ipse testes ho-
nestarum aliquot locis pugnarum, cicatrices aduerso pectore
ostentabat, sciscitantibus unde ille habitus, unde deformitas,
cum circumfusa turba esset prope in concionis modum: Sabino
bello, inquit, se militarem quia propter populationes agri non
fructu modo caruerit, sed villa incensa fuerit, direpta omnia,
pecora abacta, tributum iniquo suo tempore imperatum, & alie-
num fecisse, id cumulatum usurpis primo se agro paterno, aut
toque se exuisse, deinde fortunis alijs, postremo velut tabem,
peruenisse ad corpus, ductum se ab creditore non in seruitium,
sed in ergastulum, & carnificinam esse, inde ostentare tergum
sædum recentibus uestigijs uerberum. Ad hæc uisa, auditaque
clamor ingens oritur, non iam foro se tumultus continet, sed
passim totam urbem peruadit. Nexus uincti, solutique se undi-
que in publicum proripiunt, implorant *Quiritum fidem*, nullo
loco deest uoluntarius seditionis comes multis passim agmini-
bus per omnes vias cum clamore in forum curritur &c. Et ea-
dem decif. 1. lib. 6. de oppressis debitoribus sic ait: *Fama* &
corpore iudicati atque addicti creditoribus satisfaciebant, pœ-
naque inuicem fidei cesserat adeo erga obnoxios summisserant
animos nō infimi solum, sed principes etiam plebis. † Conferre
pos-

35

possunt ea quæ tradit D. Ambros. lib. 1. officio. Grandis culpa est si iē sciente fidelis egeat, si scias eum sine sumptu esse, fame laborare, & non adiuues si sit in carcere, & panis, & supplicijs propter debitum aliquod iustus excrucietur. Et lib. de Tobia cap. 5. Offertur pecunia creditori, vix inquit hac soluit usurā, caput debes. Reddit exhausto patrimonio capit is reus, & imminuto accipit fœnore, accipit inducias tristiores bellicis, quasi post biduum praliaturus; in bello enim victoria incerta, hic certa inopia, illic se clypeo tegit, hic nudus occurrit, illic lorica pectus includit, hic totus carcere includitur, illic manus telis onerat, arma sagittis, hic ære vacuas offert vinculis alligandas, ducitur plerunque uterque captiuus, ille habet quem accuset aduersum bellum euentum, hic prater se quem accuset nō habet. Nihil est intolerabilius hac miseria quæ excusari non potest. Acerbat conscientia pondus iniuria. Tunc secum reputat, tunc scripturas recordatur, tunc dicit nonne mihi scriptum est bibe aquam de tuis vasis, & de tuorum puteorum fontibus, quid mihi cum puto fœnatoris ubi aqua includitur. Suauiora erant vlera cum securitate, quam aliena apula pasta cum solitudine, non opportuit aliena querere deinde incidere debita, de meis opportuit fontibus remedium querere, erant domi vas a minutiora, melius erat ministerium desse quam cibum, melius vestem venalem proponere, quam libertatem addicere. Quid profuit quod publicare paupertatem verecūdatus sum? Ecce alius publicauit, ego nolui nutritores vendere, ecce alius adiudicat. Sera hac consideratio, tunc decuit succurrere cum vulnera prima serperent. Melius fuerat in principio tenuare sumptum, & necessitatem debiti rei familiaris angustijs allevare, quam ut ad horam ditatus alienis postea exuereris, & proprijs.

Sed & centum vigintiquinque annis post latae leges 12. tab. res propter libidinem, & crudelitatem vnius creditoris in melius mutata fuit, audiendus idem Liuius deca. 1. lib. 8. qui totum factū sic narrat. *Eo anno plebi Romanae velut aliud initium libertatis factum est, quod neci desierunt, mutatum autem ius ob vnius fœnatoris simul libidinem, simul crudelitatem*

*tatem insignem. L.Papyrius is fuit cui cum se C.Publius ob as-
alienum paternum nexum dedisset, qua etas, formaque mis-
ericordiam elicere poterat, ad libidinem, & contumeliam ani-
mum accendorunt, & florem etatis eius fructum aduentitium
credit i ratus, primo perlicere adolescentem sermone incesto est
conatus, dein postquam aspernabantur flagitium aures, minis
territare, atque identidem admonere fortuna, postremo cum
ingenuitatis magis quam praesentis conditionis memorem vi-
deret, nudari iubet, verberaque afferri, quibus laceratus iuue-
nis cum se in publicum proripiisset libidinem, crudelitatemq;
conquerens faeneratoris ingens vis hominum quum etatis mi-
seratione, atque indignitate iniuria accensa, sum sua conditio-
nis liberumque suorum respectu, in forum, atque inde agmine
facto ad Curiam concurrevit, & cum Coss. tumultu repenti no-
coacti Senatum vocarent introeuntibus in Curiam Patribus
laceratum iuuenis tergum procumbentes ad singulorum pedes
ostentabant. Victum eo die ob impotentem iniuriam unius in-
gens vinculum fidei, iussique Coss. ferre ad populum ne quis ni-
si qui noxam meruisset, donec penam lucret in compedibus, aut
in neruo teneretur, pecunia credita bona debitoris, non corpus
obnoxium esset. Ita nisi soluti, cautumque in posterum ne ne-
derentur. ¶ Fuit tamen postea in vsu voluntaria quædam ad-
dictio si credimus Reuar.lib.4.vario.cap.18.qua se in volun-
tariam seruitutem tandiu addici debitores patiebatur donec
suis creditoribus satisfecissent, sic Varro lib.6. de lin. lati. Li-
ber homo qui suas operas pro pecunia quam debebat dat dum
solueret nexus vocatur, ut ab ære obaratus vnde Diocletia.
in l. ob as 12. C. de oblig. & actio. solummodo videtur prohi-
bere inuitam debitorum seruitutem, nō voluntariam. ¶ Nun-
quam tamen statutum fuit vt non solueretur: etenim si pu-
blica aliquoties fuit quædam æris alieni sine consensu credi-
torum remissio, atque condonatio illa quidem fuit iniqua, in-
iuriæque plena, & solum à popularibus de alieno nimis libe-
ralibus desiderata, sed ea viris prudentioribus, & de Republi-
ca meritis nūquam placuit, ¶ & Cicero vt de se ipso testatur
fuit acerrimus defensor vt solueretur, & vt ipse ait Nūquam
vehe-*

37

38

39

De debit. susp. & fug. Cap. 19. §. I. 241

vehementius actum est, quam me Consule ne solueretur, armis,
Et castris tentata res est ab omni genere hominum, Et ordine,
quibus ita restiti ut totum hoc malum de Republica tolleretur,
nunquam nec maius et alienum fuit, nec melius, aut facilius
dissoluum est, fraudandi enim spe sublata, soluendi necessitas
consecuta est. † Quin & ob eandem causam Asellius Praetor
plebi, & pauperibus patrocinatus, ut foenus tolleretur ab ipsis
foeneratoribus occisus est, quod facinus nec Senatus ipse
vindicare valuit, ut refert Appia. Alexand. lib. 1. de bello ciui.
† Aliter rem hanc temperauit Cesar, ut ipse metrefert in suis
Comment. lib. 3. de bello ciui. & tradit Sueto. in eius vita cap. 41.
De pecunijs mutuis disiecta nouarum tabularum expectatione
qua & crebro mouebatur, decreuit tandem ut debitores creditori-
bus satisfacerent per estimationem possessionū quanti quasque
ante ciuile bellum comparassent deducta summa aris alieni si
quid usurpatione nomine numeratum, aut prescriptum fuisset, qua
conditione quarta pars ferè crediti deperibat.

Sed ad verba legis 12. tab. reuertamur, quæ etiam referuntur in l. si caluitur 233. D. de ver. signif. Si caluitur, inquit, pedemue struit manum endo iacito: nam qui caluitur moram inijcit, & aduersarium frustratur, & qui moratur non solum frustratur, sed etiam caluitur, at qui frustratur, & caluitur & moratur: † est enim mora cessatio, & frustratio, siue improba dilatio prætermittendi officij in soluendo, recipiendoue debito alteri damnsa l. 3. in fine l. cum quidam 17. §. si pupillo l. mora 32. D. de usur. l. 5. D. de minor. l. 3. §. 1. D. de adimen. lega. † Hinc Paulus in l. inter stipulantem 83. §. Stichum D. de solut. moratorem æquiparat furi, nam dum fur tenetur ex stipulatu etiamsi homo morte perierit, ita etiam is qui moram commiserit. † Hinc frustrationis nomen saepe pro mora possum in l. sciendum 21. cum l. seq. D. de usur. l. diui 89. §. fin. D. ad l. falcid. l. 3. D. de iudi. l. penult. D. de vi Et vi arma. † Quod autem caluitur idem significet quod moratur, & frustatur probat Paulus in d. l. si caluitur. 233. argumento coniugatorum, inde ait caluniatores appellati sunt qui per fraudem, & frustrationem alios vexant litibus Paul. l. 1. recep. sen-

Hh ten.

- ten. tit. 5. l. 1. D. ad S.C. Turpili. l. cui necessitas s. 1. D. de liber. cau. l. postquā D. de petit. hared. inde & cauillatio hoc est frustratio, deceptio, & caluitas l. si fidei usor 28. s. in omnibus D. manda. hoc est calliditas, deceptio, fraus, & calūnia, frustratio ac mora est l. quibus 40. D. de condi. & demos. † Deductū autem est verbum *caluitur* à caluis mimis, quos si quis per capillos capere velit frustrarent, ac deciperent Nonius Marcellus de propri. sermo. cap. 1. Plaut. in *Afina*. nam *vbi domi sola sum, sopor manus caluitur*, & Pacuvius *Sentio*, pater, te vocis calui similitudine, sed quid conspicio? num me lactans caluitur atas? Hinc veteres depinxerunt Occasionem in anteriore partis capite capillis hirsutam, vt facile primum oblatā appræhendi posset, in occipitio vero caluam quod præterita pœnitentia ductos frustraretur ac deciperet, nec amplius se appræhendi pateretur, vt latè hæc & alia ad institutum notauit Gæddeus in *comment. ad tit. D. de verbo sign. in d. l. si caluitur 233.**
- 49 Sed pœnæ illius supra in lege Decemuirali propositæ sæ uitia, capit is videlicet si vnicus erat creditor, sectionis si plures in solemnem, & ordinariam bonorum venditionem versa est, vt eleganter expressit Tertullia. in *Apologe. cap. 3.* dum inquit: *Sed & iudicatos in partes secari à creditoribus leges erant, consensu tamen publico crudelitas era ea est, & pudoris notam capit is pena conuersa est bonorum adhibita proscriptio ne, suffundere maluit hominis sanguinem, quam effundere.* Eleganter sanè, nam vt animaduertit Anto. Contius in *lectio. iur. ciui. lib. 2. cap. 18.* † effundebat ante sectio, vel capit is amputatio sanguinem, aut saltem effundere poterat, at pudor non effundit sanguinem, sed suffundit, vel vt ait Aristote. in *problemata. diffundit*, hoc est pudore affectoru sanguis à corde in omnes corporis partes, & maximè in genas, & faciem, diffunditur, roboremque inducit, † & hoc erat effectus infamiae, & pudoris, quem secum afferebat bonorum illa venditio, quæ sanè erat ignominiosa princ. I. quib. ex caus. manu. non licet ea scilicet quæ inuito debitore, non ea quæ sponte cessionis medio frebat l. debitores ibi debitores qui bonis cesserunt,
- 50 51

De debit. susp. & fug. Cap. 19. §. I. 243

runt, licet ex ea causa bona eorum venierint, infames nō fiunt
C. ex quib. caus. infa. irroge. l. vlt. C. qui bon. cedere pos. † & hæc
est illa bonorum emptio, & successio in vniuersum ius ipsius
debitoris, cuius meminit Iustini. in princ. vbi loco per legen-
dum existimabam post multas ambages I. de success. subl. qua-
fie. per bonor. vendit. & cuius fortasse meminerunt iura in l.
Fufidius 29. D. de reb. auto. iud. possid. l. nam postea 9. §. sed 52
si quis 5. D. de iur. iuran. l. Imperator 60. D. de pact. † & Ci-
cero orat. pro Quintio Ergo hercule, inquit, cuius bona ex
edicto possidentur, huius omnis fama, 53 existimatio cum bo-
nis simul possidetur, de quo libelli in celeberrimis locis propu-
nuntur, huic ne perire quidem certè tacite, obscurèque conce-
ditur, cui Magistri fiunt, 5 domini constituuntur qui qua lege,
5 qua conditione pereat prouincient. De quo homine præco-
nis vox prædicat, 5 pretium conficit huic acerbissimum viuo
viuentiq; funus ducitur, si funus id habendum sit quo nō ami-
ci conueniunt ad exequias cohonestandas, sed bonorum empto-
res ut carnifices ad reliquias vita lacerādas, 5 distrahendas
5c. Et eo respexisse videtur Seneca lib. 4. de benefi. cap. 12.
dum inquit Spondeo pro iudicato, & suspensis amici bonis
libellum deiicio creditoribus eius me obligaturus ut possim
seruare proscriptum, ipse proscriptionis periculum adeo.
Sed his oneribus liberati fuerunt debitores introducto bene-
ficio cessionis de quo in l. 1. C. qui bon. cede. pos. quo casu datur
curator eius bonis, & illius autoritate hastæ subijciuntur,
plusque offerenti venduntur Crauet. cons. 213. n. 1. post Bald.
& Ange. relatos à Menoch. de arbitra. lib. 2. casu 183. nu. 19.
& videndus Couar. lib. 2. vari. cap. 1. nu. 6.

DE PERSONIS QVÆ OB DEBITA carcerari non possunt.

§. II.

S V M M A R I V M.

1 Graci ob auctorum bona loco publico proponebant.

Hh 2

2 Athē-

- 2 *Athenis in eorum agris debitorum nomen, & debiti quantitas insculpebatur.*
- 3 *Appellabatur locus signatus.*
- 4 *Debitores tributorum non poterant carcerari.*
- 5 *Plura de sequitia exactorum remissione.*
- 6 *Appellantur publicani quasi publici canes.*
- 7 *Laudatur I.C.D. Ioannes Ramos.*
- 8 *Innectua contra exactores.*
- 9 *Elegans Cassiodori locus.*
- 10 *Non potest carcerari Iuris Doctor pro debito ciuili, nec eorum filij viuente patre.*
- 11 *Licet statutum permitteret quemlibet quantumvis priuilegium posse carcerari.*
- 12 *Idem de Doctore Medico.*
- 13 *Non solum in Iuris, & Medicina professoribus, verum & in Pragmaticis, & his qui se curationi tradunt.*
- 14 *Decisio Senatus Brabantini.*
- 15 *Dummodo alia negotia veluti mercaturam non exerceant.*
- 16 *Resellitur Horatius Carpanus.*
- 17 *Studens non potest ob debitum carcerari.*
- 18 *Libri Scholarium possunt pignorari.*
- 19 *Facilius conceditur captura rerum quam personarum.*
- 20 *Sententia aduersus Bibliopolam, ut libros studioſo tradat non admittit appellationem.*
- 21 *Libri sunt alimenta ingenij.*
- 22 *Sunt instrumenta Sapientiae.*
- 23 *Intelligitur l. penult. D. ad exhiben.*
- 24 *In his alimentis non admittitur distinctio inter præterita, & futura.*
- 25 *D. Hieronymi locus explicatus.*
- 26 *Statutum Salmanticense circa libros studioſorum.*
- 27 *Frater non potest capi pro debito ad instantiam fratris.*
- 28 *Socius pro reliquis societatis carcerari non potest.*
- 29 *Proponitur species qua de facto Mediolani euénit.*
- 30 *Frater qui præmium quod fratrem bannitum occiderit, pe-tebat.*

31 De-

- 31 *Decisio Senatus Mediolani.*
- 32 *Confirmatur autoritate Cornelij Taciti.*
- 33 *Pupillus nec minor non potest capi pro debito ciuili.*
- 34 *Nemo potest carcerari nisi praecebat contumacia.*
- 35 *Hac non cadit in minorem.*
- 36 *Idem dicendum de filiofa.*
- 37 *Idem de milite armata militia.*
- 38 *Milites habent priuilegium ne conueniantur ultra quam facere possint.*
- 39 *Qui fruuntur hoc priuilegio, non possunt carcerari.*
- 40 *Militis opera Respublica sustinetur.*
- 41 *Refelluntur Ioan. Franciscus del Ponte, E³ Laderch.*
- 42 *Hoc priuilegium habet locum in Nobilibus.*
- 43 *De Feudatario videtur contrarium dicendum.*
- 44 *Septuagenarius pro debito non potest carcerari.*
- 45 *Sexagenarius potest.*
- 46 *Si debitum est fiscale non gaudet senex priuilegio.*
- 47 *Fiscus habet priuilegium, ut possit carcerari facere suos debitores.*
- 48 *Plura sunt priuilegia concessa senectui.*
- 49 *Quibus non censetur derogatum.*
- 50 *Statuto Mediolani maior an. 60. detineri non potest pro debito publico, vel priuato.*
- 51 *Debitum fiscale dicitur publicum.*
- 52 *Vectigalia à Fisco locantur.*
- 53 *Publica vectigalia dicuntur ex quibus vectigal Fiscus capit.*
- 54 *Qui ea conducunt dicuntur Publicani.*
- 55 *Pecunia fiscalis appellatur publica.*
- 56 *Causa Fisci dicitur publica.*
- 57 *Explicatur dictum statutum Mediolani.*
- 58 *Publicum est quod populo debetur.*
- 59 *Quae sunt Patrimonij Principis sunt veluti res priuatae Principis.*
- 60 *Priuatum debitum dicitur quod priuatis debetur veluti cuidam de populo.*

61 *Vnde*

- 61 Vnde explicatur proclamata circa milites militia & urbanae.
- 62 Statuentes nullam habent potestatem in principem.
- 63 Nec eum ligare voluerunt.
- 64 Intelligitur Statutum Mediolani cap. 65. vol. 2.
- 65 Enunciatio generalis debiti publici non trahitur ad Fiscale.
- 66 Senectus non prodest quando debitum est iuratum.
- 67 Decisio Senatus.
- 68 Priuilegium senectutis non habet locum in eo qui decoxit.
- 69 Intellige dolose.
- 70 Quia non iuuat debitorem ex delicto.
- 71 Legati Principum non possunt pro debito detineri.
- 72 Explicatur remissione l. 5. §. 1. D. de constit. pecu.
- 73 Etiam si in loco legationis contraxerint, dummodo ante legationem.
- 74 Gaudent priuilegio qui testimonij dicendi, vel indicandi, aut prouocandi causa sunt euocati.
- 75 Magistratus pertinet ad ius publicum.
- 76 Iudicare munus publicum est.
- 77 Pruvocatio est auxiliū necessarium aduersus iniquitatem Iudicis à quo.
- 78 Refellitur Petr. Barbosa.
- 79 Ius reuocādi domum habet is qui pruvocavit extra propriū domicilium.
- 80 Parentes visitantes filios scholares non possunt ibi detineri.
- 81 Approbatur distinctio Berlichij.
- 82 Conducentes victualia ad exercitum, vel Ciuitatem non possunt detineri.
- 83 Mulier pro debito ciuili Fiscali, vel priuato non potest detineri.
- 84 Etiam sit debitrix ratione administrata & tutela.
- 85 Quia & tunc habet priuilegium ne cōueniatur ultra quam facere potest.
- 86 Quid si huic beneficio renuntiauerit.
- 87 Bartoli sententia modificatur.
- 88 Refellitur Caccialupus.

89 Pra-

De debit. susp. & fug. Cap. 19. §. II. 247

- 89 Præter matrem, & auiam nulla mulier est tutrix.
- 90 Meretrix non gaudet hoc priuilegio.
- 91 Quia priuilegium conceditur ratione sexus, & pudicitiae.
- 92 Aliaratio.
- 93 Si mulier est nupta nequit carcerari.
- 94 Maximè si habitat cum viro.
- 95 Mulier etiam honesta poterit carcerari si mercaturam exerceat.
- 96 Debitor qui tempore contractus non fuerit soluendo carcerari non potest.
- 97 Bartolus existimat ad debitorem suspectū de fuga capiendum requiri probare quod tempore contractus esset soluendo.
- 98 Angelus gloriatur se hac de causa mille capturas irritas declarare fecisse.
- 99 Sed refellitur.
- 100 Si creditor tempore contractus probabiliter conditionem debitoris ignorare potuit, tunc non officit quod iam fuerit inops tempore contractus.
- 101 Idem si debitor dolosè creditorem induxit ad contrahendum cum eo tanquam cum diuite.
- 102 Si necessaria esset hac probatio superueniētis paupertatis, sufficeret illam iuramento probare.
- 103 Hominis cadauer sequestrari ob debita non debet.
- 104 Institores pro debitis suorum principalium carcerari non possunt.
- 105 Nec infirmus vel praco.
- 106 Pro minimo debito non potest quis carcerari.
- 107 Minimum dicitur usque ad duos aureos.
- 108 Omnes tamen supradicti si fugitiui sunt, vel de fuga suspecti possunt carcerari.
- 109 Fuga & suspicio facit ut creditor excommunicatus possit facere carcerare debitorem.
- 110 Pactum cameralē cuilibet priuilegio personali derogat, nec iuuat tunc habere stabilia.

Apud



PVD Græcos olim obæratorum bona loco publico proponebantur, vt probat Aristoteles lib. 2. *Rhetori. ad Theodecten.* † Quin Athenis in agris eorū qui ære alieno obruti vix soluendo essent, & debiti magnitudo, & debitoris nomen insculpebatur ne quis postea imprudens fœnus daret, vt colligitur ex Suida sub his verbis: *Terminos seu limites vocarunt Attici libellos oppigneratis adibus, & prædijs additos qui significaret oppignerata esse illa creditori* (vtinam hodiè hæc in vsu, non tot iurgia in foro) & meminit etiam Julius Pollux lib. 3. *Onomasticon cap. 9.* *Terminos, inquit, statuere regionum, lapis vero erat, aut coluna quadam ostendens quod locus esset ære alieno obstrictus, † de hoc autem dicebant, locus signatus est, ut contrarium eius esset non signatus,* notauit hæc eruditissimus vir Don Laurentius Ramirez de Prado in sua tessera legum sive otio astiuo ad explicationem tex. in l. super creandis 11. C. de iur. Fisci lib. 1 o. fol. 14. Sed hodiè alia signatio esset necessaria ne scilicet fraudarentur creditores mutuantes pecunias his qui ob priuilegia à iure concessa carcerari non possunt, qui autē hi sint erit huius capit inspectio.

Imprimis debitores tributorum nō poterant carceri mancipari ex l. 2. C. de exactor. tribut. lib. 10. quod etiam olim apud Athenienses obseruatum fuisse obseruaui ex Plutar. lib. de vita decem Orato. sub his verbis: *Cum Publicanus inquit manum in Xenocratem Philosophum iniecisset, eumque in carcerem traderet tributi nō soluti nomine, liberauit eum Lycurgus quia omnino duci quenquam hac de causa non opportuit, sed & quia tantum, tamque eximium virum minimè omnium duci opportuit, ipsumque exactorem ultra quam opporteret importunum iniuriosumque in carcerem coniici iussit.* † Sed & de sauitia, ac duritie horum exactorum, seu publicanorum † (qui Publicani appellantur quasi publici canes vt ait Peregrinus Ianninius lib. 1. de citat. reali cap. 2. num. 11.) videndi Amaya in comment. ad d.l. 2. in princ. usque ad nu. 11. † & nouissimè Don Ioannes Ramos del Manzano Magni Francisci à nobis non semel in hoc opere laudati filius, primarius olim in

De debit. susp. & fug. Cap. 19. § II. 249

in Ticinensi Gymnasio interpres Aduocatus Regius Fiscalis generalis in hoc Mediolani dominio, tati Patris dignus filius, omnigena eruditione refertus in erudita interpretatione tex.
in l. deprecatione 9. D. ad l. Rhodiam de iactu tit. de autoribus direptionis, & moribus Publicanorum. † Et sicut Amaya in uehitur in illos Bæticæ, & vtriusque Castellæ, vtique & ego possem cōtra alios apparitores exactoresue Camerale etiam declamare qui populos depopulantur ob ipsorum auaritiam, & nimiam crudelitatem, non ad exigendum debitum Fiscale seu Camerale (nam de hoc licet deberet esse illorum finis non curant) sed solum de exigendis expensis vulgo *capsoldo*, vnde populi in extremam incident miseriā Principi suo nō modicè damnosam, soluunt enim ingentes summas quæ si à Camera reciperentur magnam partem debiti singulis annis extinguerent, nunc cum in priuatas istorum exactorū manus, & vtilitatem perueniant Communia ipsa exhauriunt, & debitum, quod capitale vulgo vocant, non solum non minuunt, verum illud singulis annis maius efficitur, & vt dicebat scitè ad rem Liuius *deca. 1. lib. 6. eo ipso quod necesse erat solui, facultas soluendi impeditatur*, & isti homines Reipublicæ exitio reperti in dies ditiores redduntur, sed ve vobis quia pecunia vestra erit vobiscum in perditionem, † & cum Cassiodoro *lib. 12. vari. epist. 1 o.* sic vos adloquor: *Parcendo non parcitis, exonerando prægrauatis, & dum venales moras queritis, tributi onera duplicatis. Relinquite tādem crudelem misericordiam, beneficia tota destinatione fellita. Grauius percutit qui blandiendo grassatur, & sub indulgentia ladit qui consuetis temporibus exigere tributa distulerit. Et ideo definite aliquando possessorum damna mercari, quia totum constringi per incommoda redditis quod inquis dilationibus abstulisti.*

Nec etiam potest in carcerem mitti pro debito ciuili Iuris Doctor glof. *in l. medicos C. de profes. & medi. lib. 1 o. Matthe. not. 59. Iason. in l. generaliter in fine D. de in ius vocan. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 88. nu. 7. Ioan. Bap. Caccialup. de debito. suspec. & fugit. quæst. 5. nu. 9. Gomez. ad l. 87. & l. fin. Tauri nu. 17. Osual. ad Donel. lib. 27. comment. cap. 3. lit. GG.*

- 11 Roderic. Suarez *ad l. 2. fori legum lib. 2. quest. vlt. nu. 12.* Bouadilla *lib. 3. politi. cap. 15. nu. 29.* nec eorum filij saltem viuente patre, vt inquit Caccialup. † Et hoc procedit etiam si reperiretur statutum disponens quod quilibet possit pro debito ciuili carcerari non obstante quocunq; priuilegio, quia nunquam per illa verba censemur derogatum priuilegijs insertis in corpore iuris glof. *in l. 2. S. omnes, & in l. heres absens in princ. D. de indic. & in auth. quia in prouincia C. vbi de crimi. agi oppor.* Bart. *in Extrauag. ad reprimendam vers. non obstatibus* Petr. Barbosa *ad l. 2. g. legatis nu. 117. D. de iudi.* † Idem dicendum de Doctore Medico per d.l. *medicos C. de profes. & med. lib. 10.* Sed valde de hoc dubitare videtur Anto. Faber *in suo Codice lib. 9. tit. 29. definit. 9. & 10.* vbi in quo sit melior conditio Iuris peritorum, quam Medicorum late pertractat.
- 12 † Illud tamen commune ambobus dicerem quod sub nomine Doctorum comprehendantur non solum Iuris Professores, verum & Aduocati in foro versantes, sicuti, & Medicorum, appellatione non solum qui Medicinam legunt, verum & qui se curationi addicunt, par enim omnium priuilegium est, vt probatur ex l. si duas & S. est autem & numerus D. de excus. usio. Bouad. *vbi supra,* † & quandam arrestatum Medicum, absolutum, & dimissum sententia Senatus Brabantini etiam propter periculum quod ægris ex longa absentia illius qui in parua Ciuitate vnicus erat, imminebat, testatur Petr. Peckius *de iur. sisten. cap. 5. n. 9.* late Matthias Berlichius *conclusionum practicarum concl. 75. nu. 16. & seq. p. 1.* † Quod tamen intellege dummodo Doctores, & alij hoc priuilegio gaudentes se cotineant intra metas suæ vocationis, secus si alienis vel proprijs negotijs extra professionē se immisceant, veluti si mercaturam exerceant Matthæ. Colerus *de proces. execut. par. 2. cap. 3. nu. 162. & 163.* vbi ita cuidam Doctori non infimi nominis accidisse, & contra eum in prima, & secunda instantia fuisse pronuntiatum tradit, Brun. *trac. de ces. bono. q. 4. nu. 17. vers. fallit etiā in Doctoribus mercaturam exercentibus* Berlichius *vbi supra nu. 18.* † Sed reprobandus omnino est Horatius Carpanus qui super Statut. *Mediolani cap. 69. nu. 17.*
- 13
- 14
- 15
- 16

tom. 2.

De debit. susp. & fug. Cap. 19. §.II. 251

tom. 2. existimat priuilegium hoc solum admitti in Doctore
actu legente, sed & maiori ratione refellendus cum ad pro-
bationem solum Caccialupum *quasi. 5. quasi. 4.* adducat, qui
contrarium omnino affirmat.

Nō mittitur in carcerem Studens ob debitum ob causam
studiorum contractum in eo loco vbi studiorum causa inue-
nitur *auth. habita C. ne fili. pro patre* vbi non minima elogia
dantur studentibus, notauit Pickius *de iur. sisten. cap. 5. num. 1.*
Coler. par. 2. cap. 3. num. 158. & alij adducti à Berlichio *vbi*
supra num. 20. † quamuis enim libri, & aliae res Scholarium
pignorari possint, vt probat idem Berlichi. *conclus. 74. nu. 35.*
licet contrarium sentiat Peck. *vbi supra* qui ex Rebuffo re-
fert quosdam fuisse adlaqueum damnatos, quod studiosorum
libros detinuissent Tolosæ 1525. licet ego existimarem fui-
se non propter detentionem, sed quia eos exuferant, quod
tacuit Berlich. *d. conclus. 74. nu. 35.* † tamen secus dicendum
de personis cum facilius concedatur captura rerum, quam
personarum Guido Papa *decis. 324. nu. 1.*

Hinc notauit Don Alphonsus de Escobar olim Collegij
Conchensis Alumnus, & in Salmaticensi Academia Propri-
marius Canonum interpres *in celebri tract. de Ponti. Et Regia*
Jurisd. in Studijs Generalibus cap. 14. num. 27. non suspendi
appellatione sententiam prolatam aduersus Bibliopolam, vel
alium vt libros studio tradat Scacc. *de appella. q. 17. limit. 6.*
mem. 2. nu. 36. vers. extende, Et limit. 7. nu. 10. † quia libri sunt
alimenta ingenij, & quemadmodum in alimentis corporali-
bus exequutioni mandatur sententia licet ab ea appelletur,
ita & in his. † Sunt enim libri, vt animaduertit idem Escobar,
ex Plutar. *de educa. libero. instrumenta sapientiae*, & Seneca
de tranquil. cap. 9. instrumenta studiorum appellat, † & facit
I. penult. D. ad exhiben. ibi *Etiam studiosum alicuius doctrina*
posse dicere sua interesse illos aut illos libros sibi exhiberi, quia
si effent exhibiti cum eos legisset doctior, Et melior futurus es-
set, iunc. traditis à Cuia. in recitatio. ad l. 3. §. sciendum D. ad
exhiben. & à Fabro in ratio. ad d. l. penult. † Et vt notauit idem
Escobar *vbi supra nu. 19.* in his alimentis non admittitur dif-

25 ferentia inter præterita, & futura, quia semper studiis inge-
nium libros esurire præsumitur † iuxta illud D. Hieronymi
epist. 40. *Vtinam tractatorum omnium volumina haberem, vt*
26 *tarditatem ingenij eruditionis diligētia compensarem.* † Illud
tandem animaduertēdum est extare Satutum *in statutis Sal-*
mantiniis tit. 68. §. 10. quo cauetur vt libri Studiosorum capi
non possint pro debito ciuli nisi Studiosus probetur de fugā
suspectus, quod intelligendum esset docet idem Escobar
in appendice ad cap. 55. etiam si debitum ex alimentis de-
scendat, in librī tamen necessarijs, aut saltem vtilibus Stu-
diosis.

27 Fratrem non posse capi pro debito ad instantiam fratris te-
muerunt Iason. *in §. sed si quis nu. 1.* & Ioan. Faber num. 2. I. de
actio. Thesaur. decis. 119. per totam Surd. de alimen. quæst. 78.
nu. 6. Escobar de ratioci. cap. 35. nu. 8. Iannini. de citarea. lib. 2.
cap. 14. num. 1. Berlichi. d. conclus. 75. nu. 23. Mauson. de caus.
exequ. limit. 6. nu. 11. Paschal. de patr. potest. q. 2. cap. 9. nu. 29.
Hartman. Pistor pract. foren. lib. 2. tit. 18. obser. 2. nu. 13. Amat.
decis. 16. nu. 10. Gaitus de credito cap. 3. tit. 1. nu. 1105. Casta-
gna de benefi. deductio. ne egeat q. 13. nu. 8. ♂ nu. 27. ♂ 28. Et
licet contrariam sententiā teneat ex glof. Bart. & Bal. *in l. ver-*
rum 63. D. pro socio Gaspar Baeza de inop. debit. cap. 17. Petr.
de Vbald. tract. de societ. 15. par. colu. 2. Hector Felici. tract. de
societ. cap. 31. num. 61. Et Blasius Michalorius tract. de fratri.
par. 3. cap. 53. existimet supra expositam negatiuam senten-
tiā esse veram de æquitate, non tamen de rigore iuris, & li-
cet videatur fratrem non gaudere priuilegio ne conueniatur
vltra quam facere possit cum non numeretur inter eos quos
refert glof. *in l. sunt hi D. de re iudi.* imò glof. *in d. l. verum.*
D. pro socio expressè eos separat cum nullus contractus inter
eos initus reperiatur, bene vero inter socios, vnde cōclusum
fuerit per Senatum Taurinensem, vt testatur Thesaurus d.
decis. 119. nu. 1. fratrem posse conueniri in solidum, non ta-
men posse carcerari, & eam decisionem sequutus sit Antoni.
Leonillus de priuileg. pauper. priui. 168. nu. 2. & se ita iudi-
casse affirmet. Tamen certius est fratrem non posse capi ad
instan-

instantiam fratribus pro debito ciuili, nec teneri vltra quam facere possit vt vltra supra traditos probat latè ex sequentibus rationibus Lælius Altogradius *conf. 39.* † Etenim certum est socium pro reliquis societatis carcerari non posse quia vt dicitur *in l. verum 63. D. pro socio socij ius quodam modo fraternitatis inter se habent*, vnde si id societati conceditur quæ est id quod comparatur, multo magis fraternitati quæ est ratio conclusionis, & principale cui fit comparatio, imò si propter fraternitatem conceditur hoc priuilegium socijs videtur id fratribus concessum, cum id dicatur expressè sancitum quod in ratione legis continetur, cum ratio legis sit anima legis, & hoc casu non dicitur fieri extensio, sed comprehensio etiam in odiosis, & exorbitantibus Menoch. *conf. 324. nism. 10.* ♂ *conf. 339. nu. 10.* ♂ *11. Surd. decis. 19. num. 1.* Secundo quia frater tenetur alere fratrem glos. *in l. 1. vers. Parentum necessitatibus C. de alen. lib. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 25. nu. 5.* Marescot. *var. resol. lib. 2. cap. 83. nu. 41.* Ioan. Castagn *d. q. 13. num. 12.* ideo si agit ad solidum vel ad carcerationem contra fratrem videtur obstatre regula, dolo facit qui petit id quod statim restituturus est, & multis alijs rationibus id probat Altogradi. *vbi supra*, & per Rotam Lucensem ita iudicatum tradit: excepit tamen & rectè casum vñicum videlicet quando frater esset obligatus ad conseruandum indemnem alium fratrem qui molestia afficeretur, & cogeretur soluere id quod aliis frater creditor debet, hoc enim casu inconueniens est quod pro me meus frater in carcerem detrudatur, & quod ego velim vti contra eum tali beneficio. † Sententia vero affirmativa fuit validissimis argumentis ampliata, & corroborata per Aduocatos Augustini Holocati in Ciuitate Mediolianni contra Prosperum eius fratrem qui cum detineretur in carceribus ad instantiam Augustini fratribus, & creditoris, & è carcere aufugisset, in contumaciamque in pœnam capitis damnatus fuisse, petijt à Principe in gratiam recipi, & fuit dubitatum an sine ipsius Augustini satisfactione hoc facere possit, nam Princaps non facit gratiam debitori carcerato in uito creditore, & sanè tota difficultas erat an carcerari potuerit,

- rit, verum est quod ibi extabat Rescriptum Excellentissimi Gubernatoris quo cauebatur ne relaxaretur nisi prius satisfa-
- 30 cto dicto Augustino. † Detestanda sanè fratri prætensio im-
pietatis plena quæ in mētem venire facit alterius fratri ma-
iorem petulantiam qui à se occiso fratre bannito petiit sibi
31 assigari præmium bannitos occidentibus à Proclamate dari
solitum. † Senatus Mediolanensis solita in decernēdis proe-
mijs, & pœnis prudentia vsus sic respondit Prætori Varisij:
*Dilecte noster Auditis Senatu nostro his qua nobis retulistiſ ad
preces Francisci Brixiani petetiſ premium cridarum eo quia
interfecerit Horatium Brixianum fratrem suum famosum
bannitum, is Ordo venit in sentētiā predictum Franciscum
non posse consequi præmium, sed attentis litteris vestris eſe
excusandum, ita ut aliqua pœna non afficiatur. Mediolani die
32 13. Octobris 1593.* † Prudentissimè sanè iuxta elegantem
Taciti locum lib. 3. histor. quem iamdiu obseruatum in meis
notis habebam. *Celeberrimos authores, inquit, habeo tantam
victoribus aduersus fas, nefasque irreuerentiam fuisse, ut gre-
garius eques occisum à se proxima acie fratrem professus, præ-
mium à ducibus petierit, nec illis aut honorare eam cadem ius
hominum, aut vlcisci ratio belli permittebat.*
- 33 Nec pupillus potest pro debito detineri argumento l. ne-
que 22. D. de in ius vocan. nec minor 25. annis Bouadilla
d. lib. 3. polit. cap. 15. nu. 29. Carpanus ad Statuta Mediolani
cap. 69. nu. 9. & adeſt Statutum Mediolani cap. 243. vbi hoc
disponitur de minore an. 18. super quo latè Carpanus Cac-
cialup. d. quæſt. 5. num. 1. § 2. vbi de minore ita probat: † car-
ceratio fieri nequit nisi cum quis est contumax, vt videtur
34 probari ex l. nemo 2. C. de exacto. tribu. lib. 10. † contumacia
in minorem non cadit l. qui solidum 78. §. etiam D. de leg. 2.
l. cum minores 4. C. si aduer. rem iudica. cum rerum suarum
administratio ei concessa nō sit, & ex alijs rationibus ibi per
eum traditis Roderi Suarez in declara. l. 2. for. legum lib. 3.
35 quæſt. 4. num. 3. † Idem dicendum in filiofa. vt per eundem
Caccialupum nu. 8.
- 36 Nec miles armatae militiæ l. miles 6. l. item miles 18. D. de
37 re

De debit. susp. & fug. Cap. 19. §. II. 255

re iudic. & apud *Ægyptios* pro lege statutum, vt milites non possent pro debito carcerari, vt tradit Diodor. Siculus lib. 2. Sentiunt ita Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 88. nu. 9. Couar. lib. 2. varia. cap. 1. nu. 4. Caccialup. nu. 12. Berlichi. d. conclus. 76. nu. 15. † nam milites habent priuilegium ne teneantur ultra quam facere possint d. l. miles Caballi. resolu. crimi cent. 3. casu 294. nu. 314. Surdus de alimen. tit. 7. quæst. 31. num. 6. † & qui habent hoc priuilegium non possunt pro ære alieno incarcерari, vt post Bald. & Iasonem tenet Baetius de inope debito. cap. 16. nu. 83. † quia militis opera Respublica sustinetur, quæ posset periclitari milite in carcere coniecto, vt colligi potest ex l. milites C. de locato Baeti. vbi supra, quæ ratio respicit publicam vtilitatem Alexan. in l. Centurio nu. 9. D. de vulg. 6^o pupil. † Et si hæc est vera, & decisiva huius rei ratio, miror quare Ioannes Franciscus del Ponte de potest. Proregis tit. de assen. Regijs nu. 42. Laderch. conf. 30. nu. 2. voluerint regulam supratraditam habere solum locum in contractibus in bello, vel expeditione, aut belli causa contractis, secus in alijs: ratio etenim illa publica quam cōsiderabamus vtrisque, communis est. † Quod etiam extenditur ad nobiles, vt voluit Couar. vbi supra Coler. de proces. execut. par. 2. cap. 3. nu. 161. Berlich. vbi proximè Heringi. de fideiis. cap. 10. nu. 368. Gu-tierres de iura. confir. par. 1. cap. 16. Barbosa ad l. alia §. elegan-ter nu. 13. D. solut. Matri. Gomez. ad l. Tauri. 76. nu. 1. Baeti. de inope debit. cap. 16. à nu. 7. Narbona in 3. par. noua Recopil. lib. 6. tit. 2. lege 4. nu. 4. qui asserit hoc ideo esse ne ingenuitas qua pollent nobiles specie illa seruitutis carcere videlicet deformetur, latè Bouadilla lib. 3. polit. cap. 15. à nu. 20. vbi latè an huic priuilegio renuntiari possit tractat, & in Cathalonia extat super hac re Constat. cuius meminit Pegue. decis. 164.

De Feudatario dubitari potest maximè cum nullo videatur iure exceptus à regula generali, neque constet venire sub nomine Principalium, & sit dispar ratio inter militem, & Feudatarium: potest enim iste per substitutum Reipublicæ inferiū cap. 1. §. firmiter de prohi. feud. aliena. Rosent. de feudiis concl. 23. nu. 2. cap. 8. Schrader. de feud. p. 6. cap. 6. nu. 54.

Sep-

- 44 Septuagenarius de iure communi pro debito priuato capi non potest Intrigi. *conf. 18. nu. 1.* Caro. de Grassis tract. de except. in prelud. nu. 114. vers. idem est in sene Ancarra. *conf. 336.* Osascus decis. 123. nu. 3. Flauius Amendola in additio. ad *Vincent. de Franchis decis. 200. nu. 7.* † Sexagenarius vero potest, idem Ancar. *conf. 336. vers. his pramissis Osascus decis. 123. nu. 3. ad finem Carpa. super dicto Statuto 243. lib. 1.* immo senio cōfectum esse mitiori custodiæ tradendum tenuit Cacialup. d. quast. 5. nu. 6. Osascus d. decis. 123. Osual. ad *Donec. lib. 27. commenta. cap. 3. litt. GG.* † Si vero debitum sit Fiscalle non gaudere senem hoc priuilegio tenet Menoch. *conf. 916. lib. 10.* † quia Fiscus pro suo debito potest debitores carcerare *l. sacrilegi 9. 5. vlt. alias l. cum eo D. ad l. Iuli. pecula. Peregr. de iur. Fisci lib. 6. iii. 7. nu. 5.* Matthæ. Brunus de cesso. honor. quast. 4. quafito 9. † Nec obstat quod multa sint priuilegia concessa senectuti de quibus Baetius *de inope debit. q. 7.* Tiraquel. trac. de *penis leg. tempera. causa 8.* † cum ex his priuilegijs non censeatur derogatum priuilegio Fisci quod est insertum iuri communi, etiam si in eis reperiatur clausula non obstante quocunque priuilegio, vt supra de Doctore diximus, & probat Ruin. *conf. 228. in fine lib. 1.* Alia argumenta minus leuia tradit, & diluit Menoch. *vbi proximè.* † Sed maior difficultas est præsupposito dicto Statuto Mediolani 243. lib. 1. vbi cauetur maiores annis 60. detineri non posse nec capi pro aliquo debito publico, vel priuato: † etenim debitū Fiscale dicitur publicum Garon. *ad Constitu. Mediolani iii. de iur. E⁹ priui. Fisci art. 4. nu. 54.* Alciatus in *l. eum qui nu. 3. vers. qua propter D. de ver. signif. l. inter 17. S. publica D. eo. vbi debitum proueniens à vectigalibus dicitur publicum,* † & tamen hæc vectigalia à Fisco locantur, & conducuntur *l. 1. §. familia l. locatio §. fin. l. quanta 12. §. vlt. D. de publi. E⁹ vecti. l. omnium C. de vectig. E⁹ commis.* † nam publica vectigalia intelliguntur illa ex quibus vectigal Fiscus capit vt in *d. l. inter,* † & qui conducta vectigalia habent publicanorum loco sunt *d. l. quanta 12. §. vlt. E⁹ l. seq. D. de publi. E⁹ vecti.* † & pecunia Fiscalis appellatur publica *in l. 1. vers. publico D. ad .*

De debit. susp. & fug. Cap. 19. §. II. 257

D. ad l. Iuli. pecula. & debitor publicus l. vlt. C. quor. appell. non recip. & debita publica auth. sed hodie C. de aduoc. diuer. iudi. & etiam tributa Fiscalia §. opportet, & §. publicorum auth. de manda. Princi. † & causa Fisci publica dicitur, ut inquit Accur. in l. item veniunt §. in priuatorum ver. publica D. de petit. hered. Bart. in l. 1. §. 1. C. de pena iudi. qui male iudic. & in Constit. huius Domini Mediolani tit. de prohi. & conces. execut. §. consuetud. & in tit. de executi. & famul. ius dicent. sub nomine debiti publici continetur Fiscale, & considerat Menoch. ubi supra nu. 18. † Attamen verius cum eodem Menochio nu. 27. dicendum est non prohiberi eo statuto quo minus Sexagenarius possit pro debito Fiscali capi, nam debitum Fiscale neque est publicum, † cum publicum sit quod populo debetur l. bona l. inter 17. D. de verb. sig. † imò quæ in Fisci patrimonio sūt quoniam quasi priuatæ res sunt Principis, publici appellatione non continentur l. sed Celsus 6. l. pacta 72. §. vlt. D. de contr. emp. l. 2. §. hac interdictum 4. D. ne quid in loco publi. §. vlt. I. de empti. & vendi. §. res Fisci I. de usucap: nec etiam propriè priuatum debitum dici potest, † quia priuatum debitum est illud quod priuato debetur veluti cuilibet ex populo, multa congerit Petr. Rebuffus in l. pupillus §. munus D. de verbo. signif. † Vnde apud nos in practica inconcussé obseruatur quod licet ex Proclamate S. E. milites militiæ urbanæ non possint molestari pro debito publico vel priuato, non tamen cōprehenditur Fiscale, imò pro eo quotidiè incarerantur absque eo quod illos dicta exceptio iuuare possit. Sed vrgentior est secunda ratio tradita à Menochio nu. 36. quod scilicet statuentes nec potuerint, nec voluerint ligare Principem † non potuerint quia nullam habent potestatem statuendi in Principem, ut probat Menochi. conf. 250. nu. 19. lib. 3. Bart. in l. Lucius la 2. D. de fideicom. libert. Alciat. conf. 382. nu. 2. Alexan. in l. 1. nu. 1. D. quod quisq; iuris. † Nec voluerint quia ipsi statuentes sub Rubrica Quod iura municipalia seruentur in terris Ducatus, & Iurisdictione Medioli ni cap. 75. lib. 2. expressè sic statuerunt Ita tamen quod per præsens statutum non ligetur Camera ducalis, quæ vt notat

Kk ibi

- ibi Carpanus suos ordines separatos habet, notat Alban. *conf.*
 64 375. *lib. 2.* Et quod debitum Fiscale non sit publicum potest
 probari ex alio Statuto Mediolani *cap. 65. vol. 2.* vbi duin di-
 cit neminem posse capi in domo pro debito priuato, vel pu-
 blico, & addit excepto debito Fiscali supponit alia debita esse
 65 publica præter Fiscalia, † & quod generalis enūciatio debiti
 publici non trahatur ad Fiscale affirmat Bart. *conf. 169. nu. 2.*
 E 4. *lib. 1.* Bald. *conf. 400. nu. 3. lib. 1.* Menoch. *de arbitr. casu*
 203. *nu. 16.* *E* *casu 312. nu. 17.* Additur quod in casu de quo
 66 tractat Menochius debitum illud erat iuratum, † quo casu
 non prodesse senectutem docent Anch. *quest. 8. lib. 2.* & ex
 67 eo Carpa. *ad d. statutum 243. lib. 1.* † Vnde ita decisum fuisse
 per Senatum Mediolani die 16. Decembris 1592. vel vt ali-
 bi inueni notatum 8. Ianuarij 1593. contra Ioannem Bapti-
 stam Porrum Sexagenarium Fisci debitorem cōcludit idem
 Menochius *vbi supra*, qui Porrus postea in carceribus dece-
 sit vt notatum reperi in quibusdam notis super Constitutio-
 nibus. † Hoc autem Statutum de Sexagenarijs non habet lo-
 cum in mercatoribus fide fragis qui fugam actualem ab hoc
 dominio fecerint, & creditori non satisfecerint: hi enim
 etiam si sexagenariam excesserint ætatem nō solum detineri
 possunt, verum & poena mortis vel triremium arbitrio Prin-
 cipis, vel Senatus plectuntur, vt cauetur *in Novis Constitutionibus tit. de offi. Abbat. Mercato. §. quicunque.* † Quod tamen
 69 intellige de decoctore doloso, non de eo qui absque fraude,
 vel dolo effectus est non soluendo Brun. *de cessi. bono. quest. 4. princi. quest. 5. nu. 2.* Menoch. *de arbitr. q. 90. nu. 19.* Auēdaño
 super l. 4. *E* 5. *tit. de las exceptiones nu. 57. limit. 2.* Baeti. *de inop. debit. par. 2. cap. 4.* Stracc. *de decoc. par. 4. nu. 2. vers. ego ve-*
 70 *ro Parisi. conf. 94. num. 60. lib. 1.* † Et ratio dicti Statuti est quia
 tunc debitum prouenit ex delicto quo casu non iuuaret ex-
 ceptio senectutis, vel alterius priuilegij quia debitor non est
 propriè is qui debet delicti causa l. sed eisī 4. §. quanquam ibi
 quanquam autem ex contractu in id quod facere potest actio
 in eum datur, tamen ex delictis in solidum conuenitur D. quod
 cum eo qui in alie. potest. vbi Alberi. Alexan. in l. 1. nu. 43. Ripa
 num.

De debit. susp. & fug. Cap. 19. §. II. 259.

*nu. 95. D. si cert. peta. Gaspar Baetius de inope debito cap. 15.
nu. 10. & Prætor non succurrit in delictis l. auxilium 37. §. 1.
D. de minor. tum etiam quia lex debet magis fauere creditori
ex delicto, quam ex contractu, vt ei qui quodammodo ex ne-
cessitate contrahit cum delinquentे, & nō voluntarie, quod
non esset vbi priuilegium concessum debitori extenderetur
ad eum qui ratione proprij delicti debet. Debet tamen sexa-
genarius habere sexagesimum annum completum arg. tex.
in l. 3. D. de iur. immunit. & ita decisum fuit per Senatum
Mediolanensem 11. Iulij 1642.*

Adeo autem iuuat ætas illa sexagenaria, vt non obstante dispositione Nouar. Constitutionum huius dominij §. quo-
tiescunque tit. de offic. Abbat. & Conf. Mercat. vbi conceditur creditori facultas, vt possit detineri facere debitorem ex cau-
sa litterarum cambij præcedente solita protestatione, nihil-
ominus non censeatur derogatum dicto statuto Mediolani priuilegium hoc Sexagenarijs concedenti, vt declarauit Se-
natus die 1. Februarij 1584.

Legati Principum non possunt pro debito arrestari. l. 2. §. 71
legatis l. si quis 8. D. de iudic. † (cui ne obstat l. 5. §. 1. D. de
consti. pecu. videndus Donel. lib. 17. commenta. cap. 14. ad finem
aliter Osual. ibi litt. N.) Bouadilla lib. 3. polit. cap. 15. nu. 39. ne
scilicet ab officio suscepto Legationis euocentur l. non alias 72
24. §. vlt. l. de eo 26. ibi ne impediatur Legatio D. de iudic. l. si
legatus 30. D. ad S.C. Trebel. auth. de Satis Episc. §. si quis Epi-
scopus, aut Clericus vers. si vero colla. 9. Peckius de iur. sisten.
cap. 5. num. 7. Coler. de proces. execu. par. 2. cap. 3. num. 191.
Bart. & Bald. adducti à Berlichio d. conclus. 75. n. 26. † etiam si 73
in loco legationis contraxerint, dummodo ante legationem
contractum fuerit, vt expressè cauetur in d. l. 2. §. omnes 4.
vers. ceterum Petr. Barbosa ad d. §. legatis nu. 104. secus si post
l. cum furiosus 39. §. vlt. D. de iudi. Barbosa vbi supra nu. 122.
quod procedit non tantum in terra vbi habent legationem.,
sed etiā in illis per quas transire, & remeare coguntur, vt per
Bart. Innocent. & Colerum adductos à Berlichio vbi supra
num. 27.

- 74 Gaudent etiam eodem priuilegio qui testimonij dicendi iuxta l. si quando C. de testi. vel etiam iudicandi, aut prouocandi causa sunt euocati ad eum locum vbi cōtraxerunt, vel soluere promiserūt d. §. legatis quia vt ibi dicitur reuocandi domum suam ius datur arg. l. succurritur 26. §. vlt. vers. idem, puto D. ex quib. caus. maio. Coler. de proces. p. 2. cap. 3. nu. 197. glos. in cap. vlt. de foro compet. vers. compelli Bart. in d. §. legatis nu. 2. vers. inde si unus de aliqua Ciuitate Berlich. d. concl. 75. nu. 28. ¶ 29. Petr. Barbosa in comment. ad d. §. legatis nu. 280. ¶ seq. Anto. Faber in ratio. ad tex. in d. l. 2. §. legatis qui quo ad eos qui testimonij causa euocati sunt ideo esse ait quia sequuti fuerūt fidem Magistratus à quo euocantur, quæ fides publica est, † quia Magistratus pertinet ad ius publicum l. 1. §. huius studij D. de iust. ¶ iur. & habent necessitatem parendi imperio cuius euocantur l. 3. §. vlt. D. de testi. & Barbosa affirmat ex causa necessaria illum venisse. Tum & qui iudicandi causa sūt accersiti vt inquit Faber † quia iudicare munus publicum est l. quippe 78. D. de indic. duplii vero ratione, vt animaduertit Barbosa num. 281. dicitur esse hic ex causa necessaria, tum quia euocatus est à superiore, tum etiā quia vocatur ad suscipiēdum munus publicum quod necessario subeundum est l. fin. §. iudicandi D. de muner. ¶ honor. Duare. in cōment. ad tit. de Iudicijs Rubr. de foro competentii. De eo quoque qui prouocauit inquit debere hoc beneficio gaudere, † quia est auxilium necessarium aduersus iniquitatem Iudicis à quo, & nihil potest imputari ei qui ad cōmune ius confugit l. 3. §. falsus D. rem rat. habe. Nescio autem qua ratione postea Faber Triboniano adscribere velit verba tex. ibi prouocationis exercenda præcipue cum is qui prouocauit videatur remissus ad Iudicem appellationis ad tex. in l. ad cognitionem, 13. D. quib. ex caus. in posse. eatur Anto. de Matthe. de prorog. iuris dic. nu. 48. Et in eo tantum differt hoc vltimum exemplum à primis, quia in illis necessitas est præcisa l. 1. D. si quis iudicen. non obtemp. in hoc necessitas est causatiua, ne scilicet victus amittat ius suum Castren. ad d. §. legatis num. 4. Ange. Areti. in l. 1. nu. 1. D. eum qui appell. in Prouin. defend. Panor. in cap.

De debit. susp. & fug. Cap. I9. §.II. 261

cap.fin.nu.46. Maria.nu.66. de foro compe. pulchrè Petr. Barbosa *in d. §.legatis num. 287. Et seq.* † qui displicet quatenus hoc priuilegium reuocandi domum non vult concedere vi-
etori qui obtinuit sententiam, & ad eam defendendam Romam se contulit, etenim omissis argumentis quibus hoc probare intendit, quæ refellere non vacat, certum est hunc venisse necessitate causatiua ne perderet ius quod per primam sententiam adquisiuit, quod non ita fortè corroborare sciet procurator, & hæc procuratoris ratio sicut non militat contra eum qui prouocauit, ita nec aduersus illum qui in primo iudicio obtinuit. † Illud tamen verum est quod notauit idem Barbosa *nu. 298.* videlicet quod ut prouocanti proficiat beneficium reuocandi domum opportet quod peregrinatus sit, hoc est quod prosecutus fuerit appellationem extra locum proprij domicilij ut probat *l. sed si per Pratorem §.fin. D. ex quib.cau.maio.* & elicitur ex *l. i. D.eum qui appell.in Prouincia defend. d.l.ad cognitionem Maria.vbi supra nu.62.* & ita si Iudex appellationis residet in loco domicilij appellantis non habet ius reuocandi domum Angel. *in d. §.legatis nu.5.ad finem,* & licet videatur obstare *vers.ei quoq; d. §.legatis,* tamen optimè respondet Barbosa quod si de appellatione cognoscitur intra Prouinciam appellantis, vel in loco originis propriae, vel paternæ, extra tamen domicilium appellantis, competet ei priuilegium reuocandi domum Castren. *d. §.legatis nu.6.Maria.vbi supra nu.63.* Anto.de Matth.*de prorog.iurisd.* nu. 48. *vers. quod ius.* Secus si non egrediatur proprium domicilium, nam cum tunc in loco domicilij sit, & sic non fuerit peregrinatus, non habebit prædictum priuilegium.

Sed & parentes visitantes filios suos scholares, nuncij vel famuli pecunias, vel alias res in loco studij adferentes non possunt pro debito personaliter detineri Coler.*de proces.exe-cut.par.2.cap.3.nu.159. glos. in d. §.legatis ver. ob aliam cau-sam Bart.ibi nu.4.vers.ita etiā, & Paul.Castren.nu.4. Rebuff. de priuile.Scholar.priuile.77. Couar.practi.quest.cap.25.nu.1. ad finem.* Et licet Anto.Fab. *in ratio.* aliter sentiat, & Barbosa *vbi supra num.328. Et seq.* conetur probare contrarium quia licet

- licet sit causa probabilis, & iusta, tamen non est necessaria : attamen ego contrarium libenter affererem , cum sit causa non ad propriam solum, verum & ad publicam vtilitatem respiciens, vt sic pater videat vtrum filius proficiat in studio, & litteris incumbat , quod communi bono aliquando cedere debet. † Nisi mauis distinguere cum Berlichio *d.conclus.* 75. *nu. 11.* ita vt nostra sententia vera sit si in loco non contraxerunt, si vero in loco studij contraxerunt , aut ibi soluere promiserunt, aut longo tempore in fraudem creditorum moram traxerunt, tunc poterunt personaliter detineri Rebuff. *d.priuile.* 77. Peckius *de iur.sistens.cap. 5.nu. 3.* qui *num. 5.* † idem priuilegium habere eos qui ad exercitum commeatum adferrunt affirmat. Imò & cōducentes virtualia ad Ciuitates eundo , & redeundo non possunt personaliter detineri , nec pro debito publico, vel priuato , vt habetur in *Nouis Constit. sub tit. De exequitio.* Et famul. ius dicen. §. has tamen, & an habeat locum si sunt debitores Fisci, pete ex his quæ supra hoc §. *nu. 39.* diximus , sed & de Naucleris , & Nauicularijs plura in §. sequenti.
- 83 Mulier quoque pro debito ciuili, Fiscali, vel priuato, non potest detineri auth. *hodie C. de custo. reor.* quæ est repetita in auth. *sed hodiè C. de offi. diuer. iudi. nouel.* vt nulli iudicium cap. *necessarium 9.* Menoch. *de arbitr. iudi. lib. 1. quæst. 88. nu. 10.* Et seq. Caccialup. *de debit. suspe.* Et fugit. *quæst. 5. nu. 22.* Roderic. Suarez *in declara. l. 2. fori. lib. 2. quæst. vlt. nu. 6.* Couar. *lib. 2. vari. cap. 1. nu. 3.* Bouadilla *lib. 3. politi. cap. 15. nu. 30.* Osual. *ad Donel. lib. 27. commen. cap. 3. litt. GG.* Baeti. *de inop. debit. cap. 14. nu. 3.* Carpan. *ad Statuta Mediolani cap. 243. 10. 1 nu. 10.* apud quem antiquiores citatos reperies, & apud Berlichium *d.conclus.* 75. *nu. 30.* Quod etiam procedit in matre debitrice ratione administrationis tutelæ filiorum Præpos. *in cap. ex parte de appella.* Placa *in epito. delict. lib. 1. cap. 34. nu. 13.* Menoch. *vbi proximè num. 12.* Gutierrez. *lib. 2. practic. quæst. 26.* † cum etiam hoc casu habeat priuilegium ne cōueniri valeat ultra quam facere possit Bart. *in l. si quis sub conditione nu. 20.* D. *de testamen. tut.* Et in auth. matri, Et auia *nu. 13.* C. quan. mul.
- 84
- 85

De debit. susp. & fug. Cap. 19. §. II. 263

- mul.tut.offi.fun.pos.* Bouadilla d. cap. 15. num. 31. † Sed quando mater omni legum priuilegio renuntiauit, vt iam ab omnibus mulieribus in omnibus contractibus fieri solet, tunc sentiunt multi relati à Couar. & Carpano supracitatis posse mulierem dicti debiti tutelaris causa carcerari, sed contra eos optimè expedit Couar. doctrinam ipsiusmet Bartoli d.nu. 20. dicentis matrem filiorum tutricem nō obstante generali renunciatione habere priuilegium ne conueniatur vltra quam facere possit, quod si verum est, dubio procul erit non posse carcerari, cum si bona habeat, contra bona agi debeat, si non habet nō tenetur vltra Bouadilla d. cap. 15. nu. 30. tum etiam, quia renunciatio illa generalis nō derogat priuilegio mulieris corpori iuris inserto, vt de alijs supra expēdebamus. † Ego libenter huic sententiæ adhæreo, nisi casu quo mater de dicto beneficio in specie certiorata ei specificè renunciauerit, quia tunc renunciatio illa cum sit fauore filiorum valet. † Vnde refellendus omnino venit Caccialup. *de debit. susp. & fugi. d. cap. 5. nu. 26.* vbi dicit quod si ista mulier quæ est tutrix esset mater, & auia, tunc gauderet beneficio: † etenim *in auth. matri, & auia C. quan. mul. tut. offi. fun. pos.* dicitur *Præter has (matrem scilicet, & auiam) autem alijs mulieribus interdicimus officium tutela subire.*
- Excipitur tamen ab hoc priuilegio mulieribus concessa meretrix, vt probat Menoch. *vbi supra nu. 13.* Cotta in memor. ver. meretrix Brunus *de ces. bono. quest. 4. quæsto 1. nu. 3.* Cynus *in auth. sed nouo iure,* & iuxta d. Statutum Mediolani est indubitatum ibi, nec mulieres bona fama, exornat pluribus Carpa. *ibi nu. 10.* Bouadilla d. nu. 30. † Ratio vero est quia priuilegium hoc conceditur mulieribus ob fauorem sexus, & pudicitiæ qui cessat in meretrice, † sed verius dici potest iura præcipue tex. *in d.l. 1.C. de offi. diner. iudi.* loqui de matre familias, quod nomen in meretricem nō cadit. † Si vero fuerit nupta negat Gutierrez d. quest. 27. posse carcerari Deci. *in l. sœmina nu. 73. D. de Reg. iur. Capici. decis. 44. num. 3.* Cotta *vbi supra Dueñas reg. 312. limit. 1. vers.* quod tamen Socin. *reg. 217. vers. tertio limita,* † quod intellige vbi habitat cum viro

- viro ob reuerentiam Matrimonij, etenim si cum eo non habitat, vel maritus tacite, vel expressè turpitudini consentiat, tunc poterit carcerari Menoch. *ubi supra num. 14.* Brun. *decessi.bono.quest.4. quæsito 1. num.8.* & alij adducti à Carpano *ubi supra num. 20.* ¶ *seq.* † Poterit etiam mulier carcerari si mercaturam exercet Peckius *de iur. siften. cap. 5. nu. 14. vers.* ¶ *Et quemadmodum mulier mercatrix Berlich. nu. 32. Bouadi. d. cap. 1,5. nu. 34.*
- 96 Debitor qui tempore contractus iam non erat soluendo, carcerari non potest *l. si ab arbitro 1 o. D. qui satisfid. cog.* quasi scilicet sibi imputari debet debitor quod cum eo cōtraxit cuius cōditionem scire debuisset *l. qui cū alio 19. D. de Reg. iur. arg.* *l. qui bona 1 3. §. de illo D. de dam. infec. l. fin. vers. siquidem C. de sponsal. l. 3. §. ult. D. ut in posse lega.* Natta *conf. 43 o. nu. 12. lib. 2. Anto. Gomez. lib. 2. uari. cap. 11. nu. 57.* Petr. Barbosa qui plures refert in *l. in omnibus nu. 60. D. de iudic.* Plura circa hanc materiam congerit Suarez *in declar. l. 2. fori legum lib. 2. quest. incipiente Sed attende nu. 32. 33. 34.* ¶ *39.* † Ideoque Bart. *in d. l. si ab arbitro 1 o. asserit malè facere Aduocatos,* qui debitorem tanquam suspectum de fuga detineri instant nulla Iudici fide prius facta de eo quod debitor ille tempore cōtractus erat soluendo, posteaque mutauerit conditionem. †
- 97 Qua Bartoli sententia Angelus *in §. supereft l. de actio. gloria-* tur se mille capturas irritas declarare fecisse. † Sed nescio apud quos Iudices, cum ex *d. l. qui cum cum alio 19. præsum-* ptio oriatur fauore creditoris de quo non est præsumendum suum iactare voluisse, vnde incumbit onus probandi ipsi debitori se iam tempore contractus in eadem qua nunc reperi-
98 ri fortuna. † Optima est doctrina Petri Peckij *de iur. siften. cap.*
99 *5. nu. uli.* qui asserit quod si creditor tempore contractus cōditionem debitoris probabiliter ignorare potuit vt pote si campor erat publicè idoneus reputatus, sed latenter, & oc-
cultè inops, tunc inopia illa etiamsi fuisset tempore contra-
ctus non debet officere creditori quominus illum detinere
facere possit Ange. *ad l. creditores D. de priui. credi. ex l. liber-*
to 21. §. Largius in fine D. de annu. legat. Alexan. in l. 2. D. solu-

Matri.

De debit. susp. & fug. Cap. 19. §.II. 265

Matri. Hierony. Cagno. in d.l. qui cum alio 19. † Idem dicen- 101
dum si probari posset quod debitor dolo creditorem induxit-
set ad contrahendum cum eo tanquam cum diuite Castren.
*ad l. etiam D. solut. Matri. Alexan. ad d.l. 2. Roderi. Suarez in
declar. legis Regni super lege 2. for. legum lib. 2. quæst. incipiente*
Sed attende nu. 40. Iannini. de citat. reali lib. 2. cap. 1. nu. 32. † 102
Illud tamen animaduertendum omnino est casu quo necef-
sarium esset deducere paupertatem superuenisse post cōtra-
Etumdebitum, sufficere illud iuramento probare Iannini. d.
cap. 1. num. 31.

Hominis cadauer sequestrari ob debita non debet, sed se- 103
pulturæ tradendum l. *cum sit C. de sepul. uiol. pulchrè Couar.*
& Pechi. ubi supra, ille num. 10. & iste nu. 17. apud quos plu-
ra, eaque eruditione plena inuenies, quæ non transcribo, so-
lum addo gregarium militem apud Tacitum lib. 1. annal. ibi
ne hostes quidem sepulturam inuident.

Sed nec mercatorum ministri quos vulgo factores, vel in- 104
stitores vocant pro debitibus suorū Principalium carcerari ne-
queunt cum non proprio, sed alieno nomine contraxerint
l. ult. D. de instit. actio. Berlich. d. conclus. 75. nu. 38.

Nec infirmus, vel præco dum proclamat edicta publica, 105
potest pro debito carcerari, vt tradit Bouadilla d. lib. 3. polit.
cap. 15. nu. 29. & 39.

Quæcunque tamen persona sit etiam nō priuilegiata pro 106
minimo debito carcerari nequit arguimento l. *si quis 9. s. ult.*
D. de dolo Guido Papa decis. 324. num. 1. Tuschus conclus. 79.
nu. 6. li. 1. C. Natta conf. 430. num. 8. volu. 2. Pecki. de iur. sisten.
cap. 5. nu. 20. & alij quamplures tradiți à Berlichio ubi supra
num. 34. quibus addo Corsetum tract. de mini. 1. par. vers. 66.
Seraphin. de priui. iura. priui. 7. num. 38. Ruginellum practi.
quæstio. cap. 12. nu. 6. Tiraquel. ad tit. de iudi. in reb. exig. feren.
nu. 44. Ianninium de citat. rea. lib. 2. cap. 1. à nu. 247. usque ad
326. varijs argumentis, & exemplis id probans. † Minimum 107
autem debitum dicitur usque ad duos aureos l. *idest 10. D. de*
dolo Caccialup. quæst. 3. n. 7. Menoch. lib. 2. de arbitr. iudi. casu
145. nu. 2. qui duo millia festertium constituere notauit Cu-

iaciens ad Paulum lib. 11. ad Edictum in d. l. i. deft 10.

- 108 Omnes tamen supradicti si fugitiui, vel de fuga suspecti sunt poterunt carcerari, prout de Scholaribus affirmat Pecki. cap. 5. num. 2. de Doctore, & milite Caccialup. *de debi. suspe. quast. 5. nu. 22. de muliere Brun. tract. super Constit. ver. fœmina pro debito vers. quod verum Dueñas reg. 3 12.* Carpanus super d. Statu. cap. 253. num. 19. Frater quoque ad instantiam fratris si est suspectus de fuga poterit carcerari non ut soluat, vel de soluendo caueat si non habet vnde soluat, quia ut vidimus non tenetur ultra quam facere potest, sed ad hoc ut videatur an sit soluendo, alias facillimo negotio fraudari possent creditores, & idem dicendum de alijs personis priuilegiatis, ne in earum arbitrio esset ipsa fuga eludere creditores.
- 109 † Sicut & suspicio fugæ facit ut excommunicatus creditor possit facere debitorem suum carcerare ut vult Pecki. cap. 3. nu. 1. Ripa in cap. 1. nu. 88. vers. undecimo amplia de iudici.
- 110 Iannini. *de cita. rea. lib. 2. cap. 7. nu. 1.* † Pactum autem cameralē cuiilibet priuilegio personali derogat, & ita quilibet priuilegiatus potest carcerari Massue. *in for. obli. camer. in fine Farina. de carcer. quast. 27. nu. 85.* Imò etiam si habeat stabilia capi poterit, ut nouissimè concludit Ioannes Baptista Antonellus *conf. 1. nu. 13.*

DE NAVICULARIIS, SEV NAVCLERIS
 publicas species transportantibus, & de saluo cōductu eis,
 & victualia Ciuitatibus deferētibus concessō ad interpretationem *Rubrica C. de Nauicu. seu Naucle. publ. speci. transpor. lib. 11. Et l. 1. C. eo. tit.*

§. III.

S V M M A R I V M.

- 1 Species publica idem quod fiscales.
- 2 Vectigalia publica appellantur si ad Fiscum pertinent.
- 3 Etiam ea quae in Patrimonio Fisci erant.
- 4 Causa Fisci publica vocatur.

5 Spe-

- 5 Species Fiscales appellantur.
 6 Alibi solas species.
 7 Alibi Annonaria species.
 8 Et etiam subsidia.
 9 Et frumentarij commeatus.
 10 Et species frumentii, uel olei.
 11 Appellabantur subsidia respectu Vrbis Roma.
 12 Roma Hispaniensibus commeatis adiuta.
 13 Olim Sicilia, & Sardinianutrices Roma appellabantur.
 14 Annona pignora, &
 15 Fiscalia horrea.
 16 Scilicia, Affia, & Sardinia subsidia Reipub. uocantur.
 17 Rex Gothorum restituit Roma iriticeas copias Hispania.
 18 Sic ex quocunque littore Hispania uenientes non impedi-
 bantur.
 19 Nauicularij Hispaniarum ad extraordinaria officia non
 tenebantur.
 20 Intelligitur Taciti locus.
 21 Nostris temporibus Roma Hispano auro adiuta.
 22 Hoc iam olim eueniebat.
 23 Nunc India aurum ad reliquas Prouincias Hispani di-
 fundunt.
 24 Solorzani exclamatio ad Hispanos nostros.
 25 De iure communi prohibita exportatio auri, & argenti.
 26 Probatur ex Cicerone.
 27 Mille, & quingenti millones exportati ab Hispania in
 alias Prouincias.
 28 Gallia erat pauperrima, & nunc Hispanicis diuinitijs est
 ditata.
 29 Non habebat, nec potuit colligere pretium redemptionis Re-
 gis Ioannis ab Anglis capti.
 30 Status nostra Hispania circa aurum, & argentum descriptio.
 31 Nauicularij in triplici differentia.
 32 Alij qui vebunt publicas Annonas.
 33 Alij qui negotiantur.
 34 Alij qui fabricant Naves.

- 35 Qui dicantur Naucleri.
 36 In Vrbe fuit Corpus, seu Collegium Nauiculariorum, quod succedebat Nauiculario ab intestato.
 37 Quæ requirebantur ut quis Priuilegijs eorum frueretur.
 38 Nauicularius quis etiam dicebatur.
 39 Comiti Horreorum pertinebat cura delegandi ad portandas species.
 40 Rome erant horrea publica.
 41 Bellum indictum fuit quia Nauicularij iniuriosè tractati.
 42 Nauicularij necessarij ad conseruandas Annonas Vrbium.
 43 Nauicularij sunt Nauium domini.
 44 Nauicularij nomine Magistrum domini cōprehendūtur.
 45 Intra quinquennium muneris publici vocationem habent.
 46 Explicatur l.semper 5. §. negotiatores D.de iur.immu.
 47 Immunitas hac non conceditur his qui Nauem agunt.
 48 Aliud est esse Nautam, aliud Nauis dominum.
 49 Sed concedebatur Negotiatoribus qui Annam iuuabant.
 50 Dionysius Gotofredus quomodo explicet l. 5. §. negotiatores D.de iur. im. & l.nauicularij 5. D.de muner. & honor.
 51 Referitur l.pro commoditate 7. C.Theodos.de nauicula.
 52 Explicatur l.1. C.de nauicul.lib. 11.
 53 Periinet ad Annam Vrbis Roma.
 54 Diui Gregorij locus ad eius explicationem.
 55 Exponitur l.4.C.Theodo.de nauicul.
 56 Intelligitur l.8.C.Theodos.eo.tit.
 57 Nulla vis potest fieri nauicularijs.
 58 Concussio quid sit.
 59 Verbum unum modum quid contineat.
 60 Non venit secure qui non potest redire.
 61 Refellitur Domini. in can.disciplina 15. distinc.
 62 Quæ maioris declarationis causa inferuntur, ius commune non ladunt.
 63 Explicatur l.sicui 38. §.tandis D.ex quib.cau.maio.
 64 Et l. qui mitiuntur 35. §. vlt.D.eo.
 65 Et cap.quia §.tempus de concess.prab.& cap.statutum §.fin. de rescrip.in 6.

66 Sal-

De debit. susp. & fug. Cap. 19. §. III. 269

66 Saluàconducta, seu Giudatica originem habent ex d. l. I.

C. de nauicul. lib. II.

67 Simile Saluumconductum concessit Rex Petrus III. Ciuitati Barcinona.

68 Refertur primum Priuilegium.

69 Refertur secundum Priuilegium.

70 Tertium Priuilegium quo utitur Ciuitas Barcinona.

71 Ioannis Pauli Xammar censura.

72 Refellitur eius sensus.

73 Quid sit bellum mouere.

74 Regij Cathaloniae Senatus decisio in corroborationem horum Priuilegorum.

75 Deputati Cathaloniae, & Consiliarij Ciuitatis Barcinona solent in rebus arduis consulere Regios Senatores.

76 Explicatur Constit. 20. tit. de rebus prohib. Officia.

77 Doctoribus Regij Consilij Cathaloniae aliquoties fuit permisum à Domino Rege ut possint aduocationis munere fungi in aliqua graui causa, in qua non possunt uti Iudices vovere.

78 Alia decisio eiusdem Senatus.

79 Observantur etiam hac Priuilegia in Curia Vicarij, qui est Index Ordinarius Barcinona.

80 An hac Priuilegia comprehendant debitores de fuga suspectos.

81 Sub generali dispositione qualibet persona etiam priuilegiata continetur.

82 Debitor suspectus de fuga potest ab ipso creditore capi.

83 Et etiam die feriato in honorem Dei.

84 Suspectus de fuga si vadit ad Nundinas potest capi.

85 Casus suspicionis fuga non reperitur exceptuatus in materia Saluiconductus.

86 Saluus conductus non comprehendit facinorosos homines.

87 Est introductus in fauorem misericordum.

88 Priuilegia supra tradita fuerunt introducta ob publicam utilitatem.

89 Saluus conductus est latè interpretandus.

89 Spe-

- 90 Spectat ad Principis honorem illius obseruantia.
- 91 Concessus viro comprehendit uxorem.
- 92 Suspectus de fuga beneficijs legalibus non gaudet.
- 93 Saluus conductus intelligitur concessus rebus sic stantibus.
- 94 Priuilegium non prodest ei qui illo abutitur.
- 95 Saluus conductus non trahitur ad ea quæ post concessionem contingunt.
- 96 Extenditur etiam ad debita iurata.
- 97 Quo casu solet Sindicus Ciuitatis ad vitandum periurium debitoris, comparere.
- 98 Non prodest si est obtentus quando iam exequitio contra debitorem est incpta.
- 99 Seruus pœna qui cum triremi victualia deferente venit saluo conductus gaudet.
- 100 Latrones publici, neque monetarij non gaudent hoc priuilegio.
- 101 Neque illi qui in Ciuitatem Barcinonæ cui Privelegia concessa fuerunt delinquerint.
- 102 Nec debitori si in eo probatur fraus.
- 103 Qui promisit de iudicio sistere siue datis siue non datis fideiussoribus an gaudeat priuilegio, vel guidatice ore tenus à Principe concesso.
- 104 Iste dicitur captus.
- 105 Non dici capium tenent plures.
- 106 Discrimen inter saluum conductum concessum à lege, vel à Principe.
- 107 Sub fideiussione constitutus videtur captus lato modo.
- 108 Hac priuilegia non comprehendunt naues viuentorum adoram Barcinonæ projectas.
- 109 Nisi mutato consilio merces, &c. victualia exorterent in Portu ut vendantur in Ciuitate.
- 110 Casus successus in Villa mariti super quo disputatu fuit de viribus cuiusdam salui conductus.
- 111 Saluus conductus omnino obseruari debet.
- 112 Nemo debet sub fide publica circumueniri.
- 113 Imo est species proditionis.

Etiam

- 114 *Etiam si Iudex non haberet facultatem.*
 115 *Fides nec directe, nec indirecte est violanda.*
 116 *Non est saluus conductus si non est forma solita expeditus.*
 117 *Alius salui conducti casus qui Barcinoniæ euenit.*
 118 *Vocatus à Principe viua vocis oraculo censetur sub fide Regia.*
 119 *Idem de iure Cathalaunico.*
 120 *Verba Vſatici referuntur.*
 121 *Ciuitates seruantur per fidem.*
 122 *Diui Augustini locus.*
 123 *Verbum Principis debet esse firmissimum.*
 124 *Conſtit. ultima tit. de ſaluo conductu traditur.*
 125 *Saluus conductus non indiget ſcriptura.*
 126 *Varia decisiones Senatus Cathalonie circa hoc tradūtur.*
 127 *In Principe unus calamus, & una lingua.*
 128 *Conuentiones Principis bona fidei ſunt.*
 129 *Inter casus fortuitos numeratur quod Princeps pacta non seruet.*
 130 *Pulchrum dictum Rolandi à Valle.*
 131 *Singularis Constitutio Cathalonie.*
 132 *Fidem seruare est de iure naturali.*
 133 *Traditur ad institutum l. postliminij ius S. captiuos D. de cap. & postl. re.*
 134 *Sententia Fortunij Garciae expenditur.* (ctos
 135 *Potest Princeps abdicare à ſe facultate dādi ſaluos condu-*
 136 *Verum si Princeps non obſtante illa prohibitione dederit tenetur seruare.*



Iximus in §. superiori num. 75. conducentes vi-
 etualia ad Ciuitates eundo, & redeundo non
 posse personaliter detineri, & quia plura de
 his, & de Naucleris, seu Nauicularijs qui
 idem priuilegium habent dicenda supersunt,
 operæ pretium duxi ea hic inferere.

De priuilegijs, immunitatibus, fraudibus, & pœnis Nauicu-
 lariorum publicas species transportantium agitur in Rubr.

C.de

1 *C. de nauicula. seu naucle. lib. 11.* † vbi species publicas ap-
 2 pellat, quod idem est quod Fiscales l. 4. ibi *onus dumtaxat fi-*
 3 *scale C. Theodo. hoc tit.* † Sicque vectigalia quæ ad Fiscum
 4 pertinent publica appellantur in l. inter 17. §. 1. *D. de verbo.*
 5 *fig.* † & quæ in Patrimonio Fisci erant eodem nomine donan-
 6 tur l. si mandauero. 22. §. is cui *D. mand.* † & causam Fisci pu-
 7 blicam vocat Vlpianus in l. item *veniunt* 20. §. priuatorum 9.
 8 *D. de peti. hære.* † & species Fiscales expressè appellantur. in
 9 l. qui *Fiscales* 33. *C. Theodos. de nauicul.* quæ est l. 7. in nostro
 10 *Codice eo. tit.* † & solas species nominari legimus in l. *nauicu-*
 11 *larios* 8. & in l. *comperimus* 26. *C. Theodo. eo. tit.* † & species
 12 annonarias in l. *nullam* 9. *eo. tit.* quæ est l. 1. in nostro *Codice tit.*
 13 *de nauicu.* † & subsidia vocantur in l. *commoda* 6. *C. Theodos.*
 14 *eo. tit.* † & *onus frumentarij commeatus* in l. *cum nauarcha-*
 15 *rum* 32. *eo. tit.* quæ est l. 6. in nostro *Codice Iustinia.* † & species
 16 frumenti, vel olei appellantur in l. *vnica* *C. vt nemi. lice.* in
 17 *emp. spe. se excu.* ibi *cōparatione frumentii, vel olei, aliarumq;*
 18 *specierum* vbi *Cuia. lib. 1. obser. cap. 35.*

11 Dixi appellari *subsidia* quia respectu Vrbis Romæ hoc
 12 nomine cōdonabantur, † nemo enim inficiari potest Vrbem
 13 Romam Hispaniensibus commeatibus adiutam fultamque
 14 fuisse, vt probant iura in l. 1. cum seq. *C. de nauicul. seu naucle.*
 15 lib. 11. & l. 4. & 8. *C. Theodo.* & confirmat Simachus lib. 10.
 16 epist. 50. ibi *Edita est ratio vectigalium quæ Hispanenses, at-*
 17 *que Alexandrinos inuehere debuit commeatus,* & *Claudia. in*
 18 *Eutropium lib. 1.*

Segetes mirantur Iberas

Horrea nec Libyæ senserunt damna rebellis
Iam Transalpina contenti messe Quirites

13 † & sicut olim propter triticeas quæ ex Sicilia, & Sardinia
 14 Romam inuehebantur benignissimas Romæ nutrices appel-
 15 lauit Valer. Maxi. lib. 7. cap. 6. † & Florus lib. 4. cap. 2. Annonæ
 16 pignora, † & Saluia. lib. 6. Fiscalia horrea, † ita Cicero orat.
 17 pro L. Mani. Siciliam, Assiam, & Sardiniam tria frumentaria
 18 Reipublicæ *subsidia* vocavit, confert quæ tradit Iusti. lib. 44.
 19 dum ait *In omnia frugum genera (Hispania) secunda est adeo*

vt

ut non ipsis tantum incolis, verum etiam Italia Vrbis; Romanae cunctarum rerum abundantiam sufficiat: hinc enim non frumenti tantum copia magna est, verum etiam vini, mellis, oleique, nec ferri solum materia præcipua est, sed & equorum pernices greges, nec summa tantum terra laudanda bona, verum & abstrusorum metallorum falces diuitiae, &c. † & ut videre est apud Cassiodo. lib. 5. cap. 35. Rex Gothorum restituit Romæ triticeas copias Hispaniæ, † & adhuc tempore Constantini Magni hoc vigebat, ita ut in l. 4. C. Theodos. de Nauicul. stabilitum sit, ut ex quocunq; littore Hispaniæ Portum Vrbis Romæ Nauicularij Nauis intrauerit, quæ onus dumtaxat Fiscale subuexerit, eandem sine interpellatione cuiusquam abire præcipit, nec ulli extraordinario oneri deferruire, ut facilius iniuncta sibi possit implere obsequia, † & in l. nauicularios 8. eo. it. & Codice Nauicularios Hispaniarū neque ad extraordinaria teneri officia, neque alicubi retentos moras sustineri oppertet, sed Relatorias traditarum specierū intra decem dies à Susceptoribus percipere, cūque ad aliquas Insulas, Portus, Littora, Stationes acceſſerint, ostensis Relatorijs nullam prorsus inquietudinem sustinere. Videndus omnino Iacobus Gotofredus in comment. ad Cod. Theodos. lib. 13. tit. 5. de Nauicularijs ad l. 4. & plura de illis in Paratilon ad eundem titulum. † De his forsan nauibus loquutus fuit Tacitus lib. 12. anna. dum sic ait. Nec nunc infecunditate laboratur, sed Africam potius, & Aegyptum exercemus, nauibusque & casibus vita populi Romani permitta est. † Hisce autem nostris temporibus Romanam Vrbem adiutam cernimus non frumento, & vino ut olim, sed auro, & argento. O Hispania quæ omnibus Orbis Provincijs omnis es, tibi autem nihil.

Sed & hoc iam olim accidisse testis est, & omni maior exceptione Titus Liuius qui decade 4. lib. 2. ait *Iisdem diebus Cn. Cornelius Lentulus qui ante Sempronium Tuditianum interiorem Hispaniam obtinuerat cū ex Senatus Consilio Vrbem esset ingressus tulit præse auri mille, & quingenta pondo*

Mm

quin+

*quindecim, argēti viginti millia, signati denarios triginta quā-
tuor millia, & quingentos quinquaginta. L. Stertinus ex ul-
teriore Hispania netentata quidem triumphi spe quinquagin-
ta millia pondo argenti in ararium tulit, & de manubijs duos
fornices in foro Boario ante Fortunę adem, & matris Matutae
vnum in Maximo Circo fecit, & his fornicibus signa aurata
imposuit.*

- 23 Sed si olim hēc, quid dicendum nunc post Noui Orbis ad-
quisitionem? cum ex sola Potosiensī argenti fodina ex prima
eius detectione ad hēc nostra tempora plus mille millionum
extractos esse cōmemorent, † vnde merito exclamat Solor-
zarus *emble. 81.nu.34.* Hispaniæ calles argento, auro, pretio-
sique lapillis, ac gemmis sterni posse si talem in retinendo,
qualem in acquirendo diligentiam, & vigilantiam adhibui-
sent Hispani, sed pænitus obliiti ob suam potētiam, quæ cum
prudentia, vt dicebat quidam Politicus, mox recensendus,
stabulare non potest, non meminerunt quantum intersit ne
25 extra Regna extrahantur, † vt extat iure cōmuni dispositum
in l. 2. C. de commer. l. 1. C. quæ res expor. & de iure Castellæ
est l. 38. tit. 6. lib. 3. recopila. l. 10. tit. 18. eo. lib. l. 67. tit. 25. lib. 5.
Gutier. lib. 4. practi. qq. cap. 38. nu. 6. qui tradit his legibus etiā
Clericos ligari Bouadilla lib. 4. polit. cap. 5. per totum Solorzq.
de iur. India. lib. 1. cap. 7. nu. 74. & de Guber. India. lib. 4. cap.
26 *vni conu. 64. † Cicero in orat. pro l. Flacco eum summè lau-
dat quod edicto vetuerit ne Iudæi ex omnibus Prouincijs Po-
pulo Romano subiectis aurum Hierosolymam exportarent
his verbis. Cum aurum Iudaorum nomine quot annis ex Ita-
lia, & ex omnibus nostris Prouincijs Hierosolymam exportari
soleret, Flaccus sanxit edicto ne ex Asia exportari liceret. Quis
est, Iudices, qui hoc non vere laudare possit, exportari aurum
non oppertere tum saepe antea Senatus, tum me Consule grauis-*
27 *simè iudicauit, † & post detectionē Noui Orbis in extraneas
Prouincias mille, & quingentos miliones exportatos denu-
merari refert idem Solorza. dicto Emble. 81.nu.36. qui nu. 21.
quasi dominam, arbitramq; siue disp̄satricem auri, & argenti
aliarumq; totius Orbis diuitiarum nostrā Hispaniam appel-
lat.*

lat. † Sed indiscretam dispensatricem eani nominare poterat
 omnes enim Orbis Nationes auro, & argento ditauit, vt testis
 est ipsa Gallia, † quæ tercentum ab hinc annis nō potuit pro
 Rege suo Ioanne in Pictauensi pugna ab Anglis capto sexaginta
 mille Francos inuenire, quod erat pretium redemptio-
 nis illius, nec filij, nec amici, neque ipsemet Rex adueniens
 id consequi potuit, imo coactus fuit redire eum Angliam vbi
 captiuus decessit, vt testatur Ioan. Bodinus *in tract. de aug.*
decre. auri, argen. vers. ostendendum itaque est, & nunc
 diuitijs omnibus onusta Orbem turbat. Affirmat iste Autor
 in dies augeri aurum, & argentum quod ex Hispania in Gal-
 liam traducitur. † Sed omnium optimè totius Hispaniæ insa-
 niā, vt ita dicam, deplorat ac expendit Carolus Scribanus
in Politico christi. lib. 2. cap. 24. cuius verba, vt potè tanti Ora-
 toris, non contempnet Lector. *Miserum sanè, inquit, & fa-*
tuitatis quoddam genus te nudare vt alium vestias. Sed nimi-
rum magna ferè Regna vel ipsa magnitudine sua ad nescio
qua imprudēta labuntur, quasi sub ingenti molefasciant ge-
nua. Ita cum Orbem prope uniuersum auro, argento, gemmis
lassent Hispani, Regnum ipsi suum ære fatigant ignobili, & pro
auro, argentoq; as illis ab hoste cusum est, cumque diuinarum
suarum reconditoria ære onerent, cacabeis gloriari opibus pos-
sunt, fors nec multo post plumbeis, exinde etiā ligneis, aut boum
tergoribus. Remedia huic malo suggerita non semel, sed irrito
semper conatu, vt nesciam quorum hic ludat magnorum ma-
nus inter tot magna ingenia tot selecta Regia Consilia, æri pel-
lendo vel non repertum, vel nō admissum Consilium quis cre-
dat? nisi quis dicat quod alias dixisse memini prudentiam, &
potentiam iuxtim stabulare non posse, &c. Aut fors dicendum
semper abundantiam cōtumeliosam fuisse in se metipsam, &c.
Nam quid ego aliud dicam? Aurum video tota prope Hispa-
nia exulare, as imperare. Vnde nescio quo pacto Bodinus
lib. 6. de Repub. cap. 3. vocat nostram Hispaniam Leges Num-
marias accuratissimè tuentem.

Sed, vt ad institutum redeamus, scīēdūm est triplicem esse
 speciem Nauiculariorum, vt tradit Ioan. de Platea *in rubr. de*

32 *Nauicular. ex glos. ver. Et dic, + nempe alij sunt Nauicularij*
 33 *qui vehunt publicas Annonas, vt in d. tit. + & alij Nauicula-*
rij qui maximam partem suæ substantiæ in negotiacione ha-
bent de quibus in l. nauicularij D. de mune. Et honor. Et in l.
semper s. S. negotiatores, Et S. licet in corpore D. de iur. immu.
 34 *+ Sunt & alij qui Naves fabricant l. his qui naues D. de vaca.*
 35 *mune. de quibus Syma. epist. 1. + Sed qui suscipiebant species*
à Susceptoribus, & Præpositis in Prouincijs, vel ad Castra mi-
litum per Naves deferendas isti vocantur Naucleri, & vt ostē-
datur quod de his loquitur, & non de alijs subiunxit in dicta
*Rubrica postquam dixit de *Nauicularijs* illa verba, seu *Nau-**

cleris, vt notauit dictus Ioannes de Platea *ibi*.

36 *Est certum fuisse in Vrbe Nauiculariorum corpus l. 1. ibi*
Item Roma Collegia certa sunt quorum corpus Senatus Con-
sultis, atque Constitutionibus Principalibus confirmatum est
veluti Pistorum, Et quorūdam aliorum Et Nauiculariorum
qui Et in Prouincijs sunt D. quod cuiusq; vniuers. nomi. l. sem-
per s. S. licet o. ibi in corpore Nauiculariorum D. de iur. im-
muni. l. 1. ibi ad corpus Nauiculariorum C. de hered. decur.
l. nu. o. ibi Nauerchorum catus, & ibi in omne Nauiculario-
rum Consilium C. de Nauicul. lib. 11. l. iuxta 4. C. Theodos. eo.
tit. ibi Nauiculariorum corpus impleri iubemus, & ibi Et sunt
corpora de quibus Nauicularij ex Indictione quindecima
constituendi sunt, & sic possunt habere arcum, Sindicum, &
Actorem, d. l. 1. s. quibus D. quod cuiusque vniuer. notauit
Jacobus Rebuffus in d. rubr.

37 *Nō sufficiebat autem in corpus Nauiculariorum scribi vt.*
eorum priuilegijs quis frueretur, sed & necesse erat Naves
habere quæ Annonæ Vrbis seruirent l. semper s. S. licet ibi Li-
cet in corpore nauiculariorum quis sit, nauem tamen, vel na-
ves nō habeat, nec omnia ei congruant quæ Principalibus Con-
stitutionibus cauta sūt, nō poterit Priuilegio Nauicularijs in-
ducto uti, idq; Diui Fratres rescripserūt in hac verba. Erant
Et alij quidam qui sub occasione nauiculariorum frumentum,
Et oleum mercantium in foro Romani populi, eoque immuni-
tate frumentum aequum ducentes publicas functiones subterfu-
gere

De debit. susp.& fug. Cap. 19. §. III. 277

gere cum neque nauigabant, neque plurimam substantia partem nauicularia in mercatura habebant, auferatur igitur hismodi hominibus immunitas.

Nauicularius autem dicitur teste Vegetio lib. 4. de re milita. qui Græcis nauarchi hoc est qui singulis nauibus præest ut notauit Petr. Gregor. lib. 25. syntag. cap. 2. num. 11. vel qui aliquod onus naui vehendum suscipit, ut tradit Brisoni. de verbo. sig. ver. Nauclerus 38

Curam delegādi ad portandas has species iniunctam fuisse Comiti Horreorum notauit glos. hic ver. annonarias. Appellabantur Præpositi horreis in quibus fiscales species depo-nuntur l. 2. C. de suscep. Præpos. & Arca. lib. 10. Bulenge. de Imper. Rom. lib. 6. cap. 5. † erant namq; Romæ horrea quamplurima in quaue Regione ad capiendum frumentum publicum, notauit Lipsius lib. 1. electo. cap. 8. vers. Tesseris, & ex P. Victore numerat tercentum & nouem, & Comitis horreorum fit mentio in l. unica ibi quicunque ex mancipijs Comitis horreorum C. de Pistor. lib. 11. quos vocat Patronos horreorum l. unica C. Theodos. de Patro. horre. vide Iacob. Gotofre. in illa rubrica plura notauit Amaya in rubri. de Conditis in publi. horreis nu. 11. lib. 10. 39

Et hos nauicularios tanti habitos apud Romanos fuisse ut quia ipsi iniuriosè tractarentur bellum indictum fuisse non obscurè ex Cicerone in orat. pro l. Manilia obseruaui. Eius hæc verba sunt. Maiores vestri sape mercatoribus, ac Nauicularijs iniuriosius tractatis bella gesserunt, vos tot Ciuium Romanorum millibus uno nunio, atque uno tempore necatis, quo tandem animo esse debetis? † Sed & quo ad conseruandas annonas Vrbiū necessarios fuisse Nauicularios auctor mihi est Flauius Vopis. in Aureliano, cum enim iste Imperator Panibus Vrbis Romæ vnciam de Ægypto vectigali auxisset de eo glorians scribens Flauio Arabiano sic inquit: Inter cetera quibus Dijs fauentibus Romanam Rempublicam iuuimus nihil mihi est magnificentius quamquod additamēto vncia omne annonarum urbicarum genus iuui, quod ut esset perpetuum Nauicularios Nilaicos apud Ægyptū nouos, & Roma amni- 40

cos 41

cos posui, Tiberinas extruxi ripas &c. & ita Nouella Valentinianni adest titulus de Nauicularijs amnicis.

43 Sed & Naucleros nauis latinè nauicularios dici, idest nauis dominos, quorum periculo nauis agitur, & quorum est sūma potestas, depromit ex eleganti Budæi loco de *Affe lib. 5. fol. mibi 9. 2.* Cumulus autem indignitatis fuit cum iam eo vētum esset ut Nauclerus tāta nauis fatali incuria, vel fidutia potius incōsulta nec in prora, nec in puppi sederet, & notatur in margine hoc de Rege Ludouico dici qui in demortuorum Magistratum locum plerunque nullos sufficiebat, nec in eos regia seueritate inquirebat quos summo rerum actui pafecerat.

44 Sed & hi nomine nautarum, seu magistrorum nauium cōprehenduntur in l. 1. §. & sunt D. nauta caupo. & l. item queritur 13. §. 1. D. locati, & non debere creari Decuriones testatur Consultus in l. Seuerus 9. D. de decurio. notauit Petr. Gregor. lib. 18. *syntagma cap. 13. nu. 5.* † & intra quinquennium, muneris publici vacationem habere est tex. in l. Nauicularij

45 5. D. de muner. & honor. † Neque his obstat tex. in l. semper 5. §. negotiatores D. de iur. immun. vbi statuitur Nauicularios qui annonæ Vrbis seruiunt immunitatem à muneribus publicis confequi quandiu in eiusmodi actu sunt, elegantem reddens rationem: *nam remuneranda pericula eorum, quin etiam & hortanda premijs merito placuit ut qui peregrè muneribus, & quidem publicis cum periculo, & labore fungentur à domiciliis vexationibus, & sumptibus liberentur, cum non sit alienū dicere etiam hos Reipublica causa dum annonæ Vrbis seruiunt, abesse.* In quo tex. non limitari hanc immunitatem ad quinquennium ut in supradicta l. 5. dicitur, statuitur.

47 Ad cuius rei perfectam intelligentiam notādum est hanc immunitatem non concedi his qui in nauibus agendi causa inueniuntur iuxta tex. in l. 1. ibi: *Qui ob hoc tantum in nauibus sunt ut in his agendi causa operarentur nulla constitutione immunitatem à muneribus ciuilibus habent D. de iure immunita.* † aliud enim est nautam, aliud nauis dominū esse, aliud agere, atque impellere nauem, aliud fabricare, atque annonæ comportandæ gratia præbere ut adnotasse postquam à nobis ani-

animaduersum fuit, adinuenio Petrum Fabrum bonarum litterarum, & reconditæ Iurisprudentiæ decus insigne lib. 1. *semes. c. 25. pag. mihi 170.* † Bene vero hoc priuilegium cōcessum fuisse negotiatoribus qui annonam Vrbis adiuuabant dicitur in d.l. *semper 5. §. negotiatores D. de iur. immuni.* & colligitur ex Tacito lib. 13. anna. ibi *Temperata apud Transmarinas Prouincias frumenti subuectio, & ne censibus negotiorum naues adscriberentur, tributumque pro illis penderent, constitutum.* Sueto. quoque in Claudio cap. 18. § 19. tradit Claudium Negotiatoribus certa lucra proposuisse suscepso in se damno, si cui quid per tempestates accidisset, & naues mercaturæ causa fabricantibus magna commoda constituisse pro conditione cuiusque, Ciuibus vacationes Legis Papiæ Popeæ. Latinis ius Quiritum, feminis ius quatuor liberorum, & in l. his qui 3. *D. de vacati.* § *excusa. mune.* his qui naues marinas fabricauerint, & ad annonam populi Romani præbuerint nō minores quinquaginta millia modiorum aut plures singulas non minores decem millium modiorum donec hæ naues nauigant, aut aliæ in earum locum muneris publici vacationem præstari ob naues. Sed & de nauiculariorum priuilegijs si plura quis scire velit, adeat Diodorum Siculum lib. 11. *Bibliote.*

Dionysius Gotofredus oppositas has leges, sibique ad inuicem contrariari agnouit sed difficultatem non enodauit. Accursius vero sic conciliat ut tex. in d.l. *semper 5. §. negotiatores* dum inquit hos nauicularios esse immunes dum in eiusmodi actu sunt intelligatur de his qui actu inferuiunt publicas species transportando, & quoru nauis est sua, at vero tex. in d.l. *nauicularij 5. D. de muner.* § *honor.* quatenus ibi dicitur intra quinquennium tatum muneris publici vacationem habere intelligatur de his qui non deseruiunt annonæ Vrbis, habent tamen maiorem partem substantiæ in negotiationibus, fuisse enim certam formam datam immunitati nauiculariorum colligitur ex eadem l. 5. §. *immunitati D. eo. tit. de iur. immuni.* & fuisse ablatam eis qui neque nauigabant, neque plurimam substantiæ partem in nauicularia, seu mercatura

tura habebant, notauiimus ex tex. in d. l. 5. §. licet.

51 Sed præcipua Nauiculorum Orientalium priuilegia quæ eadem sunt cum seruientibus annonæ Vrbis Romæ, vt notauit Iacobus Gotofr. ad tit. de *Nauic.* in lege mox laudanda in compendium reduxit Constantinus Magnus in l. pro comoditate 7. C. Theodos. de *Nauicula.* cuius hæc sunt verba. *Pro comoditate Vrbis quam eterno nomine, iubente Deo, donauimus, hac vobis Prinilegia credidimus deferenda ut Nauicularij omnes à ciuilibus muneribus, & oneribus, & obsequijs habeantur immunes. Et ne honores quidem ciuicos, ex quibus aliquod incommode sentiant subire cogantur. Ab administratione etiam Tutela sive legitime, sive eius quam Magistratus, vel Prouincia Rectores iniungunt habeantur immunes. Et vacatione Legis Iulia, & Papie potiantur ut etiam nullis interuenientibus lucris, & viri ex testamento uxorum, solidum capiant, & ad uxores integra volūtas perueniat Matriorum. De proprietate etiam vel hereditate, vel qualibet alia ciuili causa pulsati, nec ex rescripto quidem nostro, ad extraordinarium iudicium euocentur, sed agentibus in suo foro respondent. Et ad exemplum Alexandrini stoli quaternas in frumento centesimas consequātur. Ac præterea per singula milia singulos solidos. Ut his omnibus animati, & nihil penè defuis facultatibus expidentes, cura sua frequētent maritimos commeatus.*

52 Hinc orta fuit celebris dispositio tex. in l. 1. C. de *Nauicul.* vbi nullā vim nauckeros annonarias species deferentes sustinere debere statuitur, nec concussions, neque aliquod genus incommodi sed venientes, ac remeantes omni securitate potiri. † Quæ dispositio tex. extat in Codice Theodosiano, & est nona in illo titulo, & spectare hanc legē ad annonā Vrbis Romæ, & Nauicularios ei seruientes ostendit ipsa inscriptio cum sit Præfecto Vrbis, & subscriptio sit data Romæ vbi hoc tempore Constantius agebat, vt ex Ammiano lib. 16. Themistio Symmacho, Hieronymo, & alijs obseruauit Iacobus Gotofre. in commen. ad d.l. nullam 9. C. Theodo. de *Nauicula.* qui tamen de fide diei sub qua subscripta est, dubitat cum sit Kallen.

De debit. susp.& fug. Cap. 19. §. III. 281

Ien. Jun. & Ammianus scribat Constantium 4. Kalen. Jun. inde digressum trigesimo postquam eo venerat die. Dubia mouet hic Auctor, sed non resoluit.

Elegans D. Gregorij Papæ locus *lib. 8. epist. 64.* rationem nostræ legis docet: mos enim incesserat prauus ut Nauicularij per latis speciebus fiscalibus antequam domum redirent vel dum domui redirent, sæpe à Iudicibus, & nonnullis alijs ad subuehenda quædam cogebantur veluti ad lapides ornamēta, & materiam ædificiorum transferendam, & variæ prædæ in hos agebantur à Iudicibus, & Apparitoribus, & propterea in *l. de præhens. & 29. C. Theodos. de Nauicul.* dicitur solidos itaque quos sublimitas tua eruere valuit ab his qui in Nauicularios prædas egerunt volumus Nauiculariorum commodis reseruari. Huic damno voluit occurrere Constantius, † & in *l. 4. C. Theodos. de Nauicul.* sic statuit *Ex quocunque Hispania littore Portum Vrbis Roma Nauicularij nauis intrauerit, qua onus dumtaxat fiscale subuexerit, eandem sine interpellatione cuiusquam abire præcipimus nec ulli extraordinario oneri defruire ut facilius iniuncta sibi possit implere obsequia,* & in *l. Nauicularios 5.* ibi *Naves quoque eorum (Nauiculariorum) quantæcumque fuerint, ad aliud munus ipsis inuitis teneri non conuenit ad quocunque littus accesserint.* Hoc idem est quod vetari *angariari.* Naves istas qua voce vtitur Libanius dum, Oratione speciali aduersus Icarium inuehit expreſſè dannans Angarias Rusticorū quibus Rusticos, & Agricultas post ad latas Antiochiam species domum reddituros angariari mos erat. † Idem Imperator etiam in *l. 8. C. Theodo. eo. tit. ibi neque alicubi retentos moras sustinere oportet, cumque ad aliquas Insulas, Portus, Littora, Stationes accesserint ostensis Relatorijs nullam prorsus inquietudinem sustinere.*

Tria præcipua continet tex. iste. Primum est nullam vim Nauicularios sustinere debere. Secundum nullum genus incommodi, nec concussions perpeti. Tertium venientes, & remeantes omni securitate potiri.

De vi est tex. in *l. 1. in fine ibi nullam vim Nauta fieri debere D. ad l. Iuli. de vi priua.* & quia ista verba sunt vniuersalia

salia cōprehendunt vim cum armis,& sine armis,iudicialenī,
& extraiudicialem Don Frāciscus Hieronymus de Leon *de-
cis. 20 6.nu. 3.lib. 2.* & ideo vt notauit Ioan.de Platea *hic nu. 1.*
& Iacob.Rebuff. *nu. 2.* non poterunt detineri in illo loco oc-
casione delicti antea commissi , nec occasione alicuius sen-
tentiaz contra eos latæ , nec occasione alicuius instrumenti ,
nec occasione repræsalarum, istæ enim sunt species violen-
tiarum *l. 2.l. 3.in princ. Et §. fin.D. quod.met.cau.Iacob.Rebuff.*
in hac l. 1.nu. 1.

- 58 *Nullam concussionem patiantur,* intellige quod concus-
sio est quādo officialis sub prætextu officij infert metum, vel
aliquid extorquet,& est crimen priuatum vt *in l. 1. Et 2.D.de
concussio.*
- 59 *Nullum genus incommodi*, per quæ verba concedi im-
munitatem à pedagijs, dacijs, atque gabellis notauit Ioan.de
Platea *hic nu. 3.* quia qui portant res Fisci, & Principis, peda-
gia non soluunt *l.locatio 9. §.Fiscus D.de publi. Et vecti.* quia
huiusmodi species de quibus loquitur text. fuerūt assignatæ
à Comite horreorū ad eas transfuehēdas.Si vero eas emat à Fi-
sco hac immunitate nō fruitur vt apertè dicitur *in d. §.Fiscus.*
- 60 Ex eo quod dicitur in d.textu *venientes, Et remeantes,* col-
ligitur quod si alicui est data sicuturta veniendi est data etiam
sicuturta redeundi, non enim venit securè qui non potest re-
*dire l.sciendum §.si accusatio D.de legatio. l.de atate 8. D.ad
Trebelli.l.vtimur 5.D.de sepul.viola.ita Bart.Ioan.de Platea,*
& Penna *hic Nellus in trac.de banni. 3.par.secundi temporis
quest. 17.n. 18.& pluribus exornat Colerus de proces.exequu-
ti.p.4.cap. 1. nu. 18 4. † quidquid sentiat Domini. in can.disci-
plina 15.distinc.* qui dicit quod quia iura loquuntur per ver-
bum eundi , & redeundi vt in *cap. statutum §. penult. de re-
scrip.in 6. ex sui natura non comprehenditur vnde dicit ipse*
si verum esset quod verbum eundi comprehendenderet ver-
bum redeundi frustra in lege poneretur . † Sed faciliter re-
sponderi potest illa verba poni ad maiorem declarationem ,
& vt affirmat Consultus *qua dubitationis tollenda causa con-
tractibus inscruntur, ius commune non laddunt l.qua dubitatio-
nis*

De debit. susp.& fug. Cap. 19. §. III. 283

nisi 81. D. de reg. iur. optimè contra contrarium sentientes concludit Colerus de processu exequ. par. 4. cap. 1. num. 184. Videndum Barto. ad l. 1. §. quod refert *D. de adquir. rer. domi.* † & nostram conclusionem probat tex. in l. si cui in Provincia 63
38. §. tandiu D. ex quib. cau. maio. vbi tandiu Reipublicæ causa abesse quis videbitur quandiu officio aliquo præst, & finito officio datur ei tempus ad reuertendum, & erit tempus quod lex concedit reuertentibus, † & hoc est quod dicitur in l. qui mittuntur 35. §. vlt. ibi Vinianus scribit Proculum respondisse militem qui commeatu absit, dum domum vadit, aut reddit Reipublicæ causa abesse D. eo. tit. † Probat etiā nostram conclusionem cap. quia per diversitatem §. tempus ibi accessit, permansit, & recessit de conceſ. præb. cap. statutum §. fin. ibi veniendo, stando, & redeundo, de rescrip. in 6.

Ex eo quod dicitur Nauicularios, seu Naucleros portantes species publicas plenam securitatem eundo, & redeundo habere colligitur salui conductus priuilegio potiri, † & practicam concedendi saluos conductos seu guidatica sumptam, fuisse ex nostro tex. asserit Nouarius in collecta super Prag. 1. 66

2. § 3. de Guidaticis nu. 1. † & huic simile saluum cōductum concessit Rex Petrus Aragoniæ Tertius duobus Priuilegijs inclytæ, & toto Orbe celeberrimæ Ciuitati Barcinonæ Patriæ meæ charissimæ altero 8. Kalen. Junij 1337. & altero 6. Martij 1375. quæ in secundo volumine Constitutionum Cathalonix leguntur lib. 2. tit. 17. de Guidaticis, seu Saluis conductibus, quæ priuilegia quia cum dicta l. 1. concordant de eis hic agendum. † Primum Priuilegium est ut sequitur.

Attendentes quod propter sterilitatem temporis, magna interra nostra imminet carestia, attendentes etiam quod nostra interest ut viam per quam victualia ad Ciuitates, & loca nostra deferuntur assumamus, ea propter tenore præsentis cartæ nostra guidamus, et assecuramus socios, factores, et negotiatores societatis Bardorum, nec non & omnes alios cuiuscunque legis, vel conditionis existant differentes, & eos qui delaturi sunt per mare, vel per terram victualia ad Ciuitatem Barchinonæ, ita quod pro aliquibus marchis indictis, vel indicendis, vel pro quibus-

cunque debitis proprijs, vel alienis, vel delictis, vel alia de causa non possint marchari, pignorari, vel amparari, quinimo possint liberè, & securè ad dictam Ciuitatem venire cum victualibus supradictis per mare, & per terram cum nauibus, & alijs quibuslibet vasis, & animalibus, ac personis, ac alijs ad ea necessarijs, & etiam opportunis, & ipsa victualia inibi discarricare, & vendere, & pretia dictorum victualium, & ligna, & animalia supradicta à terra, & mari nostris extrahere sine impedimento quocunque, non obstante quodam priuilegio à Prædecessoribus nostris obtento, in quo continetur quod nullus Italicus sit ausus in dicta Ciuitate merces aliquas facere, seu portare. Insuper ut liberius ad eandem Ciuitatem grani copia apportetur per societatem iam dictam, & factores eiusdem laudamus, approbamus, ac etiam confirmamus omnes, & singulos contractus, pacta & obligationes, ac conuentiones, assicuramenta, & alias conuenientias quascunque factas, seu initas inter Ciuitatem ipsam, et dictam societatem Bardorum, &c. Mandantes ex certa scientia Vicario, et Bajulo Barcinona, alijsque Officialibus nostris, vel eorum Locatenentibus presentibus, et futuris quatenus omnia, et singula supradicta dictis de societate Bardorum, et alijs victualia ad dictam Ciuitatem defferentibus, et qui dilaturi sunt obseruent, et faciant obseruari, et non contraueniant, nec cōtrauenire permittant aliqua ratione, seu causa aliquibus Marcarum concessi- nibus per nos, vel per Prædecessores nostros concessis, vel etiam concedendis obfidentibus nullo modo.

69

Secundum Priuilegium est eiusdem Regis eidem Ciuitati concessum. Dat. in Villa de Tamarit 6. Martij 1375. etiam in corpore iuris ubi supra positum cuius verba ex idiomate Cathalano in Latium versa sūt prout sequitur. Considerantes Ciuitatem Barchinona indigere omni annona propter multitudinem habitatorum, & concursum multarum, & diuersarum gentium qua in dicta Ciuitate occurunt, & quod ipsa ex collectis in suo territorio nō sufficit sibi ipsi præsertim anno præsenti propter magnam temporis sterilitatem, que Deo sic volente viguit in illa terra. Propterea volentes, & desiderantes

sub-

De debit. susp.& fug. Cap. 19. §. III. 285

subuenire dicta Ciuitati in necessitate frumenti, & aliorum granorum qua indiget guidamus, & assicuramus sub fide nostra Regia omnes, & singulos mercatores, nauicularios, naucleros, nautas, & omnes alios dictis nauibus inservientes cuiusque status, & conditionis cum suis nauibus, & alijs cymbis, & eorum bona, & mercaturas qua cum ipsa annonā venient, aut nauigabunt, et consequenter exonerabunt illud frumentū, vel annonam in dicta Ciuitate Barchinona, omnium criminū, delictorum, debitorū tam priorum, quam aliorum etiam si ratione marcharum contractorum, non mouendo bellum, sed qui nunc vel in futurum sint ratione dissentionis inter dominū suum, et eius subditos ex una, et nos et nostros subditos ex altera, ita quod liberè et sine impedimento aliquo, et periculo sub nostra fide Regia, et custodia, et protectione possent, ac si vere naturales, et subditi nostri essent exonerare annonā predictā raupas, et mercaturas in dicta Ciuitate, Burgis, et territorio illius, vendere, et expendere, et postea pretiū ex ipsis resultans smarciare, vel alio quoquis modo super eo contractum inire, et dictas raupas, et mercaturas per ipsos emptas possint transportare, dummodo non sint ex vetitis ad quamlibet mundi partem dummodo non ad terras Sarrecanorum inimicorum, ita quod ipsi nec eorum bona possint modo aliquo cogitato, aut incogitato pignorari, molestari, maletractari, detineri ob causas supradictas, nec alias quascunque.

Alio priuilegio vtitur Ciuitas Barchinonæ Regis Petri Secundi in Mari Magno Priuilegiorum concesso vulgo appellato *Recognouerunt Proceres* in multa capita diuiso, quorum decimum tertium ad rem nostram facit quia sic legitur.

Item quod victualia quæ portantur in Barchinona per mare, vel per terram de pane, vino, carnis, et piscibus recentibus non marcentur, nec pignorentur pro debito alieno, nec premium habitū de victualibus, nec etiā mercimonia inde empia pignorentur, vel retineantur barcha, ligna, vel jumenta apertantia dicta victualia, et hoc etiā tam pro alienis debitibus, quam proprijs, nisi in contractibus Barchinona celebratis.

Hæc priuilegia explicavit, & exornauit doctissimus Ioannes

70

71

nes Paulus Xammar Domicellus Barcinonensis olim in Regia Audientia Cathaloniae Collega noster amantissimus ob suas lucubrations prelo datas satis notus ni in *Civili doctrina Ciuitatis Barcinona* varijs in locis minus reuerenter , & minus fideliter de rebus Regis nostri loquutus fuisset sed nos quieum Collegam habuimus attestari possumus,nō odio non mala voluntate illa protulisse , sed timoris causa , cum enim esset iam ante turbines Cathalaunicos Regius Minister, Assessoris enim munere in Tribunali Baiuliæ Generalis fungebatur,ne eum è Prouincia expellerent,vel ne eum furca suspenderent , vt de reliquis Senatoribus permisum à seditionis illis extitit , ita locutus fuit , sed pessimè in hoc se gessit, melius enim erat pro Rege pati, & mori quam in tam escandecētia verba irrumperet,& pro seditionis fēdari, & hoc recognouit vir iste de Iurisprudentia benemeritus dum pallinodiam in additionibus à se congestis cecinit,quæ postea in lucem opera I. C. Jacobi Monras prodierunt , & mihi saepè sa- pius testatus fuit se velle toto Orbi manifestum facere ob timorem in virum constantem cadentem illa verba protulisse. Is inquam Senator in *Civili doctrina Ciuitatis Barcinona* §. 16. per totum hēc priuilegia cōmentatus fuit,quę quia passim non inueniuntur maxime cum liber ille fines nostros non egressus sit, ideo hic aliqua referam.

- 72 Imprimis autem animaduertēdum est falli egregium virum dum l. i. C. de *Nanicula*. attribuit solo Constantino , & dum reassumens Priuilegiorum sensum num. 1. afferit comprehendere saluum cōductum inimicos Domini Regis aētu contra eum bella gerentes,fallitur etenim euidenter,cum vt supra vidimus expressè hi excipientur ibi nō mouēdo bellum, t̄ hi autem qui comprehenduntur sunt qui dissensiones mouebant cōtra dominum suum , vel qui vna cum dominis suis èas fouebant contra vasallos Domini Regis , quod olim frequenter euenire ex historijs colligitur , hoc autem non erat bellum mouere,imo valdē distinctum,& separatum,& idēm Xammar in num. 23. fatetur se audiuisse decisum in Regio Consilio nō complecti rebelles contra quos omnia iura pro- clā-

De debit. susp.& fug. Cap. 19. §. III. 287

clamant, & in simili priuilegio concesso habitatoribus nouis
Villæ de Palamos, cuius meminit Fontanella *decis. 297. nu. 5.*
expressè leguntur exceptuati, ibi, *et crimen laſa non commiſſerint Maiestatis.*

Hæc priuilegia esse in viridi obſeruātia notauit idē Xammar *nu. 5.* & pro eis solere in Regio Consilio pronuntiare Senatores tradit, & signanter *26. Aprilis 1602.* in fauorem Philippi Fornier cum consilio Don Saluatoris Fontanet, & Don Michaelis Calbà, & de Vallseca, & Hieronymi Sanjust Regiorum Senatorum, quorum duo primi ad Regentes in Supremo Regio Aragonum Consilio fuerūt euecti † solent enim Aduocati, & Assessores Ciuitatis Barcinonæ, & Domus Deputationis Generalis Cathaloniæ in rebus arduis illis Magistratibus occurrentibus consulere Regios Senatores, & hī de licentia Locutentis Generalis se cōferunt domum vbi vocantur, nō cum Cōfiliarijs, neque cum Deputatis, sed cum eorum Aduocatis, vel Assessoribus, vt ſepe mihi cōtigit dum Senatorio munere fūgerer, † & hanc practicam videtur niti *tex. in Consti. 20. tit. de rebus prohibi. officia.* Vbi post quam statutum fuit quod Doctoribus Regij Consilij non liceat intervenire vti Assessoribus, nec alio modo in causis Ecclesiasticis, nec Baronum, dicitur, niſi caſu quo Proregi, vel Gubernatori quando præſidet appareat conuenire, † ſic licet Doctoribus Regij Consilij est prohibitum aduocare *tot. tit. Quod Doctores Regie Audientia non liceat aduocare,* latè Xammar *de offi. iudi. et aduoc. par. 2. quæſt. 3. num. 45.* attamen videmus quod multis permittitur specialibus caſibus, & causis ex licentia Domini Regis patrocinium conferre vt latè tradit Fonta. *decis. 207. nu. 2. ē 6.* & quod magis est cum ſola licentia Baiuli Generalis tradit Don Accacius de Ripol *vari. cap. vlt. nu. 3.* ius dixiſſe in cauſa quadam Inquisitionis Sancti Officij dum erat Assessor Baiuliæ Generalis quos etiam cōprehendit ſupradicta prohibitio. † Fuit etiam in fauorem Priuilegiorum Ciuitatis declaratum per Regium Senatum in cauſa Lucæ Fabiani die *11. Maij 1611.* referente Ioanne Magarola etiā ad Supremum Cōſilium pro moto ſententia regia quam tradit

tradit Ramonius nosse *conf. 12. in fine*. Eam referam quia
 Priuilegijs de quibus agimus maximè fauet, & omnimodam
 materiam comprehendit. Attento licet constet pro parte Iaco-
 bi Lebra procuratoris Bernardi Prabuix fuisse deductum seu
 petitum pisces siccos vulgo dictos Bacallos existentes in Nave
 sine Pollaca Sæcta Catharina Bonaventura quæ nuper ad por-
 tum præsentis Ciuitatis peruenit appræhendi, & Lucam Fa-
 biano dicta Nauis Magistrum, & Patronum, & alios litis cō-
 sortes condemnari ad illos sibi restituendum, seu illorum iustum
 valorem. Tamen quia constat Serenissimū Petrum Tertium
 memoriæ recolendæ suis cum priuilegijs præsenti Ciuitati con-
 cessis datis altero in oppido Gandesia 8. Kalen. Iulij 1337. at-
 tero in oppido Tamarisi 6. Martij 1375. in fide Regia guidaf-
 se, & affecurasse omnes, & quoscunque mercatores nautas, &
 alios cuiuscunq; status, legis, & conditionis existerent deferen-
 tes grana, & alia quacunque victualia ad præsentem Ciuita-
 tem Barcinona, & naues, & alia quacunque ligna quibus ea
 deferunt, eorum etiam bona, raupas et merces, ita quod pro ali-
 quibus represalijs seu marchis, debit is proprijs vel alterius,
 delictis, criminibus, aut excessibus vel alia de causa non pos-
 sint modo aliquo marchari, pignorari, molestari, vel detineri
 in persona, vel in bonis, adeo ut liberè, & absque ullo impedi-
 mento possint vendere dicta grana vectualia omnes raupas, et
 merces in præsenti Ciuitate prout latius prædicta, & alia in
 dictis priuilegijs Regijs exarantur ad quæ sit relatio. Et cōstat
 dictum Lucam Fabiano pisces predictos vēdidisse 17. Ianua-
 rij proximè elapsi in Ciuitate Maioricarum Petro Amoros, &
 Ioanni Mosqueda seu alteri eorum ut in instruimēto venditio-
 nis. Constatque pro dicti pacti seu conditionis adimplemento
 dictū Fabiano dictos pisces ad præsentem Ciuitatem seu mare
 illius adsportasse, ad instantiamque dicti Lebra dicto nomine
 appræhensos fuisse, prestitaque de illius consenuit cauzione de-
 stando iuri, & rei iudicatae per dictum Fabiano eidem libera-
 los fuisse ad effectum vendendi in præsenti Ciuitate, et illius
 Sindicum liti et causæ se opposuisse, et petiisse pro obseruantia
 prædicatorum Priuilegorum præsenti Ciuitati concessorum de-
 clarari

De debit. susp.& fug. Cap. 19. §. III. 289

clarari eundem Fabiano, nanim, pisces, merces, & alia bona
qua portum maris petierunt, guidatico prædicto gaudere debe-
re, & dictum Magistrum nauis, & alios consortes non molesta-
ri, piscesque prædictos restitui, & seu cautiones predictas can-
cellari, prout latius hæc & alia in processu deducta fuerūt. Ex
quibus constat intentionem Sindici præsentis Ciuitatis, nec non
& dicti Luca Fabiano vigore dictorum Priuilegiorum fun-
datam esse, & de iure procedere, nec in aliquo elisam per de-
ducta per dictum Lebra dicto nomine, cum constet pisces præ-
dictos fuisse emptos per dictum Fabiano in Ciuitate de Alger
à Mauris ipsis. His & alijs meritis processus, & attentis &
alias Sua Excellentia dictam insequendo cōclusionem in Re-
gia Audientia sumptam, sententia pronuntiat, & declarat pi-
sces prædictos vulgo dictos Bacallao cum dicta Naui, seu Po-
lacha Sancta Catharina Bonaventura appellata adductos, &
apprehensos, fuisse, & esse comprehensos sub protectione, & fide
Regia, & sub guidatico de quibus in præcalendatis priuilegijs
Ciuitati Barcinona concessis, & consequenter non potuisse, nec
posse detineri, quinimo pro obseruantia dicti guidatici fore
& esse dictum Fabiano absoluendum prout cum præsenti ab-
soluit a petitis per dictum Lebra dicto nomine, & cautiones
per eundem Fabiano, & alios litis consortes præstitas cancel-
landas, & annullandas non obstantibus in contrarium deductis,
& allegatis, & quod dictus Lebra cōdemnetur ad soluendum,
& emendandum expensas, et damna passa per dictū Fabiano,
et alios litis consortes occasione dictæ detentionis, liquidatione
reservata, in qua habeatur ratio an dictus Lebra teneatur ad
solutionem dictorū damnorum, et expēsarum de bonis proprijs.

Adeo autem prædictorum Priuilegiorum obseruantia vi-
get quod in Curia Vicarij Barcinonæ, qui Iudex ordinarius est
illius Ciuitatis, si bonis alicuius deferentis virtualia ad ipsam
sequestrum (vulgo apud nos Ampara dicītur) instantे aliquo
creditore apponatur, solo verbo Sindici eiusdem Ciuitatis
absque testibus, vel aliqua probatione dicentis illum de cu-
iis bonis agitur actu adferre virtualia cancellari solet seque-
strum, & hanc esse praxim testatur idem Xāmar d. S. 1 q. nro. 8.

Oo

Sed

79

- 80 Sed in dubium verti video, & non leue, an hæc priuilegia comprehendant debitores de fuga suspectos, in qua quæstione contrarios adinuenio nostros Iosephum Ramon *conf.* 11. et 12. & Petrum Ioannem Fontanel. *decis.* 233. Ille defendere conatur etiam illos cōprehendere, cuius fūdamenta referam. † Imprimis quia nostra Priuilegia generaliter loquūtur, & sub generali dispositione quæuis persona etiā priuilegiata continetur *l.in fraude* 15. §. *fin.* ibi quia generalis est ista determinatio *D.de testa.mili.* Bald. *in l. omnes populi vers.* Item nota *D.de iusti.et iur.* Castillo *lib.* 4. *contr.c.* 41. ¶ 42. Decius in *l. 1. col. 2.* & Cagnol. *nu.* 26. *D.de reg.iur.* Natta *conf.* 613. *nu.* 16. Tiraquel. *de retrac.linagier* §. 1. *glos.* 14. *nu.* 97. qui *nu.* 105. ait dispositionē generalē comprehēdere etiam casus quantum-uis priuilegiatos, & fauorabiles nisi tamen in eo casu in quo generalis dispositio statuit habeant priuatum, propriumq; ac speciale priuilegium. † Et sic licet debitor suspectus de fuga possit aduersus cōmunis iuris regulas ab ipso creditore capi *l. ait Praetor* 10. §. *si debitore D.qua in frau.credito.* Alex. *conf.* 19. n. 3. Castren. *conf.* 31. *vol.* 1. Suarez *in l. post rem iudicatam limita.* 7. *D.de re iudi.* Matienço *in l. 1. tit.* 17. *glos.* 1. *nu.* 3. *lib.* 5. *recop.* Ceuallos *commu.contra commu.* *quest.* 267. Boer. *decis.* 215. *num.* 13. Nos lato calamo ex tex. singulari in *l. 1. C.vbi quis de decur. vel cohob.* & ex quamplurimis alijs autoribus obseruabimus *cap.* 19. §. 4. *nu.* 3. *cum seq.* præcipuè ex *glos.* in §. 1. *vers.* *in iudicio I. de actio.* Osual. ad Donel. *lib.* 17. *cōment.* *cap.* 2. *litt.* N. Coler. *de proces.execu.par.* 1. *cap.* 2. *nu.* 122. Ioan. Petr. Moligan. *de iur.reten.* *quest.* 221. Mars. *sing.* 43. *nu.* 1. Berlichius *conclus.* 73. *nu.* 23. Tuscus *conclus.* 528. *lit.* F. Menoch. *de recip.posses.reme.* 10. *quest.* 9. Ioan. Altusius *in sua Dicæologia lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 23. † & etiam die feriato in honorem Dei *glos.* *in l. dies festos C.de ferijs* Caccialupus *quest.* 8. *nu.* 1. Gail. *lib.* 2. *obser.* 44. *nu.* 1. Rebusfus *ad ordina.* Regias *tom.* 1. *art.* 6. *glos.* 3. *nu.* 60. Pechius *de iur.sistens.* *cap.* 7. *n.* 1. Berlichi. *conclus.* 73. *nu.* 50. Alberi. *in l. feriatis D.de ferijs,* & nos infra *cap.* 19. §. 6. *nu.* 18. vbi notauimus locum Palladi. *lib.* 1. *rei rusti.* *cap.* 6. afferentis necessitatem ferijs carere. † Et licet suspectus de fuga

De debit. susp.& fug. Cap. I 9. §. III. 291

fuga si vadit ad Nundinas possit capi ut ex Angelo in l. dies
festos in fine Cod. de ferijs tradit Suatez in declara. l. 2. for. leg.
lib. 2. tit. de los enplazamientos quæst. incipiente sed attēde nu.
27. maxime si vera est doctrina Curtij de sequestro n. 31. quod
mercatores omnes dum existūt in Nundinis sunt suspecti de
fuga, & si regulariter tempore Nūdinarū persona aut res ali-
cuius sīstī non possint l. 1. C. de nundi. Coler. de proces. execu.
par. 2. cap. 3. nu. 156. cuiuslibet speciei illæ sint quas recenset
Maria. Socinus conf. 61. nu. 23. lib. 2. & nos notabimus in d. §. 6.
nu. 25. † tamen cum casus suspicionis fugæ non reperiatur 85
exceptus in materia salui conductus, parum interest quod in
alijs omnibus casibus reperiatur exceptuatus suspectus de
fuga, & quoad Nundinas maximū discrimen considerat Ra-
mo. conf. 12. nu. 30. inter eas, & priuilegia nostra. † Saluus cō-
ductus enim Nundinarum non comprehendit facinorosos 86
homines Magalo. in trac. de saluo cond. † Est introductus in
fauorem miserorum, & pauperum debitorum. † Priuilegia 87
nostræ Ciuitatis, & nostri textus sunt introducta ratione pu-
blicæ vtilitatis quæ fuit causa finalis concessionis, hæc gemi-
nata sunt ex certa scientia, vim legis obtinent, & clausulas 88
magis vniuersales habent. Secundum fundamentum Ramo-
nij nititur verbis primi priuilegij ibi *vel pro quibusunque*
debitis proprijs vel alienis, vel delictis, vel alia de causa, quæ
sui natura similiū est repetitiua glo. in l. si fugitiui cum si-
milibus C. de ser. fugi. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 8 o. n. 163.
quinimo cum facinorosi homines eo priuilegio cōtineantur
multo magis suspecti de fuga continebuntur, cum leuius sit
delictum. Saluus enim conductus extenditur ad casus non-
expressos dūmodo similes sint vel minores expressis Nouel.
in reg. 48. incipiente saluum conductum in 6. amplia. Bossi. in
tit. de remedij ex sola clementia Principis nu. 70. Farina. de
carce. et carce. quæst. 29. nu. 57. Vbi addit saluum conductum
delictorum omnium generaliter indultum non in publicis
modo, verum in occultis etiam delictis locum obtainere ex
Bald. Signo. Menochio & alijs, quinimo Magalotus de saluo
cond. par. 3. nu. 8. fol. 238. tradit quod si in saluo cōductu es-

Oo 2 sent

sent clausulæ ita pingues, & generales ut demostrarent Principem voluisse concedere saluum conductum cuiuscunque alterius delicti remissione siue suspensione nō obstante, tunc dicendum est illa generalia prægnantiaq; verba in saluo conductu apposita extendere facere ipsum ad casum ad quem alias non extenderetur.

Tertia ratio quæ mihi maxima est illa esse potest: Hæc priuilegia ob commodum, & publicum bonum ipsius Ciuitatis fuerunt à Domino Rege concessa ut ex proœmio ipsorum depromi potest, quod argumentum validissimum esse probant Caffane. *ad Confus. Burgun. in pro. in princ. Menoch. conf. 14. nu. 4. Et lib. 4. præsump. 34. ex l. fin.* & ibi Bart. *D. de hæred. insti.* & idem Bart. *ad l. 1. D. ad Macedonia.* & in hoc casu licitum est Domino Regi ex causa publicæ vtilitatis damna remittere, & præiudicium inferre creditoribus *l. item si verteratum §. 1. D. de rei vindic. l. Lucius D. de euic. Crauetta conf. 264. nu. 10. Pegue. decis. 39. nu. 11. Aponte de potest. Proreg. tit. 10. §. de saluo conductu Alexa. conf. 136. nu. 13. vol. 1. Afflic. ad Confl. Neapo. quæst. 17. nu. 7. Et 9. Vbi ait quod quando Iudex ex aliqua causa sibi placita securitatem indulget ceſare omnem iniuriam, & omne damnum creditoris, quod locum maxime habet in casu nostro cum solum dicatur guidatus ille debitor tēpore quo annonam trahit, & reuertitur domum, quod breuissimum esse solet Vitalis *de clausu. ver. securitate pendente*, vbi ait quod in sua Iurisdictione potest quis delinquentem guidare ad tēpus eo quod non est gratia sed suspenſio Maſtril. *de Magistra. lib. 4. cap. 16. nu. 188. Farina. de carcere quæſt. 29. nu. 21. Belluga in Specu. Princip. rubri. 3 4. §. sed pone num. 15.**

Quarto facit quod saluus conductus est latissimè interpretandus: beneficium enim potius quam Priuilegium Principis est, ut benè declarat Menoch. *de arbit. lib. 2. casu 336. nu. 24. Et 25. Castren. conf. 422. lib. 1. Fontanel. de pact. nupti. tom. 1. clau. 4. glof. 15. nu. 156. Xammar d. §. 16. nu. 38.* & ideo latissimam interpretationem accipit Iason *in l. beneficium nu. 31. D. de confl. Prin. † & in materia salui conductus concessio-*
nem

De debit. susp.& fug. Cap. 19. §. III. 293

nem latè esse interpretandā tenet Decius cōf. 51. Bald. Ange.
 & alij adducti à Farina. d.q. 29. nu. 39. quia vt ipse afferit bo-
 næ fidei sunt omnes Principis cōtractus, † spectatq; ad Prin-
 cipis honorem promissam securitatem seruare Bossius tit. de
 reme. ex sola clemen. Princi. nu. 69. Bertazo. conf. 359. num. 2.
 † Ideo saluus conductus concessus marito, vxorem compre-
 hendit, cuius nulla sit facta mentio Bald. conf. 409. vol. 1. 6
 conf. 414. vol. 5. Mar. Giur. ad Consue. Messanen. cap. 1. glos. 1.
 par. 1. nu. 58. Farina. d. quest. 29. nu. 52.

90

91

Hæc sunt, & alia quæ omitto, quæ expendit Iosephus Ra-
 monius in dictis consilijs 11. 6 12. pro hac opinione, quam-
 licet afferat fuisse amplexam per Senatum prouisione facta
 die 5. Martij 1607. referente supra memorato Don Ioanne
 Magarola qua extitit declaratum locum fuisse saluo condu-
 etui, & exarceratum Guillelmum Malla, tamen ex dicta
 prouisione non potest colligi Senatum eum habuisse vti su-
 spectum de fuga, & talem non fuisse pluribus conatus fuit
 roborare dictus Ramon. d. conf. 12. nu. 33.

At vero Ioan. Petr. Fontanel. d. decis. 233. to. 1. contrariam
 sententiam conatur adstruere varijs rationibus. † Prima quia
 debtor suspectus de fuga, beneficijs legalibus non gaudet
 Caccialup. de debit. susp. quest. 8. Ludoui. Moro. conf. 80. nu. 4.

92

Secunda quia saluus conductus intelligitur rebus sic stan-
 tibus arg. l. cum quis in princ. D. de solut. cap. fin. de hereti. & ita
 Roma. in l. 4. §. si seruus nu. 10. D. de ad qui. posses. dicit quod
 expirat securitas deficiente eo rerum statu qui erat tempore
 concessionis: habet enim tacitam cōditionem nisi impetrans
 nouam præbeat offensionis causam Nellus in trac. de ban. 2.
 par. tempo. 2. quest. 16. Blanc. in praxi crimi. S. datis defensioni-
 bus num. 52.

93

Tertia quia priuilegium ei non prodest qui illo abutitur l.
 nullus l. Iudeos C. de Iudea. & Blanc. vbi supra nu. 53. ait illi nō
 esse seruādum qui ideo impetravit vt tutius sub eo delinque-
 ret Menoch. casu 357. nu. 15. Franchis decis. 258. Caual. casu
 118. Merlin. contro. iur. cap. 40. n. 16. & inquit Nellus d.q. 16.
 quod delinquens post saluum conductum videtur dolosè il-
 lum

94

294

Don Raphaelis de Vilosa

lum impetrasse arg. *I.si ventri S.fin.D.de priui.cred.Nouarius in collecta.ad prag. I. 2. E 3.de guidaticis nu.7.*

95

Quarta quia securitas non trahitur ad ea quæ post concessionem contingunt, ideo non extenditur ad futura delicta. Sign. conf. 103. nu. 3. Areti. de malefi. ver. fama publica quest. 5. Bellus de re milit. par. 9. tit. de saluo cond. nu. 32. Farinac. de carcer. E carce. quest. 29. Vincen. de Franchis decis. 258. imo delinquendo ita priuatur illius beneficio vt puniri possit pro delictis quæ ante concessionem commiserat, vt per Nellum vbi sup. & Vitalem trac. de claus. tit. nihil nouan. sicur. pende. col. 2. circa finem, & Angelus in l. penal. S. illud D. quodquisq; iur. ait securitatem non extendi ad futuras obligationes.

Hæc & alia considerat etiam Surd. d. decis. 307. qui asserit ita decism fuisse in Senatu illo: non enim vulneratur saluus conductus cum videatur cōcessus rebus sic stantibus Romanus in l. 4. S. si seruus nu. 10. D. de adquir. posse. videturque dolosè impetratus si post concessionem quis delictum commiserit præfertim cum coeperit res suas componere, & se ad fugam accingere, quo casu non dicitur læsa securitas cum non seruetur ex superuenienti causa argumento *I.si de certa C. de transacti.* nec Princeps si sciuisse eum fugitiuum, vel de fuga suspectum securitatem concessisset, vt optimè considerat Surd. vbi supra nu. 17. Bald. conf. 400. nu. 3. vol. 1. Hodierna ad d. decis. 307. Surdi nu. 1.

96

Sed ad debita etiam iurata extēdi nostra Priuilegia incom-
perto est vt ostendit Xāmar d. S. I 6. nu. 12. Boer. decis. 296. cō-
tra Farina. de carce. q. 29. nu. 22. contrarium sentientem, alias enim essent inutiles omnes salui conductus cū omnes credi-
tores habeant credita iureiurādo roborata Thesa. decis. 186.
n. 6. Assin. de executi. par. 9. n. 271. Seraphi. de priui. iuramen.
priui. 22. nu. 21. cū seq. Galerat. tract. de renunci. cent. 2. renun.
200. Carol. de Grassis excep. 32. nu. 17. E 20. Mastril. decis. 16.
n. 2. Portoles. ad Molin. S. accusatio par. 1. & in Cathalonia vbi
omnia instrumenta concipiuntur cum iuramento seruari ista
Priuilegia debtoribus testantur Ramon. d. conf. 11. nu. 31. &
Fontanel. d. decis. 233. n. 20. E 21. qui tradit id quod practicari
solet

De debit. susp.& fug. Cap. 19. §. III. 295

solet ad vitandas difficultates quæ occurere possunt. † Solet enim Sindicus Ciuitatis pro suo interesse comparere in iudicio, & defendere Priuilegia. Est elegans locus nostri Thomæ Mieres in Curia Perpiniani Regis Petri Tertij tit. de elongamentis nu. 3. colla. 6. par. 1. fol. 133. Quero quod auctoritate priuilegij Regij est concessum guidaticum Nundinarum, ecce quod debitor iuravit non adlegare guidaticum aliquod, & capitur tempore nundinarum. Sindicus Ciuitatis petit illum debitorem liberari propter dictum guidaticum, creditor opponit de renunciatione guidatice cum iuramento, certè credo quod debeat seruari ad petitionem Sindici quia illud priuilegium Ciuitati est concessū, secus si ad petitionem debitoris, quia licet renuntiare potuit iuri suo non tamen dicta Ciuitatis arg. tex. in cap. si diligenti, de foro compe.

Si vero saluus cōductus annonæ fuerit obtentus postquam iam exequutio cōtra debitorem qui illum obtinuit fuerit incepta, tunc non prodest, vt pluribus probat Michael Ferrer 3.par. obseruan. cap. 370. cum seq. & pluribus Senatus Cathaloniæ decisionibus id confirmat Xammar d. §. 16. nu. 30.

Sed quod magis declarat horum Priuilegiorum vim est quod asserit Xammar d. §. 16. nu. 9. inuenisse decisum per Regium Senatum conclusione facta die 5. Julij 1488. nempe fuisse declaratum seruum qui aliquod delictum commiserat venientem cum quadam tiremi quæ victualia deferebat ad eandem Ciuitatem gaudere debere dicto saluo conductu, & fuisse relaxatum à carceribus in quibus detinebatur.

Latrones autē publici, monetæ falsæ fabricatores, quibus iure patrio prohibitum est saluos conductus concedi, nullo modo hoc Priuilegio fruuntur vt ex Iosepho Ramonio conf. 54. nu. 15. dixit Xammar ubi supra nu. 22. declarasse sēpe Regiam Audientiam. † Eiusdem conditionis sunt qui cōtra Ciuitatem Barcinonæ cui illa concessa fuere deliquerunt, quia committens delictum contra aliquem propter quem habet priuilegium, non gaudet eo priuilegio ex l. auxilium vers. in delictis, & in fine D. de minor. Bart. in l. apud hostes circā principium D. de capti. & postl. reuer. si Sindicus Ciuitatis pro delicti

- licti punitione instet ut tradit Ferrer 3. par. obser. cap. 368. vbi etiam quid si Sindicus nō instet contra prædictum delinquentem, vel supplicet pro illo, facit tex. in cap. fin. de immuni. Ecclesi. cap. in audientia de senten. excom. cap. quia frustra de sur. Surd. conf. 37. nu. 3. qui declarat hanc doctrinam veram esse si delictum est graue, secus si leue Cabedo decif. 9 o. nu. 2.
- 102 † Non iuuat hic saluus conductus debitoribus si probatur eorum fraus, sic tradit Xammar nu. 28. decisum fuisse in Regia Audientia Cathaloniæ die 22. Nouembris 1513. in facto Ioannis Trullols contra Mathiam Ioan: fuerat enim conuentus dictus Trullols instante dicto Ioan in Regia Audientia, & pendebat in ea lis indecisa currente termino ad probandum partibus, eo tunc Trullols ingressus fuit Ciuitatem Barcino-næ cum modica annona potius animo fraudandi creditores, quam Ciuitatem prouidendi, & ita dolo videtur impetrata. hæc securitas, & ideo nō iuuat Menochi. de arbitr. casu 337. nu. 14. Surd. decif. 307. Paul. Bello. de his quæ fūnt inconti. lib. 2. cap. 1 o. nu. 4. tradit Xammar d. §. 16. nu. 29.
- 103 Sed non modicam difficultatem continere videtur disputatio quæ orta fuit inter nostros Cathalanos Iosephum Ramonium, & Michaelem Ferrer de Iurisprudentia benemeritos, an qui promisit de iudicio sistere siue datis, siue non datis fideiussoribus possit gaudere beneficio huius salui cōductus, vel alio à Principe ore tenus concessso veluti si à Prorege fuerit vocatus. Ramonius conf. 53. § 54. intrepidè tenet debere gaudere. Michael Ferrer 3. par. obseruan. cap. 372. contrarium sentit, & tota hæc disputatio iuxta ea quæ tradunt isti.
- 104 Doctores consilij † an qui promisit in iudicio sisti, vel traditus fideiussoribus dicatur vel censeatur captus, & talem censi- seri probare videtur tex. in l. nec nō 28. ibi Item si quis nec in custodia, nec in vinculis sit, sed sub fideiussorum satisdatione, § dum propter hoc recedere nō potest captus sit restituetur l. in eadem 10. §. in vinculis ibi in vinculis autem eos accipimus qui ita alligati sunt ut sine dedecore in publico apparere non possint D. ex quib. cau. maio. glos. in d. l. nec non 28. verbo satisdatione Guido Papa decif. 253. § singu. 437. Grammati. decif.

De debit. susp.& fug. Cap. 19. §. III. 297

14. nu. 4. Magon. *decis.* *Lucen.* 90. *num.* 8. Menochi. *lib.* 2. *casus* 105
301. *nu.* 10. Thomas Mieres in *Consti.* *mesauant.* *nu.* 3. *col.* 10.
fol. 39. Et *Consti.* *commolt* *nu.* 87. *col.* 9. *fol.* 108. Ioan. de Imola
in *Clemen.* 1. *de Hareti.* & ita fuisse declaratum in Regia Au-
dientia Cathaloniæ tradit Ferrer 3. *par.* d. *cap.* 372. † Sed cō-
trarium quod non dicatur captus qui est sub satisdatione tra-
dit Angelus in *l.* *qui in carcere m.* D. *de eo quod met.* *cau.* Capy-
cius *decis.* 158. Farina. *de carcer.* *quast.* 30. *nu.* 58. & volūt hoc
probare ex d. l. necnon 28. ibi item si quis nec in custodia, nec
in vinculis sit, sed sub fideiussorum satisdatione Don Ludoui.
à Pegue. *decis.* 47. Bossius in *pract.* *crimi.* *tit.* *de carcere* *nu.* 28.
Carauita super *Rit.* *Neapo.* *ritu* 269. *num.* 17. Lucas de Penna
in *l.* *sigrauius C.* *de dignita.* *lib.* 12. Gallin. *de verbo.* *signi.* *lib.* 5.
cap. 16. *nu.* 414. & ita iudicatum fuisse in eadem Regia Au-
diētia Cathaloniæ tradit Ramon. *d. conf.* 54. *in fine.* † Sed ma- 106
ximum discrimin inuenio inter istos casus, etenim nostra
Priuilegia loquuntur in saluo conductu per ipsa, seu per le-
gem mortuam concessso, sub cuius dispositione non compre-
henduntur personæ quæ à iure sub saluo conductu poni non
possunt, quia lex vel priuilegium concedens generalem sal-
uum conductum restringitur ad habilia. At vero in casu
Ramonij agebatur de saluo cōductu à lege viua idest ab ipso
Principe concessso qui omnino est seruādus, & respectu eius
non datur exceptio personarum, vt infra dicemus & notauit
idem Ramon. *d. conf.* 54. *nu.* 14. qui alias differētias inter istos
duos casus adducit *num.* 19. Et 21. † Sed illud in hac re omit- 107
tendum non est quod iam à nobis adnotatum fuit *cap.* 18. §. 3.
nu. 13. sub fideiussione constitutum videri captum, intelligē-
dum esse lato modo, & secundum subiectam materiam, ete-
nim in illa de qua loquitur Cæsar Carena *resolut.* 80. à *nu.* 6:
certum est non videri captum, nec carceratum sub fideiussi-
one constitutum: agit enim de sententia arbitrali qua adiu-
dicabantur cadauera carceratorū Cremonæ Ecclesiæ Cathe-
drali sub cuius Parochia sunt carceres Prætorij, quod quidem
non debet extendi ad reos sub fideiussione constitutos extra
carceres in domo alteri Parochiæ subposita morientes.

Pp

Sed

- 108 Sed an iste saluus conductus comprehendat naues onustas mercibus, & annona vi ventorum ad oram Barcinonæ proiectas tractat noster Xammar d. §. 16. nu. 32. & optimè resolut nullatenus illas comprehēdere cum nec ad gabellam teneantur, sicut quæ aufugit de vno territorio ad aliud propter Piratas, Bart. in l. 1. C. de naufragijs, & is qui fugit propter pestem Ripa in princ. sui tract. de peste Mexia de pane conclus. 1. nu. 28. in fine, vel si cum rebus prohibitis est solum per transitum Iuli. Clar. in practi. §. fin. quest. 82. statu. 7. num. 3. Auilez in cap. 51. glos. y por ella, vel si vi ventorum in portum prohibitum vel cum rebus prohibitis peruererit l. C. asar, & l. fin. §. si propter necessitatē D. de publi. & vectiga. Suarez allega. 18. nu. 3. Bouadilla lib. 4. politi. cap. 5. nu. 39. Afflict. in Conſti. Regni. Neap. Magiftri fundicarios nu. 5. tit. 86. de offi. Magiftri Iusti. lib. 1. Muta in Cap. Regni Siciliae Regis Ioannis cap. 91. nu. 37. tom. 6. & super Cap. Regis Alphonsi cap. 355. nu. 7. tom. 5. Viuius decis. 156. nu. 7. † Sed si mutato consilio mercatores merces, & vietualia exonerent in portu vt veneant in Ciuitate, tunc saluus conductus eis proderit, cum in ea causa sit nauis, ac si ab initio eo destinata esset arg. tex. in l. fin. §. fin autem auaritia C. commu. de lega. Muta ubi supra maximè cum solum attendatur vtilitas Ciuitatis, & quod vietualibus abundet, vt animaduertit Xammar dicto §. 16. num. 35.
- 109 110 Non multis ab hinc annis se obtulit in nostro Sacro Supremo Regio Aragonum Consilio super materia salui conductus à Iudice concessi non leue dubium. † Euenit die decima quinta Martij 1667. hora decima noctis horrendum facinus in Matritensi Curia. Iosephus Georgius Correa Chirurgus luxuriosè viuebat cū Maria Romero vxore Emanuelis Carrasco Cauponis, & vt magis liberè possent libidinem exercere decreuerunt ambo in vitam dicti Carrasco cōspirare, eumque è mundo tollere, ob quod occultè remansit illa nocte in cubiculo Elizabethis Gonzales dictæ Romero cognatæ vna cum Barnaba Tobia eius famulo. Dormientem ergo miserum Emanuelem Carrasco aggrediūtur, & pugione ipse Correa vulnere ynico pectori illato confodit, statim san-

sanguinem è vulnere exeunte paniis emungunt, & ambo
vti chirurgi ipsum vulnus subtiliter acu consuunt, è domoq;
occisi nocte media recedunt in aliasque se conferunt. Maria
Romero tanti facinoris conscientia, auxtrix, & perpetratrice ad-
ueniente die lachrymabunda vicinos præterentesque vocat
vt testes sint mortis dicti sui viri fingens eum vi podagræ do-
loris, cui laborabat, repente decessisse; sed tamen festinanter
funus preparat, & iam iam Religiosis accendentibus ad iusta
cadaueri persoluenda; & non modicis suspicionibus ex eius
moribus, & festinatione ad sepeliendum proprij viri cadauer
ortis ad eius visorium Iudex procedit, & reperto vulnere,
mulier & cognata cæterique in domo viri habitatores carce-
ribus mancipantur, & Deo directore ad tanti delicti cogni-
tionem deuenitur, & Maria Romero furca suspenditur. Iose-
phus Georgius Correa fugam arripuit, sed nec in causa fuit,
vt debitas penas non lueret, siquidem non paucis transactis
mensibus ad aures alicuius ex Alcaldis Curiæ Matriti peruenit
illū se recepisse in Ciuitatem Alicantis Regni Valentiae cre-
dētem tutissimè in ea posse moram trahere, sed sanguis Ema-
nuelis Carrasco ad Cœlum clamabat, vnde requisitorijs litteris
ad Iudicem Alicantis missis carceri traditur, & post octo
dies saluum conductū ostendit ei per Locutentem Iustitiæ
Alicantis concessum. Ad nostrum Consilium pro parte fisca-
lis Aulæ Alcaldorum acceditur, vt præcipiatur Vicesgerenti
Generalis Gubernatoris in Ciuitate Alicantis quatenus tra-
dat dictum Iosephum Georgium Correa Alguatzirijs qui ad
hunc effectum illic mittebantur, non dubitabatur quod in-
 vim concordiæ initæ inter Regna Castellæ, & Valentiae, vt
certis in delictis ex uno remittantur ad aliud delinquentes,
erat hic tradendus, est Pragmatica data Matriti 3. Decem-
bris 1624. & in ea capitulum sequens. *Item qui homicidia
acordatè perpetrauerint.* Sub quibus verbis nostrum compre-
hendi nullus dubitabat. Solum dubium fuit de saluo condu-
ctu à Iudice, seu Locumtenente Iustitiæ ei concesso. † Nam
nihil in iure certius est saluum conductum omnino esse ser-
uandum l. non alias 24. D. de indic. l. 2. §. legatis, & ibi glof.
111

- ver. testimonij D.eo. Belluga in specu. Princi. rubri. 21. nu. 2. 65
 3. Coler. de proces. execu. lib. 4. cap. 1. nu. 192. Cancer. lib. 2.
 var. cap. 1. de iuris. omni. iudi. nu. 291. Nellus in trac. de ban-
 ni. 2. par. tempo. 2. quæst. 11. Magalo. tract. de securit. Et saluo
 cond. fol. 30. Bursa. conf. 177. Menoch. conf. 100. Farina. de car-
 cer. Et carce. quæst. 29. num. 10. Surd. conf. 281. Et 298. Anto-
 Oliba in usat. aliud namque cap. 14. nu. 141. de iur. fis. Mar-
 quilles in usati. quoniam per iniquum tit. de Guiaties Costa
 de reme. subsi. reme. 20. Bellonus de his quæ fiunt in continenti
 112 lib. 1. cap. 189. + nemo enim debet sub fide publica circun-
 ueniri l. 1. C. de his qui veniam etatis Decius, & Cagnolus in
 113 l. ea est natura D. de reg. iur. Peguera decif. 39. nu. 10. + & pro-
 inde Alberi. in l. obseruandum in fine D. de offic. Praesi. elegan-
 ter ait delinquenti securitatem promittere , ac deinde eum
 114 punire , prodictionem esse . + imo etiam si Iudex non haberet
 facultatem, & esset contra legis præscriptum adhuc fides es-
 set seruâda Don Hieronymus de Leon decif. 206. nu. 6. lib. 2.
 115 Merlin. controuer. foren. cap. 53. + cum nec directè, nec indi-
 rectè sit violanda Angel. in l. Papinianus §. si quis mortis D. de
 inoffici. testa. Aretin. in l. 3. §. si seruus in 2. par. D. de adqui. poss.
 Iason in l. 1. col. 3. vers. quid autem importent illa verba D. qui
 satisd. cog. Vincent. de Franchis decif. 590. nu. 6. vers. item di-
 cebatur, Et decif. 673. nu. 3. de quo latius infra.
 116 Sed in hoc casu nullum extare saluum conductum visum
 fuit, illi enim qui allegabatur deficiebant quæ à iure require-
 batur, nō enim subscriptus erat in eo Assessor, nec Aduocatus
 fiscalis, nec per Scribam aliquem erat referendatus, quo circa
 poterat esse quod post capturam esset adquisitus, vnde nullū
 effectum operari visum fuit nostro Consilio licet nō ex uni-
 formitate votorum.
 117 In materia salui conductus semper erit memoria tenen-
 dum ad illud detestandum horrendum factum commissum
 ab Henrico à Lotharingia Comite de Ancourt dū officium.
 Proregis in Cathalonia à Gallica tyrannide nominato exer-
 ceret: oninia enim eo tempore iura subuersa fuerunt me te-
 ste vt in hoc tracta. cap. 18. §. 1. à num. 1. usque ad 13. & iste
 erat

De debit. susp.& fug. Cap. 19. §. III. 301

erat Prorex de quo *nu. i o.* loquor. Tempore igitur istius sæ-
uentis ac elati Comitis euenit, quod Innocentius Decimus
Sūmus Pontifex Archidiaconatum, & Canonicatum Eccle-
siæ Cathedralis Barcinonæ dedit nobilissime viro Don Petro
de Rocaberti fratri egregij & Illustris Comitis de Peralada,
Marchionis de Anglesola (fratres ambo in fidelitate Do-
mino nostro Regi debita cōstantes) illum ut obedirent mo-
nitis Summi Pontificis admiserunt Canonici eique possessio-
nem solitam tradiderūt, cuius rei causa infestus Comes quen-
dam Clericum Gallum appellatum Monsiur de Champaña
misit ad Doctorem Michaelem Ioānem Boldò Canonicum,
& Vicarium Generalem ei dicēdo quatenus ipse Prorex vo-
lebat quod Capitulum conuocaret, & illud vna cum nouiter
prouiso Dō Petro de Rocaberti accederet Regias domos vbi
ipsum erat ad loquuturus. Videns Capitulū præceptū Prore-
gis, sub cuius dominio, licet iniustè de facto, existebat, more
solito associatū Clero totius Ecclesiæ antecedētibus fascibus,
tympano maiori grauiter pulsante, accesserunt domos Pro-
regis ab ipso exquirunt causam vocationis. Sed ille indigna-
tus cōqueritur de tradita possessione Archidiaconatus, & Ca-
nonicatus Ecclesiæ, eosque grauiter reprehendit, tresque
graues doctos, ac modestos viros totius Capituli ornamētum
præclarum, vti autores huius tam debitæ obedientiæ per Du-
cem turmæ militum custodiæ suæ personæ designatae, capi
iubet, eosque celeri pedestriique cursu satellitibus custoditis
ad Portum mittunt, vbi Nauis quæ ventis iam vela pandebat
inuenitur huic nobili triumuirato Romam transportando
conducta. Nomina autem istorum trium virorum, quæ æter-
nitati potius quam huic memoriæ consecrari velim, sunt Mi-
chael Ioannes Ofsona Theologus eximus, & concionator
insignis, Præcentor, & Canonicus Ecclesiæ. Franciscus Tauer-
ner equestris ordinis vir, & Raymundus Coll Canonici. Re-
hac omnium dolore exequuta statim per Deputatos fuit ob-
uiam itum Constitutionum, & libertatum iam occidentium
fracturæ. Sed inter alia quæ acriter per Aduocatos expende-
bantur erat Regia fides violata, certum enim erat vniuersum

Capi-

- Capitulum sub fide Viceregis domos illius accessisse , illos autem expulsos membra Capituli fuisse, nec posse hos lædi,
 118 quin corpus illud læsum dicatur , † nihil autem certius est , quam vocatum à Principe viuæ vocis oraculo censeri sub fide Regia vt supra tetigimus l. non alias 24. l. 2. §. legatis iunc. glos. ibi *D.de iudi. Belluga in specu. Princi.rubri. 21. num. 2. Coler.de proces.execu.lib.4.cap.1.num.192. Calici. de iur.fif. dubit.8.quest.86.nu.13. Cancer.var.lib.2.cap.2.nu.313. Menochi. de arbitr.iudi.casu 336. nu.25. & 26. Cabedo decis. 90. Portules. in Schol. ad Molin. ver. accusatio Ramon conf.*
 119 53.num.5. Peguer. decis. 39. † & de iure Cathalaunico extat vsaticus *Quoniam per iniquum tit. de Guiaties*, & libet illius verba referre vt appareat iam sexcentum ab hinc annis nostros Principes , seu Comites Barcinonæ religionem vocis
 120 suæ inuiolabiliter seruasse . † Verba hæc sunt *Quoniam per iniquum Principem & sine veritate, & sine iustitia perit omni tempore terra , & habitatores eius. Propterea nos saepe dicti Principes Raymundus*(hic fuit Magnus ille Raymundus Beringarius Barcinonensis Comes qui duodecim Reges Mauros sibi tributarios fecit vt notauit P. Franciscus Drago in histo.Comi.Bar.lib.2.cap.65. Marquilles in usatico Cum Dominus not. 53. in princ. dicit Raymundum vocari quasi Radius Mundi. Sicuti Sol prodiens in Oriente, & Adalmodis hæc fuit vxor eius Comitissa de Carcassona ambo fūdatores Ecclesiæ Cathedralis Barcinonæ) consilio, & auxilio nostrorū nobilium virorum decernimus , atque mandamus vt omnes Principes, qui in hoc Principatu nobis sint successuri omni habeant tempore sinceram perfectam fidem, & veram loquutionem vt omnes homines nobiles, & ignobiles Reges, & Principes Magnates, & milites, rustici, & pagenses, mercerij, & negotiatores, peregrini, & amici, Christiani, & Serraceni, & Iudei possint se in illo fidare, & credere non solum illorum personas, sed etiam Ciuitates, & Castella, & honorem, uxores, & filios, & cuncta quæ habuerint sine timore absque ulla mala suspectione, & omnes homines nobiles, & ignobiles, magnates, & milites, pedites, marinarij, & cursarij, & monetarij in illorum terra stantes
 vel

vel aliunde aduenientes adiuvant Principes predictos eorum
 fidem, & loquutionem tenere, & custodire, & gubernare per
 rectam fidem sine fraude, & sine malo ingenio, & consilio in om-
 nibus videlicet causis tam paruis, quam magnis, & inter ca-
 tera firmiter custodiatur ab eis pax, & securitas quam Prin-
 cipes Hispanie dederunt Sarracenis tam per terram, quam
 per mare. En verba quibus antiqui illi Principes nostri fidem
 commendabant, illaque tanti facienda est, † ut dixerit Aristotele. 121
 in lib. de secretis secretorum lib. I. cap. 26. Caveas ne infringas
 fidem alicui donatam quia per fidem Ciuitates seruantur, &
 sic hominum multiplicatio Ciuitatum castrorum, ac virorum
 communio Regis dominatio. Per fidem enim castra tenentur,
 Reges dominantur, et si quis frangit fidem sequuntur impro-
 prietas sequentes Ciuitates, & castra depopulantur, guerra
 mouentur, populi affliguntur, homines exharedantur, & Regna
 in finalibus de uno ad alium transferuntur. † Vnde exclamat 122
 Augustinus in Solilo. ut adnotauit Guillelmus de Vellefica
 in comment. ad dictum usaticum: *Heu iam fides periit, fides*
ablata est, fides nunquam tuta quia nulla est, si veritas iudicij
tacetur, si aquitas abiicitur, si ius non creditur, si iustitia à cun-
cetiis negatur, pereunt leges, auaritia iudicati, cupiditatis amo-
re, iura nihil valent, † & Marquilles super eodem usatico di- 123
 cit nota quod verbum Principis debet esse firmissimum etiam
 absque iuramento, quod facit multum ad id quod communiter
 dicitur Palabra de Rey, & inferius Respondeo quod nihil me-
 lius sedet in Principe quam fidem ac promissa, ac verbum suū
 ab ipso incōcussè tenere, & seruare, Innocen. in cap. ad Aposto-
 lica de senten. et re iudi. in 6. Cassane. conf. 64. nu. 24. † Extat 124
 etiam Constitutio fin. tit. de saluo conductu, vbi conceditur his
 qui per litteras à Locumtenente Generali sunt vocati ut cē-
 seantur guidati quo usq; licentiā redeundi petierint. Et licet
 per Doctores Narcisum Peralta, & Franciscū Marti, & Villa-
 damor acerrimos Rebellionis defensores in tractatibus quos
 magis adulacionis quam veritatis causa in huius facti defen-
 sionem ediderunt, conati fuerint ostendere in Cathalonia
 in vim supradictę Constitutionis vocationem oretenus Prin-
 cipis.

- cipis non inducere saluum conductum, falluntur omnino, ex
 125 eo quia imprimis de iure communi. † Saluus conductus non
 indiget scriptura Garcia *de nobis. glof. 9. ver. et exemption. 39.*
Vulpell. conf. 59. Fab. Turret. cōf. 42. nu. 1. lib. 2. Surd. conf. 109.
- 126 *nu. 6. Mastrillo de Magistra. lib. 3. cap. 7. nu. 59.* † Nec Constitutio supra tradita contrarium decidit, potius enim exempli gratia quam limitatiuē sunt posita verba illa *bis qui per litteras Locumtenentis Generalis sunt vocati*, & iuxta hunc sensum fuisse declaratū in Senatu nostro Cathaloniæ tradit Ramon. *conf. 54.* de Locumtenente Generali qui vocavit Clementem Talauera, & de nobili Don Petro Soler Iudice Regiæ Curiæ qui vocavit quosdā homines loci de Monmaneu, & Fonta. *decif. 339. 10. 2.* qui loquitur in arctioribus terminis de eo Iudice qui cum casu inuenisset in Ecclesia maiori Ciuitatis Barcinonæ quēdam qui commiserat delictum ob quod non veniebat priuandus immunitate Ecclesiastica, ei dixit accederet domum suam quia eo indigebat. Accessit licet non ea die alia proxima, & cum Iudex Regiæ Curiæ ad carceres eum duci iussisset, fuit declaratum restituendum esse Eccle-
 127 siæ ne deceptus sub fide publica videretur, † etenim ut ait Farinaci. *de carcer. et carcera. quaest. 29. nu. 5.* debet Princeps vnum calamum, & vnam linguam habere, & cum scriptum sit que processerunt de labijs meis nō faciam irrita, ideo securitas ab eo concessa debet esse immobilis, sicut lapis angularis, & polus in Cœlo Bertazo. *conf. 359. nu. 14. et 15. volu. 2.* Bossius tit. *de Principe num. 19.* Bursat. *conf. 177. nu. 39. lib. 2.* Decius *conf. 18. nu. 108. lib. 1.* Petr. Prema trac. *de securit. promis.* quē refert Martinus Mager. *de Aduoca. armata cap. 11.*
- 128 *nu. 141. et 185.* Petr. Grego. *lib. 8. de Repub. cap. 8. et 9.* † Ramirez de l. *Regia S. 3. nu. 36.* vbi quod omnes conuentiones, &
 129 iudicia Principis bonæ fidei sūt, † & inter casus fortuitos numerari quod Princeps pacta non seruet notauit Valen. *conf. 2. num. 69.* plura Solorza. *de Indiar. gubern. lib. 2. cap. 27. num. 61. et seq. & emble. 28. nu. 29.* vbi supra tradita adducit
 130 ex Bald. *conf. 327. lib. 1.* † & ex Rolando à Valle *conf. 2. num. 150. lib. 1. et conf. 1. num. 34. lib. 2.* vbi dicitur fidem fallere gravibus

De debit. susp. & fug. Cap. 19. §. III. 305

*uibus graue esse, grauioribus grauius, et viris exemplaribus
grauiissimum, ideoq; in Regibus, et Principibus plusquam gra-
uissimum.*

Sed magis vrgēt tradita à Peguera in illa celebri *decis. 39.* 131
In qua cum speciali lege, seu Constitutione in Prouincia Ca-
thaloniæ cautum inueniatur ut neque Dominus Rex neque
eius Ministri possint hominibus qui certa delicta cōmiserint
saluum conductum concedere cum clausula quod si contra
hanc legem cōcedantur sint ipsi salui cōductus ipso iure nul-
li, si tamen per Dominum Regem alicui cōcederetur, adhuc
illi esset seruandus, & nullo modo pro illis delictis posset pu-
niri. † Ratio est in prōptu quia seruare fidem est de iure natu-
rali l. 1. ibi *Huius edicti aequitas naturalis est. Quid enim tam*
congruum est fidei humanae quam ea quæ placuerunt inter eos
seruare D. de pac. qui tex. intelligitur de iure naturali gen-
tium primæuo, cum sit actus conueniens hominibus tantum
Bart. Paul. & communiter Doctores in d. l. 1. §. *quod vero na-*
turalis ratio I. de iure nat. gen. et ci. D. Thomas 2. 2. quest. 70.
art. 17. cum seruare fidem sit de primis principijs iuris natu-
ralis, & cōstituatur in primo gradu præceptorum naturalium,
qui gradus est eorum, quæ ab omnibus solo lumine rationis,
iusta iudicari debent, & sic magis obligat hoc præceptum,
quam quocunque aliud ex iure positivo proueniens vt mox
declarabimus §. sed naturalia I. de iur. natu. genti. et ciui. l. 2.
D. de usufr. earum rer. quæ usu consu. cap. pastoralis §. neque de
senten. et re iudi. † Sic Marcus Regulus Consul Romanus cū 132
fuisset captus à Cartaginensibus missus fuit Romam, & pro-
missit redire non obstante quod sciebat Cartaginenses eum
interempturi, cuius meminit tex. in l. postliminij ius 5. §.
captiuos ibi ♂ ideo in Atilio Regulo quem Cartaginenses Ro-
mam miserūt responsum est non esse eum postliminio reuersum
quia iurauerat Cartaginem reuersurum, ♂ non habuerit ani-
mum Roma remanendi D. de capii. ♂ postli. reuer. † Legitur 133
etiam apud Fortunium Garcia in l. conventionum nu. 15. D. de
pactis de quodam Comite Præside Prouinciæ qui cū saluum
conductum alicui concessisset consuluit illius Assessor vt illo

Qq

non

nō obstante retineret captum, sed Comes Iurisperito in hæc
(à iure naturali præscripta) verba irrūpit. *Alias leges me doce,
hanc contrariam tuo sensui à fidei ratione didisci.*

- 135 Non negamus Constitutionem, seu legem illam municipalem potuisse stabilire ne delinquētibus in certa specie delictorum salui conductus concederentur, & Dominus Rex eadem lege facta in Curijs Generalibus assēsu, & populi approbatione potuisse sibi legem imponere, & suo Locumtienti, & cæteris Officialibus, & prohibere etiam sub decreto irritanti, & tunc nemini dubium est quod tenetur legem illam maximè iureiurando firmatam obseruare: nam prohibere quod delinquentibus in certa specie delictorum non concedatur saluus conductus, non videtur esse contra ius naturale, neque diuinum. † Sed non potest dicta lex facere quod si Princeps non obstante illa prohibitione, & decreto annullatiuo dederit fidem suam alicui delinquenti, nō teneatur ipse seruare suam fidem, quia tunc ille *contra ius naturale puni-
retur ut optimè ratiocinatur Peguera d. decis. 39. nu. 8. C. 9.*
& sic nō administraretur tunc rectè Iustitia quia fides funda-
mentum est Iustitiæ vt Cicero lib. 1. offi. testatur & sine fide nō
potest esse iustitia *can. ubi sana 24. quæst. 1.* Ex iustitia autem
vt animaduertit D. Cyprianus consequuntur diuersi fructus.
Primo pax populorum seu terræ, secundo tutamen Regni,
tertio immunitas plebis, quarto languidorum gaudium, quin-
to temperies aeris, sexto serenitas maris, septimo terræ fecū-
ditas, octauo solatium pauperum, nono hæreditas firma filio-
rum, vltimo spes futuræ beatitudinis. *Et cum Rex iustus se-
derit super sedem nō aduersabitur sibi quodcumque malignum
l. inter claras 8.C. de summa Trinita. et fide catho.* cuius tex-
tus verba sunt defumpta ex quadam Epistola Ioannis Episco-
pi Vrbis Romæ directa Iustiniano Augusto, digna certè ut
memoriæ hominum commendentur. *Inter claras sapientia,
ac mansuetudinis vestre laudes* (inquit Summus Pontifex)
*Christianissime Principum puriore luce tanquam aliquod sy-
dus irradias quod amore fidei, quod charitatis studio edocti
ecclesiasticis disciplinis Romana Sedis reverentiam conserua-
tis*

De debit. susp.& fug. Cap. 19. §. III. 307

tis, et ei cuncta subiicitis, et ad eius deductis unitatem ad cuius auctorem hoc est Apostolorū Principem Domino loquente præceptum est Pasce oves meas. Quam esse omnium Ecclesiarum caput, et Patrum regula, et Principum statuta declarant, et pietatis vestrae reuerendissimi testantur affatus. Patet igitur in vobis expletum fore quod scriptura loquuntur. Per me Reges regnant, et potentes scribunt iustitiam. Nihil est enim quod lumine clariore præfulgeat quam recta fides in Principe, nihil est quod ita nequeat occasui subiacere quam vera religio, nam cum auctorem via vel luminis utraque respiciant, rectè et tenebras respuunt, et nesciunt subiacere defectū, &c.

Sed & promissa adimplenda esse, & saluum conductum absque distinctione personarum obseruandum nos docet ipsamet Deus dum signauit Cain ne aliquis eum occideret, iuxta quod ei promiserat, nec ex eo quod Populus Hæbreus Idolatra fuerit, omisit adimplere omnia quæ ei promiserat iuxta illud Pauli ad Roma. 3. cap. 3. Quid enim si quidem illorum non crediderunt, nunquid incredulitas illorum fidem Dei evanescuit? notauit Ioan. Molanus lib. 1. de fide seruāda cap. 26. Alias enim exterminaretur commercium humanum, & iura gentium violarentur, vt lato, & eleganti calamo, vt solet, probat Pater Ioánes Marquez Augustinianæ Religionis, & Salmanticensis Scholæ ornamenti præclarum in Gubernatore Christiano lib. 2. cap. 24.

QVIS DICAT VR DEBITOR SVSPECTVS,
& fugitiuus, ac quomodo de hoc Iudici constare debeat,
vt capturam decernere possit.

§. IV.

S V M M A R I V M.

1. *Quæ sunt necessaria ut seruus dicatur fugitiuus, eadem in debitore.*
2. *Institutum huius capitū.*
3. *Debitor fugitiuus capi potest.*

Qq 2

4 Re-

- 4 Refellitur Sesse.
- 5 Etiam capi potest fugitiuus in alieno territorio.
- 6 Vel quoties creditor esset in imminenti periculo amittendi rem suam.
- 7 Creditor non potest auferre à debitore nisi eandem speciem, aut rem in suo genere functionem recipientem.
- 8 Menochius aliter sentit.
- 9 Aliter distinguit Caccialupus.
- 10 Tenetur creditor debitorē à se captū statim Iudici tradere.
- 11 Procurator creditoris poterit etiam debitorem detinere.
- 12 Requiritur speciale mandatum.
- 13 Contrarium tenet Colerus.
- 14 Fugitiuus dicitur qui est in banno positus.
- 15 Et latitans, vel vagabundus.
- 16 Deprehensus in actu fugae.
- 17 Idem operatur fuga in promptu, quod fuga in actu.
- 18 Si discessit à loco ubi sunt creditores.
- 19 Vel inscijs creditoribus eo se conferat ubi copia eius haberi non possit.
- 20 Si mercator fugitiuus fuga concepta emerit merces, Et potestea non soluto pretio fugerit, domini mercium praeferuntur alijs creditoribus etiam anterioribus.
- 21 Si modicum interuallū interuenerit presumitur fuga praconcepta.
- 22 Idem etiam si dominus habuerit fidem de pretio.
- 23 Quid sit suspicio.
- 24 Suspectus de fuga capi potest.
- 25 Fuga periculum facit cessare citationem.
- 26 Relinquitur vis suspicionis Iudicis arbitrio.
- 27 Si immobilia non possidet dicitur fugitiuus.
- 28 In rebus soli cadit affectio.
- 29 Vis affectionis facit cessare fugae suspicionem.
- 30 Mercator possidens multa mobilia qua facile moueri non possunt non dicitur suspectus etiamsi immobilia non possideat.
- 31 Contra Sindicum Vniuersitatis non est fugae suspicio.

32 Im-

De debit. susp.& fug. Cap. 19. §. IV. 309

32 Immobilia nō tollunt suspicionem si sint in alieno territorio.

33 Nec si sunt in loco periculoſo.

34 Vel sterilia, vel inutilia.

35 Suspectus de fuga dicitur qui cœpit sarcinulas componere.

36 Item si latitat, ḡ explicatur D. Ambroſius.

37 Latitant ij qui circa columnas, aut stationes se occultant.

38 Adducitur alius D. Ambroſij locus.

39 Intelliguntur Cicero, ḡ Sidonius Appollina.

40 Quid sint stationes.

41 Statio etiam dicebatur locus in quo Christiani stantes orabant.

42 Stationarij dicūtur qui sītunt ut querant emplorem mercium quas exportant.

43 Portus dicitur statio.

44 Forensis an dicitur suspectus quia sarcinulas cœpit componere.

45 Aliud est fuga, aliud recessus.

46 Authoris distinctio.

47 Suspectus dicitur qui deteriorat conditionem post contractum debitum.

48 Dummodo dilapidatio sit considerabilis.

49 Item si se implicat multis fideiūſionibus.

50 Si tenet clausam præter consuetum officinam.

51 Malos mores habens dicitur suspectus.

52 Purgatur suspicio si ad bonos peruererit, ḡ perſeuerauerit per triennium.

53 Debitor in diem nondum aduento die si est suspectus de fuga potest carcerari.

54 Reijcitur cautela Ianniniij.

55 Exornatur supratradita ſententia debitoris in diem.

56 Explicatur remiſſiue l. quod si in diē 10. D. de petit. hæred.

57 Idem dicendum in iudicijs ſtricti iuris, quod in bona fidei.

58 Intelligitur l. in omnibus 41. D. de iudic.

59 Intellige quod debitor in diem poſſit carcerari ſi ſe effecerit ſuſpectum ob amissionem bonorum.

60 Explicatur l. ſi creditores 31. D. de reb. autor. Iudi. poſſid.

61 Et

- 61 *Et l. Fulcinus 7. s. si in diem 14. D. quib. ex caus. in posse-
catur.*
- 62 *Debitor in diem tunc prefertur alijs creditoribus posterio-
ribus quorum dies iam cesserat.*
- 63 *Debitor sub conditione etiam de fuga suspectus non potest
detineri.*
- 64 *Quid sit cedere diem.*
- 65 *Et venire diem.*
- 66 *Etiam si sit nata actio aliquoties agi non potest.*
- 67 *Vbi conuentum est pure, & cessit, & venit dies.*
- 68 *Si vero in diem, nata est actio, sed nondum agi potest.*
- 69 *Si sub conditione, neque cessit, neque venit dies, nec nata
actio.*
- 70 *Exornatur varijs iuribus.*
- 71 *Explicatur decisio Senatus Granatensis quod debitor in
diem non possit soluere ante diem.*
- 72 *Explicatur latè l. omne as 27. D. pro socio.*
- 73 *Debitor fugitiuus, vel suspectus potest capi etiam si sit intra
tempora ad conficiendum inuentarium.*
- 74 *Obligatus nudo pacto an possit tanquam suspectus detineri.*
- 75 *Nudum pactum non parit actionem.*
- 76 *Creditor ex nudo pacto non dicitur propriè creditor, & ex-
pliatur l. creditores i o. D. de verb. signif.*
- 77 *In statutis tantum comprehenduntur qui propriè credito-
res sunt.*
- 78 *Explicatur §. omnium tit. de Offic. Abba. & Consu. Mercat.
in Nouis Constat.*
- 79 *Apud Mercatores etiam debitor ex nudo pacto est verè de-
bitor, & nascitur actio.*
- 80 *Vicarius Pratorius in Ciuitate Cremona est executor Sta-
tutorum mercantilium.*
- 81 *Angelus de Perusia quod non sufficiat iuramentum ad pro-
bandam suspicionem tenet.*
- 82 *Idem tenet Angelus Arctinus, & alijs.*
- 83 *Contrariam sententiam tenent multi, et signanter Casirens.*
- 84 *Si exigenterent probations per testes insirueretur fuga.*
- 85 *Con-*

- 85 *Contra testes possunt opponi exceptiones, non vero contra iuramentum.*
- 86 *Media sententia Caccialupi.*
- 87 *Sed rejecitur.*
- 88 *Sententia Castrensis placet.*
- 89 *Iurans debet esse bona opinionis, & fama.*
- 90 *Explicatur §. omniū sub tit. de Offi. Abbat. & Consu. Mercat. in Novis Conflit.*
- 91 *Debitor non citatur, ne eius fuga instruatur.*
- 92 *Non requiritur quod Index se deat ad concedendam hanc capturam.*
- 93 *Debet debitum esse liquidum, vel liquidari iuramento.*
- 94 *Iuramentum circa suspicionem, & creditū non poterit praestare Procurator, qui non habet speciale mandatum.*
- 95 *Nec sufficit generale nisi sit cum libera.*
- 96 *Iuramentum hoc debet per Iudicem deferri.*
- 97 *Explicatur celebre Statutum Cremonae 461. sub rubr. de Mazardis &c.*
- 98 *Praestita fideiussione idonea de stando iuri, & insidatum, soluendo debet liberari debitor.*
- 99 *Orphanotrophis, seu Hospitalarijs licitum est debitores carcerari facere.*
- 100 *Laudatur Hospitale magnum Cremonae.*
- 101 *Contra illius debitores exclamatio.*
- 102 *Causa de populationis Cremonae.*
- 103 *Concordat cum iure communi.*
- 104 *Coloni fundorum patrimonialium si fugiunt renocantur.*
- 105 *Receptatores etiam puniuntur.*
- 106 *Renocantur etiamsi ad aliquam militiam conuolauerint.*
- 107 *Et filij huiusmodi colonorum, & nepotes quoque.*
- 108 *Si quis habuerit huiusmodi colonos per 30. annos eos vindicare potest.*
- 109 *Confessio de recepto vel de debito facta à suspecto, vel fugitiuo non nocet tertio.*

Non



1

ON immoror in explicando quis dicatur debitator fugitiuus, cum eadem repetere non licet. † Ex primis huius operis capitibus apparet quis seruus dicatur fugitiuus, eadem autem sunt necessaria ad constituendum aliquem debitorem fugituum, & prosequitur latè Peregr. Ianninius *de cito realib. 1. cap. 2. num. 1 29.* † Solum institutum huius § erit declarare an liceat contra fugituum capturam, decernere, quis dicatur suspectus de fuga, & quomodo Iudicis suspitione constare debeat, vt licentia ad capiendum debitorem concedere possit.

2

Sit igitur certum debitorem fugituum capi posse, vt dicitur *in l. ait Prator 1 o. §. debitorem D. que in fraud. credit. glos. in §. 1. ver. in indicio vers. item 5 proprie debitorum I. de actio.*

Osual. ad Donel. lib. 17. cōment. cap. 2. litt. N. Coler. de proces.

execut. par. 1. cap. 2. nu. 1 22. Ioan. Petr. Mologn. *de iur. reten.*

quaest. 221. Marsil. *singu. 43. nu. 1.* Berlich. *conclus. 73. nu. 23.*

siue cum licentia Iudicis, siue propria autoritate, vt in d. §. si

debitorem, & argumento l. 1. C. vbi quis decur. vel cohors. Tu-

schus conclus. 5 28. litt. F. vbi deficit copia Iudicis argum. l. ge-

nerali C. de decur. lib. 1 o. Roderi Suarez in declar. l. 2. fori lib.

2. quaest. incipiente Sed attende quod nu. 22. Menoch. *de recu-*

per. posse. reme. 1 o. quaest. 9. Ioan. Altusius *in sua dicaologia lib.*

2. cap. 17. nu. 23. († Vnde malè dicit Sesse *de inhibi. cap. 5. §.*

9. nu. 6. dum affirmat quod propter timorem fugæ permitti

capi fugitiuus, debebat enim dicere permitti capi suspe-

ctum de fuga) Gail. lib. 1. obser. 48. num. 1 4. † lib. 2. obser. 44.

nu. 1. Colerus *d. par. 1. cap. 2. nu. 1 22. vers. siue cum Iudicis li-*

centia latè Caccialupus quaest. 4. per totam, 5 quaest. 7. † vbi

etiam si sit repertus in alieno territorio, & refert contrarium

fuisse Senis malè iudicatum dum fuit inquisitus is qui pro-

prium debitorem cœpit, † vel quoties creditor in euidenti

periculo amittēdi rei suæ esset Cuiia. lib. 5. obse. cap. 1 8. Osual.

ad Donel. lib. 17. cap. 2. litt. N. † Quia tamen tex. in d. §. si debi-

to rem permittit solum debitori auferre debitum, inde non-

nulli putant non alias res eripi posse fugienti, sed speciem.

eandem

De debit. susp.& fug. Cap. 19. §. IV. 313

Eandem quæ debetur, aut rem in suo genere functionem recipientem. Si aliud pro alio auferatur, impunè nō ferre, quia bis sibi ius diceret, & in re, & in modo Forcat. *dialo. 96. nu. 10.*
 † Verum Menoch. adductus ab *Oſual. d. litt. N.* comprobat
 authoritate 32. Doctorū posse subtrahi ex alijs rebus ad modum crediti, † & Caccialup. vbi proximè post multa *nu. 12.*
 concludit quod aut res est capientis, & potest ei auferri, vt in
d. S. si debitorem, aut non est capientis, sed ei debita obligatio-
 ne personali, & tunc potest capi ipse, & res debita, debet ta-
 men vterque consignari Iudici, † præcipue debitor ne credi-
 tor incidat in poenam *l. unica C. de priu. carce. Ioan. Petr. Mo-*
cognitio earum permittatur Protectoribus, & licet Ordines dicti anni 1580. fuerint reuocati 11. Augusti 1616. tamen iste fuit confirmatus, ut videri potest in Ordinibus per Garonnum recollectis fol. 236. Et licet ipsi Protectores proposuerint coram Senatu eam facultatem sibi esse attributam etiam in causis, quæ concernunt rectitudinem, tum ex dispositione Statutorum Mediolani, tum etiam ex obseruantia, & petierint declarari ad se huiusmodi cognitionem pertinere, † Attamen Senatus die 29. Ianuarij 1616. censuit supradictam Constitutionem esse seruandam, solumque dictos Protectores posse cognoscere de rititudine, non obstantibus per eos adductis.

Sed ad magis declarandam hanc Protectorum cognitionem libet hic transcribere Senatus Excellentissimi ordinem super ætate sexagenaria factum die 4.Iunij 1587. qui est huiusmodi.

CVM propositæ fuissent in Exellen. Sen. Mediol. preces Antonij Ritij carcerati ex causa debiti, quibus contendebat exceptionem sexagenaria etatis, ut potè conceruentem rititudinem capture cognosci debere per DD. Protectores carceratorum Mediolani, prout cognitum iamdudum fuisse asserebat, sed eius diffinitionem impeditam Senatus eiusdem rescripto, donec ē volum, ē voti rationes ad Senatum praescripsissent, iussit idem Senatus, ut ad unum ex Magn. Senatoribus, DD. Protectores, ē DD. Abbates Mercatorum, ac Galeotus Arlunus aduersari vocarentur, qui coram eo deducerent quicquid voluissent super dicto punto, ad effectum, ut ijs, ē alijs quæ per eundem Senatorum visa, ē considerata fuissent, relatis, ē mature discussis posset opportunè decerni tam in casis proposito, quam in ceteris omnibus qui post hac se obtulerint, ē controuersia orientes super Iudicium ordinariorum, ē dictorum Protectorum potestate tandem praecidantur. Cum verò eam in rem incubuisse idem Magn. Senator, in mediumque attulisset statutorum huic Ciuitatis dispositionem cap. 152. ē 154. vol. 2. Nouarumq; Const. ē postremi Senatus consulti editi anno 1554. inter nouos ordines relati, deinde responsa per

per dictum Arlunum, ac supplicata per DD. Protectores, punctumque huius, ac aliarum consimilium difficultatum à sola rectitudinis, riuitudinis è distinctione, veraque horum terminorum cognitione pendere ostendisset, quo maturior, & plena magis deliberatio fieret, latius adhuc super ea re cogitandum statuit; omnibus autem in Senatu denuò propositis, & discussis. Censuit hic ordo, rectitudinis cognitionem ad Iudices quoscunque ordinarios pertinentem, qui capturas contra debitores decernunt, nedum causa iustitiam id est veri debiti existentiam, continere, sed etiam rititudinem, hoc est eius solemnitatem tam in capture ipfa decernenda, quam in ea ad exitum per apparatores producenda; Rititudinis vero qua Protectoribus quoque concessa est nibil cum iustitia causa commune habere, sed solis nullitatibus contineri quacunque illas sint, etiam qua ex persona inhabilitate fierent, ut in occurrenti casu Ritij propter sexagenariam etatem. Verum rem ita tēperandam, ut si unus alium in cognitione alicuius nullitatis praeuenerit, aliis ab ea cognitione abstineat, & praeuénisse intelligatur Iudex ordinarius, etiam eo casu quo constaret de tali nullitatis exceptione, ante decretam capturam cognouisse, salua semper Protectoribus facultate obeundi id quod sui muneric est praecipuum curandi, scilicet summo studio, ut qua fauore carceratorum constituta sunt ab alijs quoque Iudicibus seruentur ad unguem, & alia præterea exequendi, qua sibi per statuta concessa sunt, quatenus tamen præmissis non aduersentur, & in viridi sint obseruantia. Mandandum propterea esse quibus spectat, ut ita post hac obseruent, & quod pertinet ad causam Ritij, mandat eisdem Protectoribus, ut super allegata etatis exceptione, quod iuris fuerit decernant. Signat. Petranigra, & sigillat. &c.

Quod quidem Rescriptum nititur veris, firmisque iuris principijs, † si quidem certum est dictio[n]em rectè causam propriè, & eius iustitiam significare l. 2. ibi sed rectè quidem fecit testamentum, & ibi glof. D. de bonor. posse. con. tab. † unde rectum iudicium pro directo, & principali in l. in rebus 18. §. vlt. D. cōmod. † & recta vindicatio pro directa in l. quartaione 9. §. sed nō ut littera vers. aduersus D. de acquir. rer. domi.

13

14

15

&

- 16 † & rectè idem significat quod legitimè l. si mulier 31. D. de
 17 minor. l. adigere 6. §. vlt. D. de iur. patr. † Rite vero significat
 ordinem, & solemnitatem l. non putauit. 8. §. nō querens ibi, sed
 qua rite facta est, & ibi glos. D. de bonor. posses. contr. tab. Bart.
 ibi, & latius in l. lecta D. de reb. credi. Tiraquel. in l. si unquam
 in prefat. nu. 33. & seq. C. de reuoc. donat. vnde rite contractū
 Matrimonium dicitur in l. 3. C. de inter. Matri. & rite contra-
 Etæ nuptiæ in l. 6. C. eo. & rite perfecta obligatio in l. vlt. C. de
 18 crimi. stellio. & probat Rubr. D. de ritu nuptiarum. † Hancq;
 differentiam inter rite, & recte obseruaui ex tex. in l. 1. §. 1. ibi
 recte, atque ordine D. ad S. C. Velleia. & in l. diui fratres 27.
 19 §. 1. D. de liber. cau. † Tertullianus sic intelligendus lib. 2. ad
 Vxorem dum inquit Nam in terris filij sine consensu Parētum
 20 rite, & iure nubunt. † Vnde apud Pragmaticos queri solet si
 causa aliqua Sapientis consilio committitur, vt de ea recte co-
 gnoscatur, & accedat quod debitor, de quo agitur, captus fue-
 rit die feriata an coram eo agi possit ad videndum vtrum rite
 captus sit, quia hæc actio non causæ iustitiam, vel iniustitiam
 concernit Bart. in d. l. non putauit §. non querens, & in l. lecta
 D. de reb. credi. & Bald. Angel. & Alexan. ibidem, & idem.
 Alexan. in l. 3. num. 11. D. de lib. & postu. Iason in dicta l. lecta
 nu. 16. tenet nō posse de rititudine cognoscere, & licet mul-
 ti relati ab Afinio in prax. Iudi. §. 25. cap. 28. teneant contra-
 rium, tamen ipse Bartoli sententiam tanquam magis cōmu-
 nem ampliabitur. † Ex quibus colligitur Protectores carcera-
 torum etiam posse cognoscere de exceptione suspicionis fu-
 gæ, vt declarauit Senatus die 20. Iunij 1587. rescripto dire-
 cto ipsis Protectoribus in modum sequentem.

Dilecti nostri. Visis precibus Anibatis Brascha, & Mar-
 tialis Coqui, & responsis Io: Mariae de Ponte partium
 diuersarum, una cum utrinque replicatis ijs nostris inclusis,
 cum inter alias exceptiones quibus captura defenditur, exce-
 pto etiam ipsa suspicionis fugæ à vobis cognosci possit, & de-
 beat, audiendi non sunt creditores eam alibi tractare volentes
 quam ubi iuditium captum fuit; itaque vobis committimus,
 vi si de hac exceptione nondum cognouisti, super ea supplican-
 tes

De debit. susp.& fug. Cap. 19. §. V. 337

tes audiatis, & seruatis seruandis iustitiam faciatis. Datum
Mediolani die 20. Junij 1587. Signat. Petranigra, à terg.
Egr. I.C. & Nob. viris Protectöribus Carceratorum Mediola-
ni nostris dilectis, & sigillat. &c.

Etenim ut ex Ordine illo 4. Junij 1587. vidimus possunt
Protectores decernere circa nullitates quæcunque illæ sint,
modo de eis nō cognouerit Iudex Ordinarius. † Illud autem
notandum Protectores nullam notionem habere etiam circa
rititudinem capti tanquam Fisci Regij debitoris, & ita decla-
rauit Senatus die 29. Ianuarij 1554. & 28. Decembris 1572.
in causa cuiusdam Todeschini, ut refert Carpanus *ad Statu-
ta Mediolani lib. 2. cap. 152.*

Hic non omissendum modernum Senatus rescriptum cir-
ca ea quæ præcedere debent ad capturam. Dominicus Ami-
gonus Bergomensis dum esset Romæ Cauponam exercuit,
& medio instrumento se debitorem Capitaneo Carolo de
Vecchijs etiam Bergomensi in aureis 1054 constituit, & an-
tequam veniret dies solutionis venditis omnibus mobilibus
fugam arripuit, & tandem in Ciuitatem Mediolani se rece-
pit. Creditor medio Procuratoris illum detineri tanquam fu-
gituum curauit. Protectores declararunt capturam nullam.
Habuit creditor recursum ad Senatum, qui (ut etiam alias so-
let) eis præceperat ne se incōsulto captum relaxari facerent.
Protectores opponebant. Primo non constare de debito, sed
exhibitum fuit instrumentum, ex quo apparebat de confes-
sione debiti facta per debitorem præsentē creditore Surd. *de-
cis. 12. nu. 1. Mascar. de probatio. conclus. 346. nu. 1. Zeuallos
commu. con. commu. quæst. 16. nu. 1. Gutier. de iura. confir. p. 1.
cap. 54. nu. 20. vers. quia cum cōfessio, & vers. unde cum quis.*
Secundo opponebant de instrumento mandati quod nō esset
sufficiens. Sed tamen visum fuit continere expressam clau-
sulam iurandi debitorem suspectum de fuga, & in substitu-
tione facta erat clausula, item ad iurandum ad formam man-
dati, imò & posse propria autoritate hoc facere diximus su-
pra, & cessabat omnis difficultas, quia primus Procurator cō-
paruit, & approbavit omnia gesta per substitutum Coler. *p. 2.*

22

23

Vu de

de proces. execu. cap. 2. nu. 47. Tertio opponebatur creditorem vigore Statutorum teneri fideiubere cum esset forensis. Sed reijciebatur, quia debet fideiussio peti per reum Carpa. *ad Statuta Mediol. cap. 44. nu. 12. lib. 1.* tum etiam quia Statuta non hoc postulant quando ambo, vt in hoc casu, sunt forenes Carpani. *ibi num. 11.* Quarto dicebatur intra quatuor dies post sequutam capturam non fuisse probatam suspicionem. Sed replicabatur testes fuisse intra terminum illum examinatos, & ex eis resultare debitorem venditis omnibus è Ciuitate Romæ discessisse, nihilque in hoc Dominio possidere, non immobilia quia tanquam forensis est incapax *ex Novi. Constat. tit. de pœnis S. Collegij*, nec mobilia quia vt vietum cōsequeretur dictus Amigonus tanquam famulus inferuiebat, plura ad hoc institutum pete à Thesau. *decis. 120.* † Tandem Senatus die 15. Decembris 1649. censuit dictum Amigonus potuisse detineri, patrocinante creditorem doctissimo Mediolani Aduocato I.C. Ioanne Baptista Parafacco Pontremulenſi iam alibi in hoc opere (licet nunquam satis) laudato, cuius generis nobilitatem, & antiquitatem recenset Ioānes Petrus Crescentius in suo *Amphiteatro Romano fol. mibi 261.*

24

DE HIS QVÆ FIĒRI DEBENT DEBITORE iam capto tam per ipsum, quam per creditorem.

§. VI.

S V M M A R I V M.

- 1 *Captura non rite, & recte facta debet debtor relaxari.*
- 2 *Tenetur creditor tunc ad expensas, & damna.*
- 3 *Ea rite, & recte facta tenetur soluere, aut transigerè, vel fideiussionem præstare.*
- 4 *Bona fideiussoris dicuntur connexa cū bonis debitoris principialis.*
- 5 *Fideiussio est interponenda apud Iudicem capture.*
- 6 *Si ea præstata non relaxatur agit actione iniuriarum.*
- 7 *Bartolus, & alij tenent sufficere cautionem de iudicio sibi.*
- 8 *Ra-*

- 8 Ratio cui nituntur.
- 9 Contraria sententia verior videtur.
- 10 Cautione de iudicatum soluendo contrahuntur duos scilicet obligatio, & executio.
- 11 Habet vim confessionis judicialis.
- 12 Iste fideiussor est pars intrinseca ipsius iudicij.
- 13 Bartolus existimat quod non debeat peti executio sententia, sed stipulationis.
- 14 Angelus tenet contrarium.
- 15 Contra promittentem soluere quod in sententia lata continetur non fit executio.
- 16 Respondetur argumento Bartoli.
- 17 Cautius est petere tam sententiam, quam fideiussionem, seu promissionem exequendas.
- 18 An sit standum iuratoria & cautionis quoties reus non inuenit fideiussorem.
- 19 Quo ad actorem sufficit iuratoria.
- 20 Negativa sententia certior.
- 21 Vsusfructuarius pauper si non præstat cautionem priuatur usufructu, nec sufficit iuratoria.
- 22 Nec admittitur in suspecto quia esset in eius arbitrio fraudare credidores.
- 23 Caccialupus distinguit.
- 24 Excipitur persona Egregia, & multum nobilis.
- 25 Iudec tenetur creditor i si debitorē indebet relaxare facit.
- 26 Capto debitore tenetur, & suum credidum, & fugæ suspensionem probare.
- 27 Constitutio Mediolani s. h. a tamen tit. de offi. Abbat. & Conf. Mercatorum hoc probat.
- 28 Ordo Senatus circa terminum ad hoc faciendum.
- 29 Senatus non solet prorogare istum terminum nisi urgente magna aquitate.
- 30 Casus in quo fuit prorogatus.
- 31 Decisio Senatus.
- 32 Confito de credito, etiam si captura sit nulla, est confirmāda, vel de novo concedenda.

- 33 Sed difficulter in practica obtinebis.
 34 Quia eluderetur notio Protectorum.
 35 Cautela ut hoc fieri possit.
 36 Alia distinctio Ianniniij.
 37 Quid si debitum pro quo quis captus est sit pro parte verum,
 & pro parte non.
 38 In totum irritatur.
 39 Secus si quis fecerit aliquem capere tanquam suspectum
 partim suo nomine, partim alieno.
 40 Sic captura est nulla non poterit pro alio debito detineri.
 41 Ianninius tenet contrarium.
 42 Quod difficilimè sustineri potest.
 43 Si non ritè carceratus solueret non potest repetere.
 44 Creditor tenetur alimenta debitori capto subministrare.
 45 Intelliguntur Terentius,
 46 Et Plautus.
 47 Dummodo seipsum non possit alere.
 48 Alias potest agere actione iniuriarum, & petere relaxari.



Ebitoris cura erit diligenter inspicere an captura rectè, & ritè facta fuerit, de quo egimus latè in §. antecedenti. † Etenim si non est ritè, & rectè facta debet debitor relaxari Parif. de Puteo tract. de sindic. rubr. *captura cap. 5. num. 1.*

1 Roma. *conf. 320. nu. 4. Pecki. de iur. sisten. cap. 12. nu. 7. Iannini.*
 2 *de cito. rea. lib. 2. cap. 1. nu. 223. & seq. vbi asserit quod debet remitti in loco tutò, & non statim iterum capi, † & nu. 225.*
 3 *asserit teneri creditorem ne dum ad expensas, damna, & id quod interest, verum & si est mercator ad interesse lucri cef-sant. † Ea captura ritè, & rectè facta debitoris partes erunt vel soluere debitum, aut transfigere ut in l. nec impuberis 22. §. 1. de in ius vocan. vel fideiußionem præstare arg. l. si pecunia & §. 1. D. vt in posse. legat. l. si fideiußor 7. §. fin. D. qui satisd. cog. cap. ex parte, de verbo. sig. Caccialup. quæst. 9. nu. 1. Pecki. de iur. sisten. cap. 31. nu. 2. & plures relati à Berlichio conclus. 73. nu. 133. Rebusus ad Ordina. Regias to. 1. art. 6. glos. 3. nu. 55.*

Et

De debit. susp.& fug. Cap. 19. §. VI. 341

Et præstita dicta fideiussione debet liberari, ut ex rescripto
 Senatus inferius recensendo apparebit, † quia bona fideiussi-
 foris dicuntur quasi connexa, & incorporata cum patrimonio
 ipsius debitoris principalis Castren. *in l. si plures §. præterea si*
quaratur D. de verbo. oblig. & post ipsam fideiussionem vide-
 tur debitor esse soluendo ita Cartar. decisi. Genuen. 97. qui ait
 sic fuisse decisum, ut tradit Ruginel. practi. quæsti. cap. 12. nu.
 17. † Hæc autem satisdatio non apud ipsum apparitorem seu
 exequutorem, sed apud Magistratū, vel Iudicem, à quo ema-
 nauit captura est interponenda, cuius erit cognoscere de il-
 lius idoneitate Cnma. conf. 157. in causa Benedicti vers. cum
 ergo Pecki. d. num. 2. & quando sit idoneus vel non videndus
 Suarez in declarat. l. 2. for. legum lib. 2. quæst. incipiente nunc
 opportune nu. 1. Peckius cap. 31. nu. 6. † Isque qui non relaxat
 præstita idonea cautione tenetur iniuriarum Panormit. & Fe-
 lin. in cap. legebatur de maior. Et obed. Sed difficultas est an
 satisdatio ista debeat esse solum de iudicio sisti, an vero etiam
 de iudicatum soluendo, † etenim Barto. in l. ait prætor §. si de-
 bitorem D. quæ in fraud. credit. vbi plures glossas allegat An-
 gel. in l. nemo C. de exacto. tribui. lib. 1 o. Et in l. si arbitro D. qui
 satisdat. cog. Bald ad l. fin. §. sed et si C. de iur. delib. Et ad l. cum
 proponas C. de bon. autor. Judi. possid. Ioan. Faber in §. sed hodie
 nu. 8. Et 9. I. de satisdat. Alexan. in l. neque §. 1. D. de in ius vo-
 can. Suarez in declar. d. l. 2. for. legum lib. 2. tit. de los emplaza-
 mientos quæst. incipiente ulterius nota nn. 4. tenent sufficere
 cautionem de iudicio sisti. † Mouentur quia si persona debi-
 toris vellet manere in carcere, neque haberet alia bona ut
 supponitur, creditor non posset quidquam aliud petere, nul-
 lus autem potest adstringi ad maiorem cautionem dandam
 quam sit obligatus, igitur præstando cautionem de listendo
 in iudicio satisfacere videtur. † Sed cōtraria sententia verior
 semper mihi visa fuit, & eam sequitur Gail. lib. 2. obser. 44.
 nu. 10. Mynsenge. cent. 5. obser. 35. num. 7. Hering. de fideiussi-
 for. cap. 15. num. 19. Coler. de processu par. 1. cap. 7. nu. vli. Daniel
 Moller lib. 2. se mef. cap. 4. nu. 13. & ante eos Castren. in d. l. 7.
 §. fin. D. qui satis. cog. vbi ait, nota quod captus vi suspectus de
 fuga

4

5

6

7

8

9

fuga relaxari debet dato fideiussore de iudicio fisti suppte, & de iudicatum soluendo, & in effectu Castrensem sequitur Caccialupus d. quest. q. nu. 6. qui id probat ex eo quia ista capture ob fugæ signa seu suspitiones, & quia nulla immobilia possideat concessa est ut creditori cautum sit quantum fieri possit, non tamen remanet cautus cum fideiussione de iudicio fisti, nisi etiam ei succurratur cum alia fideiussione de soluendo iudicatum, & licet eo quod non possideat immobilia non teneatur nisi iudicio fisti, tamen (& sic resolutur contrarium argumentum) propter fugæ signa ex quibus orta fuit suspicio, adstringitur etiam fideiussionem de soluendo iudicatum præstare, & potest etiam addi non ita anxie debitorem conaturum, creditoris satisfactionem si præstata fideiussione de iudicio fisti è carcere liberaretur.

- Interest autem maximè quod interueniat hæc stipulatio,
 10 seu fideiussio de soluendo iudicatum, † etenim cum ea duo contrahuntur scilicet, & obligatio, & executio Angel. in l. fin. C. de usur. & ibi Bart. & Cyn. ex l. 1. ibi, post rem iudicatum statim dies cedit D. iudic. solui l. fin. g. & cum antiquitas C. de usur reci iudi. & potest probari ex l. si remunerādi & S. Marius Paulus D. manda. t. tale pactum q. o. §. qui prouocavit D. de pact. † vbi conuentio de iudicatum soluendo habet vim confessionis judicialis, & ita habet paratam executionem, etenim si deberet conueniri fideiussor alia via quam executiua, ipse daret alium fideiussorem de iudicatum soluendo, & ille alium, & sic in infinitum, & in ipsa fideiussione non promittitur iudicatu fideiussionis soluere, sed iudicatum rei, † iste fideiussor est pars intrinseca ipsius iudicij, ut considerabat Bald. in d. S. & cum antiquitas, & sic sententia mandabitur executio ni absque novo processu cōtra fideiussorem Angel. de Perus in l. 1. D. iudi. fol. In modo autem practicandi hanc actionem est differentia, † nam Bart. ibi notat quod non debet peti executio sententiæ contra fideiussorem quia lata est cōtra reum, sed solum stipulationis vel fideiussionis, quæ fuit declarata per sententiam † Angelus vero tenet cōtrarium, quia nullus actus conuentionalis habet paratam executionem, quam habet

De debit. susp.& fug. Cap. 19. §. VI. 343

bet sententia ex l. minor annis 40. D. de minor. l. 4. §. siue ex
 conuentione D. de re iudi. † vbi contra promittentem soluere
 quod in sententia lata continetur non potest fieri executio
 l. 2. C. de execu. rei iudi. † Ad argumentum Bart. quod confes-
 sio coram Iudice habeat executionē paratam respondet quod
 aliud est confiteri debitū antecedere vt sic lis dirimatur, aliud
 est in iudicio promittere, alias sequeretur quod omnes con-
 tractus qui fierent coram Iudice haberent executionem pa-
 ratam quod est falsum vt patet in contractu donationis cum
 insinuatur, nam coram Iudice fit, item in stipulatione præto-
 ria rem pupilli saluam fore, quæ non habet paratam execu-
 tionem. † Sed tamen cautius est petere tam sententiam, quam
 fideiussionem, seu stipulationem exequendas vt notauit Suarez
 in declar. legis 2. for. legum lib. 2. tit. de los emplazamientos
 quæstione incipiente, sed pone quæstionem quotidianam nu. 12.

Supereft alia excutiēda difficultas an scilicet debitor pos-
 sit è carcere relaxari sola iuratoria cautione, quoties fideiuf-
 forem non inuenerit. Plures Doctores pro vtraque parte ad-
 ducit Berlichi. d. conclus. 74. nu. 140. in terminis sequestri, in
 nostris autem terminis plura argumenta pro vtraque parte
 tradit Caccialupus quæst. 11. † Partis affirmatiæ difficiliora
 proponam. Primum est ex auth. generaliter C. de epis. cleri.
 vbi si actor satisfare non potest, & paratus est iurare statur iu-
 ratoriæ cautioni, & si istud est in auctore idem dicendum est in
 reo cap. non licet de reg. iur. in 6. facit etiam auth. cui relatum
 C. de indic. vidui. tollen. Secundum ex l. 1. §. omnes C. de assert.
 tollen. vbi siue agat seruus, siue conueniatur pro libertate sta-
 tur iuratoriæ cautioni. Tertium quia impossibilium nulla est
 obligatio, & alijs leuioribus quæ ibi vide. † Sed his nō obstan-
 tibus certior est negatiua sententia non sufficere scilicet iu-
 ratoriam cautionem, quam tenet Specul. de seques. poss. f. §. 1.
 vers. sed pone Abbas in cap. 2. de seques. poss. Bald. Ange. Imola
 in l. filius fa. §. diui el 2. D. de leg. 1. Ioan. Faber in §. is quoque
 l. de actio. Suarez in declar. l. 2 for. legum lib. 2. quæstione inci-
 piente Sed attende nu. 7. Pecki. de iur. sistet. num. 4. & probari
 potest ex d. l. filius fa. 114. §. ijdem 12. D. de leg. 1. vbi si non
 potest

potest præstari vulgaris cautio mittuntur liberi in possessio-
nem fideicommissi pignoris causa, & ex *l.fin.C.de ordi.cogni.*
vbi propter impotentiam satisdandi deuenitur ad sequestrū,
& ex *l.si constante 24. §. quoties D.solut.matri.* & plura pro hac
sententia adducit argumenta Caccialup. *vbi proxime num. 5.*
vers.in contrarium. † Etenim ususfructuarius pauper, & su-
spectus si nō potest satisdare de vtendo, & fruendo boni viri
arbitratu perdit usumfructum, nec admittitur iuratoria cau-
tio Cynus in *l.ususfructus D.ususfructus quemadcaue.* Præterea
eadem causa quæ facit istum suspectum de fuga eadem facit
illum suspectum de periurio arguento eorum, quæ notant
Doctores in *l.si ex cautione C.de nō numer. pecu.* & *l.doli mali*
§. aduersus D.de nouati. † Et tandem redderetur iudicium
elusorium per iuroriam cautionem, nec creditor remane-
ret cautus, & in potestate debitoris esset post fraudatum iam
creditorem in debito, illum iterum in cautione fraudare. Ar-
gumenta in contrarium adducta ex seipsis dissoluuntur cum
non loquantur in nostra specie. † Caccialupus *nu. 9.* velle di-
stinguere inter illumi qui non inuenit fideiussorem ob pau-
pertatem, & inopiam superuenientem vt supponimus, & il-
lum qui non reperit ob corruptos mores, & malos dolos, sed
res erit difficilis probationis, & nouis in creditoris præiudiciū
supposita fraudibus. † Excipit ab hac regula Petr. Pecki. *de*
iur. sisten. cap. 31. nu. 5. personam egregiam, aut multum no-
bilem, nam & alias regula est, vt ipse ait, quod istius modi per-
sonis Ciuitas pro carcere detur, fideique illorum credatur, &
Iudex hoc faciens nulla ratione culpari debet etiam si statu-
tum, aut lex de debitore in carcerem conijciendo loquatur
Angel. ad *l.nullus C.de exhib. reis Odofre.* ad *l. 1. C.de custo.*
reor. Lucas de Penna ad *l. quoties C.de dignit. lib. 12.* Cotta in
memor.ver.carceres, & fusius Ioan. de Neuifa. *conf. 52. nu. 22.*
& Tiraquel. *de pænis temper. causa 31.* & *51.* quos refert Pe-
ckius *vbi supra.* Sed ne obstent his quæ *supra* *§. 1.* diximus de
priuilegijs nobilium intellige vbi statuto, vel lege municipa-
li ipsorum nobilium priuilegio esset derogatum. † Caueat
autem Iudex ne indebet eum relaxet, nam tunc ipse rema-
neret

De debit.susp.& fug. Cap.19. §.VI. 345

neret obligatus creditori per tradita à Peregr. Ianninio deci-
ta.rea.lib.1.cap.2.nu.21.

Debitore iam capto multæ erunt creditoris partes,tenebi-
tur, & suum creditum, tum & fugæ suspicionem probare, &
debitorem in carcere alere . † Et creditum , & suspicionem
teneri post capturam per legitimas probationes probare tra-
dit Alexan.in l.fideiussor §.fin.D qui satisd.cog. E conf.19.lib.
3. Roma.conf.320.nu.3.Ripa in l.3.nu.17.D.solut.matri.An-
gel.in l.nemo carcerem C.de exacto.tribut.lib.10.Imola in l.2.
D.solut.matri.Caccialup.quest.6.num.20.Coler.par.3.cap.1.
nu.69. E 70. Iannini.lib.2.cap.1.nu.66. Ruginel.practi.cap.
12.nu.3. † Constitutiones huius Domini tit.de offi. Abbat. E
Consu. mercat. S. ha tamen sic loquuntur: *Hab tamen probatio-*
nes (loquitur tex.de factis solo iuramento) hoc modo facta in
causa cognitione praividicare non habent ipsis detentis, vel iu-
ribus eorum, nisi postmodum legitimè facta fuerint, E alio mo-
do quam per *Iuramentum* . † Et ad hanc probationem facien-
dam iamdiu de an. 1556. die 15. Iunij fuit assignatus certus
terminus sub his verbis: *Statuit quod debitoribus ipsis detentis*
teneantur credores termino dierū quatuor verificare coram
Judicibus ordinarijs fugam ipsam, fugae suspicionem, eo ter-
mino elapsos si non fecerint, illico detentos relaxari debere, cen-
seanturque condemnati in impensis, quas detenti fecerint, E
in dictis florenis viginti quinque iuxia ipsarum litterarum di-
spositionem. Est ex rescriptis Senatus collectis per Garonum
fol.59. & illius meminit Ruginellus ubi supra. † Neque solet
Senatus huiusmodi terminum prorogare nisi vrgentissima
suadente causa, & æquitate vt in casu sequenti. † Reperi-
batur anno 1645. carceratus in Ciuitate Mediclani Plinius
Brocchus Augustæ Vindelicorum tāquam fugitiuus debitor
Marci Aurelij, & consortum de Rescalijs ex causa cambiorū
in Nundinis Bolzani contractorū procuratorio nomine Hor-
tensij patrui. Transactis quatuor diebus, & nihil probantibus
creditoribus petebat debitor declarari nullā capturam,
credidores adierunt Senatum pro termini prorogatione, &
oblata fideiussione obtinuerunt rescriptum directum Egre-

gio Capitaneo Iustitiae tenoris sequentis: *Ex sententia Senatus coram quo lecta fuerunt occlusa preces Marci Aurelij, & consorum de Rescalij mandamus vobis, ut praestita per supplicantes idonea fideiussione de soluendis expensis, & damnis detento ubi intra tempus præfigendum non probent probanda eisdem terminum competentem assignetis, ubi tamen detenus ipse idoneè fideiubeat de stando, & parendo iuri, & indicatum soluendo illum demittatis Mediolani die 8. Februarij 1645.*

sig. Augustinus Crescentinus. Fuit praestita fideiussio, assignatus nouus terminus, sed quia neque intra illum creditor partes suas fecit, tandem die 5. Maij 1645. facto verbo per Egregium Capitaneum Iustitiae coram Senatu Excellentissimo ad prescriptum litterarum eiusdem Ordinis super precibus ambarum partium de actitatis in causa derentionis eiusdem Brocchi tanquam complementarij Hortensij eius patrui in Nundinis Bolzani in quibus anno 1642. decoxerat quia dolosè, & fraudelenter se gessisset, lectisq; examinibus testium super Capitulis productis per Rescalios ad iustificandam capturam, iuribusq; productis in termino per dictum Capitaneum Iustitiae statuto, & deinde iusu Excellentissimi Senatus eidem prorogato, † *Censuit is Ordo Brocchum male detentum, & ideo dismittendum, salvo ei iure quo ad expensas contra dictos Rescalios.*

31 Adeo autem interest creditoris creditum suum probare, ut constito de eo etiamsi captura sit nulliter facta, nihilominus sit confirmanda, vel de novo concedenda Iason in l. à disilio Pio §. in venditione nu. 12. D. de re iudica. Alexan. in l. naturaliter §. nihil commune D. de adquir. posse. Surd. de alimen. tit. 9. quæst. 32. nu. 35. Cotta in memor. verbo creditor faciens, & argumentando de tenuta, quæ nulliter fuit à Iudice concessa quod teneatur eam cōfirmare si de iure erat danda tenuerunt Angel. in l. si finita in princ. D. de damn. infec. Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 242. nu. 22. Paris. conf. 99. nu. 35. lib. 3. Negusan. de pigno. mem. 2. tertia par. princi. num. 23. Moling. de retenti. cap. 246. Carta. decis. 14. nu. 15. pulchrè Peregr. Iannini. de cita. rea. lib. 1. cap. 12. nu. 24. Bursat. conf. 74. nu. 167. lib. 1. vbi

32

De debit. susp. & fug. Cap. 19. §. VI. 347

vbi dicit communem, qui omnes id multo magis cōcludunt
si de debito per confessionem debitoris constet, imò etiamsi
captura fuerit nulla quia nō constaret de debito nisi per iura-
mentum, conualidatur ex superueniente probatione Rimin.
Iun. conf. 125. num. 14. † Sed difficulter in practica obtinebis, 33
† fortè quia sic eluderetur notio illa concessa Protectoribus,
quid enim interesset decerni à Protectoribus capturam nul-
lam ob non seruatam rititudinem si Iudex ordinarius posset
eum detinere quia ei constaret de vero credito? & certè cre-
do non posse hoc facere Iudicem ordinariū, remaneret enim 34
vt dixi, elusa notio Protectorum. † Quare cautela quæ non
modicum iuuabit creditores erit, vt etiam pro rititudinis co-
gnitione adeant Iudicem ordinarium, eumque præuenire fa-
ciant, quo casu etiamsi captura per eum non ritè facta decla-
rata fuerit nulla, poterit tunc vti supradicta doctrina decla-
rando debitorem male captum, sed bene detentum si ei per
veras probationes de credito constat, quia tūc ob præuentio-
nem factam nullum cōsiderari potest præiudicium respectu 35
Protectorum, quod facere non poterunt Protectores quibus
sola notio rititudinis concessa. † Nisi mauis cum Ianninio *lib.*
1. cap. 2. nu. 25. distinguere quod si captura est nulla eo quod
non fuerit probatum debitum, tunc conualidetur facta vera
probatione debiti, secus vero si esset nulla alia de causa vide-
licet, quia non fuisset probata fugæ suspicio, vel quia fuerit
facta tempore, vel loco prohibitio, tunc enim etiamsi pro-
betur debitum nō conualidatur captura, & idem tenet *nu. 28.*
quoniam, vt ibi inquit, quæ sunt nulla nō defectu formæ sed
materiæ, possunt habilitate materiæ postea superueniente
confirmari, & reconualescere, secus vero si esset ex anissio-
ne solemnitatis, & formæ omissæ, & videndus idem Iannini.
lib. 2. cap. 1. nu. 236.

Huius loci est quæstio illa à solo Caccialupo *quest. 6. n. 29.* 37
agitata quem sequitur Iannini. *lib. 1. cap. 2. nu. 112.* quid di-
cendum sit si debitum pro quo quis captus est reperitur pro
parte verum, & pro parte falsum, † & in totum irritandam
capturam cōcludit quia actus est individuus, tum etiam quia
38

- est similis primo decreto, de quo certum est quod si interponatur pro debito partim vero, partim falso est in totum nullum, ut tenet Bald. in *l. certi conditio 9.* §. *opportet igitur D. si cert. peta.* & potest probari ex *l. si non sortem 26.* §. *si centum.* *D. de condi. inde.* vbi si debtor centum quasi ducenta debens fundum ducentorum soluerit, totum fundum poterit repetere, † secus vero esset ut ex eodem Baldo concludit si quis fecerit aliquem capere tanquam suspectum partim suo nomine partim alieno, nam tunc potest captura pro parte consistere, & pro parte non *l. non idcirco 44.* *D. de iudic. l. perlusorio 14.* *D. de appella.* Imola in *l. si is ad quem D. de adquir. hered.*
- 40 Si autem captura est nulla non poterit pro alio debito ad instantiam alterius creditoris detineri, quoniam id quod in se est inutile non potest alteri dare vim, & arrestatio superueniens debet adhaerere, adhaesio autem necessario supponit verum subiectum cui adhaereat. † Sed Iannini contrarium asserit lib. 1. cap. 2. nu. 32. ex eo quia sicut lex contra communas regulas si fugæ imminet periculum cōcedit proprio creditori detentionem ut supra vidimus ex *l. ait prætor 1 o. §. si debitorem D. qua in frau. credi.* ita & carceratus relaxari non debet cum de nouo esset carcerandus, quia illud quod est nulliter factum nō debet reuocari, cum de nouo esset faciendum vbi non esset factum Negus an. *de pignor. 2. mem. tertia & partis princi. num. 23.* qui tamen loquitur in terminis quod captus nulliter possit detineri pro eo debito, si de eo apparet, non vero pro alio, † & ita sententia Ianninij difficiliter sustineri posset, & ipse met hoc recognoscere videtur dum lib. 2. cap. 1. num. 243. asserit non posse neque à primo creditore, neque à tertio recommendari quoties alio modo quam defectu probationis debiti est nulla captura, quādo autem potest recommendari seu sequestrari à primo, poterit etiam à tertio.
- 43 Illud sciendum omnino est quod si indebitè hoc est non ritè (secus si non rectè) carceratus soluerit, & fuerit relaxatus non potest postea solutum repetrere, ut ex *l. fin. §. vlt. D. quod met. cau.* & ex Peckio *de iur. sisten. cap. 12. nu. 3.* & Persona.

F
De debit. susp. & fug. Cap. 19. §. VI. 349

sona de adipis posse. nu. 260. vers. deinde, probat Iannin. lib. 2.
cap. 1. nu. 244.

Circa secundam huius capitinis inspectionem sciendum est teneri creditorem alimēta subministrare debitori, hoc enim iam lex 12. tab. supra in princ. huius capitinis relata, & explica-
ta præcipiebat sub illis verbis, *si volet suo viuere, ni suo viuere*
qui cum vincū habebit libras farris in dies dato, si volet plus
dato, vel legendum melius fortè cum Reuar. ad leges 12. tab.
cap. 8. libram farris endo die (idest quotidie) non ut Forner.
lib. 1. select. cap. 6. libram idest selibra l. enim significat semis-
sem, sed varijs rationibus oppugnatur à Cuia. lib. 9. obser. cap.
37. & circa hæc vide plura apud Ofual. ad Donel. lib. 27. com-
ment. cap. 3. litt. II. & relatios à Martino Colero de alimen. lib.
1. cap. 14. nu. 67. † Eo respexit Terenti. ille Phormio cuius
meminimus supra. 45

Alijs alius est periculum, unde aliquid abradi potest
Mibi sciunt nihil esse, ducent damnatam domum,
Alere nolunt hominem edacem.

Et Plaut. in Menach.

Nam ego ad Menachmum nunc eo, quo iam diu
Sum iudicatus, vltro eo vt me vinciat
Nam illic homo, homines non alit, verum educat
Recreatque, nullus melius medicinam facit.

Tenetur itaque creditor debitorem in carceribus alere glos.
in l. fin. verbo agnoscere C. de erog. milit. an. lib. 12. Specul. tit.
qui filij sint legiimi nu. 20. Iason in l. victum nu. 2. C. de re iu-
dic. Bart. in l. illicitas s. ne potentiores D. de offi. Praesi. Brun. de
cessi. bono. quest. 6. princi. nu. 8. Pecki. de iur. sist. cap. 28. num. 5.
Ponta. de ali. cap. 11. nu. 7. Vuesembec. conf. 97. nu. 6. Henin-
gius Goden conf. 103. num. 15. Martin. Coler. de alimen. lib. 1.
cap. 14. nu. 67. Matthias Coler. de proces. execut. par. 1. cap. 6.
nu. 92. 5 seq. Surd. de alimen. tit. 1. quest. 71. nu. 3. † Quod in-
tellige dummodo seipsum alere non possit Bart. in l. sanctum
in fine D. de rer. diui. Afflic. decis. 71. Boer. decis. 303. nu. 2. Da-
niel Mollerius lib. 1. semes. cap. 36. Hypoli. de Marsi. in pract.
crimi. s. attingam nu. 74. & in tract. de bannitis ver. carcerati
num. 47

48 *nu.39. Surd.de alime.d.quaſt.71.nu.1.* † alias poterit reus vel actione iniuriarum aduersus detinentem agere l. *ſi victum,*
C. de re iudi. vel petere à Iudice dimissionem ad quod tene-
 tur Afflic. *d. decif.71.* Anto. Corduba de Lara *in repetit.l. ſi quis*
à liberis ſ. ſolent nu.37. *D. de libe. agnos.* Sola in *Conſtit.* Pede-
 mont. *ſuper decreto de captura debit.glos.3.nu.5.* ambo Coleri
vbi ſupra.

DE TEMPORE, ET LOCO CAPIENDI Fugituum, vel de fuga ſuſpectum.

ſ. VII.

S V M M A R I V M.

- 1 *Debitor ſuſpectus, aut fugituum ubique capi potest.*
- 2 *Et in alieno territorio.*
- 3 *Explicatur l. nemo 103. D. de reg. iur. & l. plerique 18. D. de in ius voc.*
- 4 *Refellitur ſententia Peckij.*
- 5 *Aliqui existimant abſtrahi poſſe ab Ecclesia.*
- 6 *Alij ſi conſuetudine receptum, vel iure municipalis cauſum*
- 7 *Adducitar lex Visigothorum.*
- 8 *Contraria ſententia eſt certiſſima.*
- 9 *Licet debitor eſſet obligatus ad ſatisfaciendum in operibus.*
- 10 *Extenditur etiam ad Hospitalia.*
- 11 *Exornatur ſupradicta ſententia.*
- 12 *Ab Aſylo à Romulo iuſtituto non poterat debitor extrahiri.*
- 13 *Nec a templo Diana Ephesina.*
- 14 *Soluuntur argumenta contraria.*
- 15 *Germanius, & Couarruuias existimant Iasonis ſententiā
habere locum in decoctore.* (nerit.)
- 16 *Vbi decoctio non prodigalitate, ſed potius fortuna vitio eue-*
- 17 *Quid de debitoribus administrationis cauſa remiſſiū.*
- 18 *Quolibet tempore etiam feriato in honorem Dei.*
- 19 *Omnis actus in quibus eſt periculum in mora poſſuit etiam
die feriato expediri.*

20 Ex-

De debit.susp.& fug.Cap.19.¶.VII. 351

- 20 Expticatur Isaias cap.58.
- 21 Quid sit reum repetere.
- 22 Intelligitur Sueto.in Augus.cap.32. Et in Domiti.cap.9.
- 23 Repetitio legati est iteratio eius quod relatum est.
- 24 Origo feriarum remissione.
- 25 Veniens ad nundinas si est suspectus potest capi licet statuto generaliter caueretur, ut venientes non possent arrestari.
- 26 Mercatores dum sunt in nundinis sunt suspecti.
- 27 Potest carcerari debtor recipiendo aliquid.
- 28 Saluus conductus pro debitis non extenditur ad iurata.



ON loquimur de illo qui capitur ratione debiti quod in se habet executionem personalis, quo forte respiciunt solemnitates illæ videlicet ne sub tecto, vel in domo capiatur † quoties enim agitur de debitore suspecto, aut fugitiuo vbiique capi potest scilicet in domo, in hospitio, in apotheca, in caupona, in naui, vel in curru Iason in l.vinum 22.nu.4.vers.prima est D.de reb.credi. Caccialup. quest.7. ex l. 1. C. ubi quis decur. vel cohort. iuxta illud vbi te inuenero, ibi te iudicabo Berlichi. conclus.7 3.nu.5 1. † imò & in alieno territorio tenet Caccialup. d.quest.7. nu. 2. Ianninius de cita. rea.lib.2.cap.12.nu.1. licet contrarium respectu domus probare nitatur Pecki.de iur.sistens.cap.6.nu.3.ex l.nemo 103.ibi, nemo de domo sua extrahi debet D.de reg.iur. quia domus tu- tissimum cuique refugium atque receptaculum sit, vt inquit Caius in l.plerique 18.D.de in ius vocan. † Sed tex. ille loqui- tur de in ius vocatione, ita vt nemo possit in ius ire cogi si in domo reperitur, neque ab ea extrahi, & sic intelligendus tex. in d.l.nemo 103. bene poterit in ius vocari quamuis in domo sit vt declarat l.sed eti 21.D.de in ius voca. maximum autem discriminem est inter vocationem in ius, & capturam de qua agimus, etenim etiamsi in ius non veniat, non amittit creditor suum debitum, secus in nostro casu ob imminentis fugæ periculum. † Nec amplectenda est sententia Peckij d.cap.6. in fine dum dicit debitorem de fuga suspectum non posse in Scholis

1

2

3

4

Scholis publicis detineri, quod Scholæ vbi Doctores profitetur sint veluti domus propriæ studiosorum. Nam dicendum est posse, sed non debere detineri, ut sic evitentur scandala, & tumultus, qui ex ea detentione eo in loco facta oriri possent, ut respectu capturæ absolutè considerabat Rebussus *de priuile.Scholar.cap. 102.*

5 Sed an in Ecclesia capi possit quæri solet. Iason *in d.l.vinū nu. 5.* scribit posse quia die feriato etiam in honorem Dei capi licet Bart. *ad d. l. ait Pretor s. si debitorem D. que in fraud. credit. Angel. Areti. in princip. tit. de actio.* † Alij vero & sunt Oldrad. *conf. 24.* Aufrer. *ad Capel. Tolos. decis. 422.* Boer. *decis. 215. nu. 7.* Abbas *in cap. inter alia nu. 22. de immuni. eccles. ita demum abstrahi posse si consuetudine receptum sit, vel municipali statuto cantum.* † In legibus Visigothorum cauebatur, (*est lib. 9. tit. 3. cap. 4. Codicis dictarum legum*) quod si debitor aliquis ad Ecclesiam confugerit, eum Ecclesia non defendat, sed Præsbyter, aut Diaconus debitorem sine dilatatione restituat, ita ut ipse qui debitum repetit nequaquam cædere, aut ligare eum præsumat, qui ad Ecclesiarum auxilium decurrit, sed præsente Præsbytero, vel Diacono constituatur intra quod tempus ei debitum reformatum, & Justinianus *in auth. de manda. Princi. s. publicorum cauet, ut debitores à sacris ædibus extrahi possint.*

8 Sed his non obstantibus contraria sententia est verissima, videlicet dictos debitores fugitivos, vel de fuga suspectos gaudere immunitate Ecclesiarum, nec enim alicubi reperiuntur excepti à iure Canonico Abbas *in cap. inter alia nu. 22. de immuni. Ecclesia.* Oldrad. *conf. 54.* Decianus *tract. 2. lib. 6. cap. 27. nu. 22.* Couar. *lib. 2. vari. cap. 20. nu. 14. vers. sed profecto Ioan. de Visch. de immuni. Eccles. nu. 55.* Anastas. Germonius *de Sacror. immunit. lib. 2. cap. 16. num. 109.* † Roder. Suarez qui loquitur etiamsi ex Statuto esset tradendus debitor creditori ad satisfaciendum in operibus *in declar. l. 2. for. legum lib. 2. questione incipiente Quinto queritur nu. 1.* contra Abbatem, qui stante dicto Statuto contrarium tenuit, & pro sententia nostra sentire videtur Osual. *ad Donel. lib. 17. comment. cap. 2. liti.*

Dedebit.susp.& fug.Cap.19.¶.VII. 353

litt. N. † & hoc extendi etiam ad Hospitalia tradit ex Archidia. in cap. diffiniunt 17. quast. 4. & Baldo in l. si quis ad declinandum C. de episco. Et cleri. Suarez vbi supra nu. 4. † & probari potest supradicta cōclusio ex l. præsentि 6. C. de his qui ad Eccl. confu. vbi per Leoneni Imperatorem statutum fuit, vt debitor ad Ecclesiam confugiens possit in ius vocari, & respondere per Procuratorem, contraque eius bona procedi, sed noluit, vt ab Ecclesia extraheretur, & notauit eruditè, vt solet Couar. vbi supra † quod ab asylo à Romulo instituto, cuius meminimus supra cap. 3. num. 16. non poterat debitor extrahi Plutar. in Romulo. † Sed & Ephesi in Templo Dianæ eadem immunitas erat, vt tradit idem Plutar. lib. de vit. usur. † Argumētum ex Auth. Iustiniani parum nocet cum obstant iura Canonica quibus in hoc standum eīse concludit Couar. vbi supra. Argumentum Iasonis desumptum ex tempore ad locum impugnat Mattheat. lib. 2. epito. leg. cap. 23. nu. 9. Et seq. ex eo quia die festo multa possunt venundari; non tamen in templo, tum etiam quia si furto auferatur quid in æde sacra sacrilegium fit, nō tamen si die feriata. Couarruiias vero, & ex eo Germonius vbi supra nu. 112. illud etiam impugnant exemplo homicidæ, qui potest capi etiam die feriata l. prouinciarum C. de ferijs, & tamen ab Ecclesia extrahi non potest. † Germonius transcribens formalia Couar. verba dum grauiiter in decoctores inuehitur arbitratur locum in eis habere. Iasonis sententiam, quos sequitur Decia. d. cap. 27. nu. 34. in fine. † Sed si hoc verum esset, quod tamen omnino à veritate alienum est, adhuc limitandum existimarem vbi decoctio non luxuria vel prodigalitate debitoris sequuta sit, sed potius vitio fortunæ, nam tunc cōmiserationem mereri asserit Andræas Knichen de Saxoni. non prouoc. iure cap. 5. de regalijs in specie nu. 521. † Sed an debitores administrationis causa extrahi possint ab Ecclesia videndus Muños de Escobar de ratioci. cap. 4. à nu. 6.

Circa tempus dicendum est quoconque tempore siue feriarum, siue vindemiarum, aut die mercati, imò & si sint feriæ in honorem Dei posse capi, vt ex Bart. in d. §. si debitorem,

Yy & ex

& ex glos. in l. dies festos C. de ferijs tenet Caccialup. quast. 8.
 nu. 1. Gail. lib. 2. obser. 44. nu. 1. Rebuff. ad ordi. Reg. tom. 1. art.
 6. glos. 3. nu. 60. Pecki. de iur. sis. cap. 7. nu. 1. & alij relati à Ber-
 lichio d. concl. 73. num. 50. Alber. in l. si feriatis D. de ferijs, &
 19 quod possit hoc fieri die feriata videtur posse probari, † quia
 omnes actus in quibus periculum in mora versatur possunt
 diebus feriatis etiam in honorem Dei expediri ex tex. in cap.
 significauerunt 21. §. verum pars altera de iudic. tenet idem
 Berlich. concl. 74. nu. 98. & quia vt inquit Palladi. lib. 1. rei ru-
 sti. cap. 6. necessitas ferijs caret. † Neque obstat quod dicitur
 20 Isai. cap. 58. vers. 3. Ecce in die ieunij vestri imuenitur volun-
 tas vestra, & omnes debitores vestros repetitis, nam ibi repe-
 tere idem est quod iterato petere, † sicuti & repetere reum
 significat iterato reum facere, abolitioneq; exemptum reum
 denuo postulare l. 3. §. vlt. D. de accus. l. qui cum maior 14. §.
 sed si minor 2. vers. certè si D. de bon. libert. l. si interueniente
 21 12. cum alijs D. ad S. C. Turpilli. † Sueto. in Augus. cap. 32.
 nomina, inquit, aboleuit conditione proposita, ut si quem repe-
 tere vellet periculū pœna subiret. Idem in Domiti. cap. 9. Vni-
 uersos discrimine liberauit, nec repeti nisi in ira annum permi-
 sit, † sicuti & repetitio legatorum est iteratio eius quod reli-
 ctum est l. si sic 13. l. si purè 54. l. in repetundis 63. l. cum in
 22 substitutione 77. D. de leg. 3. cum latè adductis à Ioan. Goeddéo
 in l. generali 80. de verb. signif. vnde optimè repræhendit Pro-
 pheta eos qui debitores repetunt, aliter locum illum intelli-
 git Pecki. ubi supra. † De origine feriarum vidēdus latè Ga-
 ronus in Ordini. Senatus per eum exornatis pag. 162. Aduer-
 sus supradictam sententiam est Surd. de alimen. tit. 8. princ. 2.
 23 nu. 9. † Quam & ego extendo etiam tempore nundinarum
 licet expressè Statuto caueretur, vt veniens ad nundinas de-
 beat esse securus, & liber, & eius bona arrestari non possunt
 quia si adeat suspicio poterit detineri, vt ex Angel. in l. dies fe-
 stos in fine C. de ferijs tradit Suarez in decla. l. 2. for. legum lib. 2.
 tit. de los emplazamientos quæstione incipiente Sed attende
 24 nu. 27. † maximè si vera est doctrina Curtij de sequestro n. 31.
 quod mercatores omnes dum sunt in nundinis sint suspecti
 de

De debit.susp.& fug. Cap. 19. §. VII. 355

de fuga, † vnde ut tradit Anto. Nigrus *de exequysi. rei iudic.* 27
cap. 14. §. 5. nu. 22. ¶ 23. qnamuis debitor recipiendo aliquid
in nundinis non se obligauerit personaliter, tamen si intra
tempus nundinarum no soluerit poterit carcerari si debitum
sit factum nundinarum causa, & debitor, & creditor sint mer-
catores frequentes in nundinis, & solutio sit ibidem destina-
ta Rebus. *de litte. oblig. art. 74. glof. 3. nu. 18.* † licet enim tem-
pore nundinarum persona, aut res alicuius sunt non possint
iuxta l. 1. *Cod. de nundin.* Coler. *de proces. par. 2. cap. 3. nu. 1. 56.*
cuiuslibet speciei illæ sint, quas recenset Marian. Socin. *cons.*
61. num. 23. lib. 2. nisi debitum fuerit iuratum, vt vult Pecki.
d. cap. 7. nu. 3. illud probans exemplo Constitutionis tollentis
aliam Constitutionem generalem, non enim tollit iuratam,
& exemplo Saluus conductus pro debitis concessi, qui non
exteditur ad iurata, vt decisum sic Neapoli fuisse testatur Af-
flict. *decis. 5. incipiente Domine Rex.* Attamen si periculum
est in mora potest etiam ibi detineri ut diximus, & ob eadem
rationem etiam de nocte potest concedi hæc capture iuxta
tradita per Pecki. *d. cap. 7. nu. 2.* quia tantum valet factum de
nocte quantum de die l. *non minorem 21.* ubi Bartol. *Cod. de*
transac. 28



D E M I L I T E F V G I T I V O.

C A P. XX.

S V M M A R I V M.

- 1 *Desertor dicitur fugitiuus.*
- 2 *Est nomen generale.*
- 3 *Desertor est quisquis belli tempore abest.*
- 4 *In quo differat ab Emansore.*
- 5 *Tantum distat fugitiuus ab Errone, quantum Desertor ab Emansore.*
- 6 *Emansor pusillus desertor, desertor magnus emansor dici potest.*
- 7 *Reuertens quandoque habetur pro desertore.*
- 8 *Discrimen est in tempore.*
- 9 *Germanici Edictum.*
- 10 *Explicatur Tacitus.*
- 11 *Fuga magnum dedecus.*
- 12 *Miles comparatur Leoni.*
- 13 *Miles à mille.*
- 14 *Romanis proprium non fugere.*
- 15 *Militis virtus mitis in suos, acerbus in hostes.*
- 16 *Contumelia nomen desertoris.*
- 17 *Pœna Desertoris erat capitum.*
- 18 *Verba legis Caroli Magni.*
- 19 *Militia assiduum, nec momento abeunte exigit militem.*
- 20 *Apud Romanos miles ab auditu tubæ distans in hostium numero referebatur.*
- 21 *Deserens accusationem punitur.*
- 22 *Socio non licet intempestiuè renuntiare societati.*
- 23 *Varia pœna quibus plecebantur Desertores.*
- 24 *Æquiparantur latronibus publicis, & in eos datur ius publicæ uitiationis.*

25 Fit

- 25 *Fit liber seruus si desertorem prodiderit.*
- 26 *Si resistit punitur tanquam rebellis.*
- 27 *Bona defuncti in desertione confiscantur.*
- 28 *Desertor si in territorio Praesidis ubi capitur commiserit crimen, non mittitur ad Ducem, sed ibi punitur.*
- 29 *Desertor qui reuertitur degradatur.*
- 30 *Si falso fuerit accusatus omnia stipendia ei restituuntur.*
- 31 *Sigratia Principis fuerit restitutus, indiget speciali gratia ad ea consequenda.*
- 32 *Qui desistit ab excubatione Praesidis punitur tanquam defector.*
- 33 *Item qui stationem deseruerit.*
- 34 *Qui excubias palati capite punitur.*
- 35 *Centuriones statione deserta capitaliter puniebantur.*
- 36 *Exemplum in incantum vigilem.*
- 37 *Epaminondas gladio quendam negligentem vigilem transfixit.*
- 38 *Item si ad dies commeatus non venerit punitur.*
- 39 *Item arma alienans.*
- 40 *Si partem, ad id quod interest.*
- 41 *Desertores non aequaliter plectuntur.*
- 42 *Aliter vero tempore pacis.*
- 43 *Modus pena.*
- 44 *An potuerit excusari miles quod voluerit prospicere Partem inualetudini.*
- 45 *Religioso professo licet è Monasterio egredi ad subueniendum Parentibus.*
- 46 *Filius de iure naturali tenetur eis succurrere.*
- 47 *Non potest hoc praetextus excusari miles.*
- 48 *Reipublica salus est anteponenda Parentibus.*
- 49 *Sententia illa tempore famis prius comedendum filium quam castra deserere, reprobatur.*
- 50 *Respondetur tex. in l. 4. S. vlt. D. de re milit.*
- 51 *Ordo dilectionis.*
- 52 *Solutur argumentum à Religiosa ut supra propositum.*
- 53 *Emansor quomodo, &c. quando excusetur.*

54 De-

- 54 Desertor se offerens qua ratione puniatur.
- 55 Filius desertor à Paire oblatus non punitur capitaliter.
- 56 Miles carceratus si fugit non habetur pro desertore.
- 57 Pœna supradictæ desertoris exequūtur solum in milite qui est in expeditione, & suum habet stipendium.
- 58 Augustus instituit ararium militare.
- 59 Deficiente stipendio extra ordinem punitur.
- 60 Arma non sunt sine stipendijs.
- 61 Exercitus iejunus disciplinam seruare non potest.
- 62 Sine stipendijs milites dilabuntur.
- 63 In crimen Læsa Maiestatis incidit qui in Annonam peccat.
- 64 Non potest contineri miles cibarijs deficientibus.
- 65 Disciplina militaris continet milites.
- 66 Hispani nostri alios longè antecellunt ex Besoldo.
- 67 Quedam delicta sunt in milite, quæ in pagano non sunt.
- 68 Seueritate exercitus insauratur.
- 69 Qui signa relinquebat pana capitis plectebatur.
- 70 Nec militi vulnerato licebat.
- 71 Romani anteponebant disciplinā militarē amori parentū.
- 72 Disciplina castrorum antiquior charitate liberorum, & interpretatur tex. in l. postliminio 19. s. filius quoque D. de cap. & postl. reuer.
- 73 In bello etiam absque dolo inuenitur delictum.
- 74 Exemplum Annibalis.
- 75 Aliud Salustij Prefecti Galliarum.
- 76 Ratio prædictorum.
- 77 Dux seuerus sit.
- 78 Miles magis Ducem quam inimicum timere debet.
- 79 Militares modi appellantur ij quibus in militia vivitur.
- 80 Casus Farinacij refertur.
- 81 Militis cuiusdam celebre dictum.
- 82 Qui in acie prior fugit capite punitur.
- 83 Varia aliorum pœna.
- 84 Antonius tanquam desertor debeat puniri.
- 85 Ij qui metu aciem deferebat impunè occidi poterat.
- 86 Elegans Posthumij ad milites oratio.

87 De-

- 87 Decimatio fiebat in desertores per sortitionem. (facienda.)
- 88 Interpuictio in l. omne 6. §. qui in acie D. de re mili. quomodo
- 89 Quare prior in acie fugiens tam seuerè puniatur.
- 90 Archilocus Poeta à Lacedemouïjs quare electus.
- 91 Nemo alterum fugere tenetur.
- 92 Periculum vita, & fama à pari procedunt.
- 93 Honor ceteris rebus prefertur.
- 94 Ausseruus in bello captus teneatur fugere.
- 95 Filius quem pater occidere vult tenetur fugere.
- 96 Fuga necessaria à conspectu mulierum.
- 97 Gloriosa hac fuga.
- 98 In hac militia inermis qui non fugit.
- 99 Rex quidam hoc armorum genere vicit.
- 100 Miles si fugit an possit obtinere priuilegium veterani.
- 101 Miles est veteranus si per viginti annos continuo inferuijt.
- 102 Si impedimentū aliquod occurrit varij distingūtur casus.
- 103 Si deseruit militiam etiamsi restituatur non potest priuilegijs veterani vti.
- 104 Intelligitur l. penulti. D. de re mili. in 1. parte.
- 105 Si fuerit captus ab hostibus quid?
- 106 Opponitur l. 1. C. de re milit. lib. 1. 2.
- 107 Reijcitur solutio culpabilis captiuitatis.
- 108 Accursij solutio.
- 109 Stipendia requirunt aliam restitutionem expressam, vel quod sū restitutio iustitia.
- 110 Explicatur l. qui excubias 10. D. de re milit.
- 111 Sed hoc non potest adaptari d. l. 1. C. de re milit. eius verus sensus traditur.
- 112 Milites non habent actionem ad recuperāda dāna passa.
- 113 Conductor non tenetur ad damna.
- 114 Dominus non tenetur redimere milites ab hoste captos.
- 115 Si miles fuit de iustitia absolutus potest tēpus absētia alio tempore redimere.
- 116 In iustiē accusatus, de iustitia restitutus recuperat omnia.
- 117 Restitutio ex gratia non comprehendit obuentiones medij temporis nisi specialiter fuit dictum.
- 118 Intel-

118 *Intelligitur l. qui excubias 10. D. de re milit.*

119 *Bene vero restitutio ex Iustitia.*

120 *Fuga dicitur iusta ob timorem carcerationis etiā iniusta.*

121 *Quid in casu infirmitatis.*

122 *In Regno Neapolitano per bimestre admittitur excusatio ratione infirmitatis.*

1



Esertor miles fugitiuus dicitur in l. aut facta 16.

2

§. tempus D. de pœnis Anto. Augus. lib. 3. emend. cap. 7. Cuia. lib. 6. obser. cap. 26. † Desertor au- tem nomen est generale in re militari, com- præhēdens in se genus omne delictorum quæ committuntur per milites in exercitio militari, & quæ com- mitti in re bellica possunt, vt ait Iuli. Ferret. de re, & discipli. milit. tit. de milita iusti. nu. 100. Nos solum de desertore hoc

3

est fugitiuo verba faciemus. † Desertor autē habebitur quis- quis belli tempore abest à signis, vt dicitur in l. 1. C. de deserto.

4

lib. 12. Petr. Grego. lib. 11. de Repub. cap. 7. à nu. 10. † Sicut au- tem in seruis reperitur, & fugitiuus qui serò, aut nunquam redit, & erro qui frequēter vagatur, sic in militibus desertor qui prolixè abest, emansor qui diu l. 3. §. desertor, & §. emansor

5

D. de re milit. Petr. Bellus de re milit. par. 8. num. 4. vt diximus supra cap. 4. nu. 5. † vbi animaduertimus sic fugitiuum distare ab errone quemadmodum desertorem ab emansore l. 4. §. le-

6

uius D. eo. † & quemadmodū erro dicitur pusillus fugitiuus, & fugitiuus magnus erro in l. quis sit fugitiuus 17. §. erronem D. de adili. edic. sic & emansor pusillus desertor, desertor au- tem magnus emansor dici potest vt notauit Cuia. d. cap. 26.

7

Differentia vero non est quod hic reducatur, ille vero reuer- tatur, † nam & qui reuertitur quādoque pro desertore habe- tur l. qui commeatus 14. & qui reducitur pro emansore d. l. 4.

8

§. edicta D. de re mili. † Discriumen tantum vt in d. cap. 4. nu. 7. notauimus est in tempore d. l. aut facta 16. §. tempus D. de pœnis l. 3. §. si ad diem D. de re milit. etenim vt dixi desertor qui prolixum tempus vagatur d. l. 3. §. desertor, emansor qui diu vagans ad Castra regreditur d. l. 3. §. emansor Claudi. Co- teræus de iur. mili. lib. 3. cap. 3. † Germanicus autem edixit vt

9

is qui

De Milite fugituo. Cap.XX. 361

is qui diu absfuit quamuis pro emansore habeatur, tamen defertoris poenam sustineat, vt dicitur *in d. l. 4. §. edicta*, vbi ut accipi pro quamuis animaduertit Cuia. *d.lib. 6. cap. 26.* & tex-
tum illum sic intellexerunt Tiber. Decia. tract. crim. to. 2. lib.
7. cap. i 2.n. 34. Cotteræus *de iur. milit. lib. 3. cap. 3.* † Quin Mē-
nium Castrorum Præfectum, Duce eodem Germanico, eum
qui agmine decessisset pro deserto habuisse legimus apud
Tacitum *l. 3. §. sed qui agmen D. de re milit.*

10

Semper autem fuisse magnum dedecus in milite fugam certum est, & melius esse heroica fortitudine præliari quam fugere probat exemplū Iudæ Machabæi vt dicitur *lib. 1. Ma- chab. cap. 9.* ibi *Et viderunt multitudinē exercitus quia multi ē iimuerunt valde, et multi substraxerunt se de castris, et nō manserunt ex eis nisi octingenti viri.* Et vidit Iudas quod defluxit exercitus suus, et bellum perurgebat eum, et confractus est corde quia non habebat tempus congregandi eos, et dissolutus est. *Et dixit his qui residui erant surgamus, et eamus ad aduersarios nostros si poterimus pugnare aduersus eos, et auer- tebanter eum dicentes non poterimus, sed liberemus animas no- stras modo, et reuertamur ad fratres nostros,* et tunc pugnabis- mus aduersus eos, nos autem pauci sumus, et ait Iudas *Absit istam rem facere ut fugiamus ab eis et si appropriauit tempus nostrum moriamur in virtute propter fratres nostros,* et nō in- feramus crimen gloriae nostræ, de qua re vidēdus Pater Adamus Contzen *lib. 1 c. Politi. cap. 48.* † Hinc Leoni comparatus est miles quia est adeo generosū animal vt aut mori malit quam turpiter fugere, aut iniuriam s̄epe pati quam prostratis, & subiectis non parcere, diciturq; à Græcis *Leon* quasi *Laon* à mul- titudine quod perterreat, frangatque omnem animantium multitudinem. Nomen profecto si rem non vocem specta- mus militi commune, vt notauit Theodorus Hoepingius *de iure insignium cap. 9. §. 2. mem. 4. nu. 189.* † nam Grammaticis docentibus miles à mille quod vix è milibus vnus nascatur, tantaque in ijs resideat gloria, & fortitudo iuxta *l. fortissimi C. de erga milit. an. lib. 1 2. l. tam collatores in princ. C. de re milit.* & post Valer. Max. Guillel. Benedictum, & alios tradit Chaf-

12

13

Zz

fanx.

- fanæ. in *Catalo. glor. mun. par. 9. cons. 38.* quanta per Leonem
 14 repræsentari potest vñquam. † De Romanis militibus hoc
 prodit Polybi. lib. 8. cap. 84. quod eorum fuerit nō fugere nec
 15 ordines deserere. † Duplex igitur militis virtus est, vna vt
 mitis sit in suos, altera vt acer, & acerbus in hostes. Ideo Leo
 boni militis animo elati, corpore robusti, consilio vafri, & in
 negotijs fidi, pijs, & clementis certa est imago Plini. lib. 8. cap.
 16 16. Forcatu de Gallo. imper. lib. 7. pag. 1038. † Inde in contumelia erat appellari desertorem apud Virgi. lib. 12. *Aeneidos*
Desertorem Affia, & ideo ait Turnus Dextera hac interficiam
 desertorem, & cum vocat Desertorem eo ipso criminatur vt
 notauit P. Ludouicus de la Cerdia ad d. Virgiliū versum. Ita &
 Annibal apud Liuum lib. 21. exprobrat Romani duci vocans
Desertorem exercitus.
- 17 Poena igitur desertoris in bello erat poena capitii l. non omnes 5. §. 1. D. de re milit. cap. infames 6. quæst. 1. glos. ver. deferratur in cap. ius naturale distinc. 1. Petrus Gregor. 2. par. syn>tag. lib. 19. cap. 10. nu. 1. 6. seq. Claud. Coteræus de iur. milit. lib. 3. cap. 3. Capyci. decis. 130. nu. 8. Paris. de Puteo lib. 8. de re milit. iii. quando prouocatur Farina. de crimi. Læsa Maiest. quæst. 113. nu. 7. & in frag. crimi. ver. miles num. 205. Tullius Crispoltus in casibus militar. casu 9. nu. 15. † & in legibus Caroli Magni additis ad leges Longobardorū sic legitur Si quis adeo cōtumax aut superbus extiterit vt dimisso exercitu absq; iussu vel licentia Regis domum reuertatur, ipse vt reus Maiestatis periculum vita incurrat, & res eius Fisco nostro seruens, hinc vt notauit idem Petr. Gregor. vbi supra nu. 14. mutuavit rationem lex nequis duplē tractet eodem tempore militiam l. fin. C. qui milit. non pos. lib. 12. † quia militia assiduum exigit militem, nec mōmēto abeuntem. † Vnde apud Romanos vt refert Appianus in *Lybico* miles ab auditu tubæ distans in hostium numero referebatur, & ex eo Crispoltus vbi supra nu. 42. Coteræus vbi proximè Decian. d. lib. 7. cap. 12. nu. 80. Godescalcus Steuuechius in cōmen. ad lib. 2. cap. 5. Vegetij de re milit. † Etenim vt considerabat Decia. vbi supra si is qui accusationem à se institutam deserit punitur l. 1. §. si quis

De Milite fugituo. Cap. XX.

363

quis autem ab accusatione, § 5. incidit D. ad Turpillia. & in l. 3. C. ubi cau. Fisca. † & si socio intempestiuè renuntiare societati non licet l. si conuenerit 14. D. pro socio ut considerat Bellus de re milit. par. 8. nu. 28. quanto magis puniri debent qui Dominum suum, fidem datam, sacramentum præstatum, & disciplinā quam profitentur fraudantes deserunt? † Hoc que crimen grauiter punitum fuisse semper testatur Plutar. in vita Agesilai. Spartani militiæ desertores è Magistratu omni repellebant, eis vxorem ducere non licebat, obuius quisque impunè eos cedere poterat, barbae partem radebant, partem nutriebant, squalidi, abiectique circuire Ciuitatem singulis diebus cogebantur, & Auidius Imperator, ut refert Vulca. Galli. in vita Auidi Imperat. multis desertoribus manus, alijs crura, & poplites incidebat, dicens maius esse exemplum criminosi viuentis miserabiliter, quam occisi. Et anno tertio belli Punici, ut afferit Sabelli. Enead. 4. lib. 9. L. Posthumio, & Q. Æmilio Coss. morte mulctati sunt ij qui signa Romana, aut Castra deseruerant, profuitque non minimum ea Imperatorum seueritas, effectum est enim ut cū Carthaginenses multo plures essent, castra non defensa solum, sed & hostes cum multa cæde in urbem sint reiecti, & propter desertorum poenam, dicebat Clearchus Lacedemoniorum Rex, fæpè exercitui suo Imperatorem magis metuendum esse quam hostem significans eos qui in prælio dubiam mortem timuissent, si deseruissent certum habere supplicium, ut tradit Petr. Ærodius rer. iudic. lib. 1 o. tit. 5. cap. 12.

Desertores æquiparantur latronibus publicis, & concessū est cuique ius publicæ vltionis in eos l. vlt. C. quando lice. sine Iudi. se vind. Decian. ubi supra nu. 67. † Fit liber seruus si desertorem prodiderit l. vlt. C. quib. cau. ser. pro præ. liber. acci. † Si resistit punitur tanquam rebellis l. 2. C. de desertor. lib. 12. & velox vbique in eum datur supplicium d. l. vlt. C. quando lice. sine iudi. & licet desertionis crimen videatur morte extinctum l. 1. C. si reus vel accus. mor. sue. † tamen bona defuncti in desertione confiscantur l. defunctorum 4. C. de re milit. lib. 12. & de varijs poenis occultantium desertores est tex. in

Zz 2

l. 1.

- 28 *l. i. C. de desert. eod. lib. Decian. nu. 68.* ¶ Si Præses inuenit desertorem in suo territorio eum capit, & mittit ad suum ducem, nisi facinus aliquod graue in territorio Præsidis commiserit, tunc enim ibi punitur *l. 3. D. de re milit.* ¶ Degradataur in diuersa loca qui primo deseruit, deinde reuertitur *l. 3. S. si plures D. eo.* & desertioni aliud crimen adiungens grauius punitur *l. non omnes s. s. 2. D. de re milit. l. vlt. C. de desert. lib. 12.* & Herodi. lib. 1. meminit cuiusdam militis cui non satis fuit castra deserere, & adscita perditorū manu vicos, agrosq; populari captiuos è vinculis, carceribusque eximere, sed & Commodum Imperatorem obtruncare decreuerat, qui tandem iussu Imperatoris capite mulctatus est. ¶ Si vero falso fuerit desertoris crimine accusatus vel vt ait Papinianus in *l. ex causa 15. D. de re milit. si ratio constiterit, neque desertorem fuisse apparuerit, omnia stipendia citra temporis finem redduntur,* hoc est citra distinctionem temporis, vt dicit ipse met Papinianus in *l. eum qui 18. D. de his quib. ut indig.* & notauit Cuia. *ad ipsum lib. 19. respons. in d. l. ex causa, & Gotofr. in d. l. 18.* ¶ Si autem desertor gratia Principis fuerit restitutus, indiget speciali gratia ad stipendia, & donatiua medijs temporis consequenda *l. qui excubias 10. S. 1. D. de re milit. l. i.* ¶ *l. cum allegatis C. eo.* Godescalcius Steuechius in comment. ad lib. 2. cap. 5. *Vegetij de re milit.* Iulius Ferret. eo. tract. tit. *de iusti. milit. nu. 121.*
- 32 Tanquam desertor punitur qui ab excubatione Præpositi,
 33 vel Præsidis desistit *l. 3. S. si Præsidis D. de re milit.* ¶ vel qui stationem deseruerit, qui magis quam emansor punitur *l. 3. S. qui stationis D. eo.* Annæ. Robertus lib. 1. rer. iudi. cap. 12. pag. mihi. 204. Petr. Gregor. lib. 11. de Repub. cap. 7. nu. 16. ¶ & qui excubias Palatij deseruerit capite punitur *l. qui excubias 10. D. eo. l. 9. tit. 18. par. 2.* ¶ & apud Sueto. in Octaui cap. 24. inuenio Centuriones statione deserta capitali animaduersione punitos fuisse, etenim nulli dubium est esse capitale crimen præcipuè si ex stationis desertione aliquod dñum exercitui sequatur: Ayala de iur. bel. lib. 3. cap. 17. à nu. 1. & refert Liuius lib. 5. ¶ Cum Galli in sumnum Capitolij euasissent incuria vigi-

De Mlito fugituo. Cap.XX.

365

vigilum qui tandem beneficio anserum excitati sunt P. Sulpitius Tribunus militum in vigiles eius loci quos se fellerat ascenders hostis more militari se animaduersum pronuntiauit, sed consentiente clamore militum in vnum vigilem coniijcentium culpam deterritus, à cæteris abstinuit, & reum non dubium eius noxæ, approbantibus cunctis, de faxo deiecit. † Et Epaminondas cum custodias, stationesq; circumiret ut disciplinam exemplis stabiliret sopitum militem gladio transfixit asserens quod qualem inuenerat, talem reliquerat Plutar. *in apoph. Claudi. Coteræus lib. 1. de re milit. cap. 17.*
 Ayala *de iur. bel.lib. 3. cap. 17. nu. 3.* Gail. *de pace publ.lib. 1. cap. 4. nu. 32.* Petr. Gregor. *lib. 19. syntag. cap. 11. nu. 6.* Scaccia *de iudi.lib. 1. cap. 97. sub nu. 182.* Vegeti. *de re milit.lib. 3. cap. 1. 2.*
 Bouadilla *lib. 4. cap. 2. nu. 25.* † Item, si ad diem commeatus non venerit, punitur, ac si emansisset, vel deseruisset pro numero temporis d.l. 3. §. si ad diem l. qui commeatus 14. *de re milit. l. 2. C. de commeat.* † Item arma alienans punitur tanquam desertor d.l. qui commeatus 14. §. 1. l. 3. §. miles qui D. *de re milit.* graue etenim crimen est arma alienasse, † si vero partem, condemnabitur tantum ad id quod interest Decian. *tom. 2. lib. 7. cap. 12. num. 43.* † Non tamen omnes desertores similiter puniendi sunt, sed & habetur ordinis stipendiorum ratio, gradus militiæ, vel loci, muneris deserti, & anteactæ vitæ, sed & consideratur numerus, si solus, vel cum altero, vel cum pluribus deseruit l. *non omnes 5. D. de re milit.* Petr. Gregor. *lib. 19. syntag. cap. 10. nu. 17.* Bellus *de re milit. par. 8. nu. 5.* † Dixi supra in bello, quia si sit desertor tempore pacis non incurrit poenam capitalem, sed si fuerit eques gradu pellendum, si pedes militiam mutat d.l. *non omnes 5. §. 1.* Synop. Basili. *lib. 57. de milit. tit. 1. cap. 13.* Petr. Bellus *vbi supra.* † Militiæ autem mutatio erat exempli gratia cum ex ijs, qui equo meruerant, peditum numero iubebantur militare, aut qui pedites fuerant in funditorum auxilia transcribebantur, vt de ijs decretum fuisse à Senatu Romano ait Valer. *lib. 2. cap. 2.* quos bello Terentino captos, & à Pirrho Rege vltro missos receperisset. Ammia. Marcellinus *lib. 29.* Equites Quartæ Saggittariorum

37

38

39

40

41

42

43

riorum cohortis, quæ ad rebellem defecerat, ut contentum se suppicio leuiori monstraret, omnes contrusit ad infimum militiæ gradum.

- 44 Dubitari posset an miles qui desertionis notam excusare vult eo quod Parentum inualetudini prospexerit, sit puniens, & excusationem mereri videtur probare tex. in l. 4. §. fin. *D. de re milit. Felin. in cap. cum quidam de iur. iuran. Roma.*
- 45 in l. si vero §. de viso *D. solut. Mair.* † & etiam quia filio Religionem professo egredi è Claustris licet ad subueniendum Parentibus Surd. *de alimen. tit. 8. priuile. 67. nu. 2.* & sic multo magis militi Azor. *Instit. mora. par. 2. lib. 2. cap. 3. vers. quinto*
- 46 *quaritur,* † imò tenetur filius de iure naturali Parétabus subuenire l. fin. §. ipsum autem *C. de bon. qual. liber. c. caterum 86. distinc.* nec Sacramentum militare præstatum de nō recedendo quidquam facit quia semper continet tacitam conditio-
- 47 nem si iuri naturali non obstat Azor *vbi supra.*
- 48 Contrariaim tamen sententiam veriorem existimo ex supra adductis, & eam sequutus fuit in facti contingentia Tullius Crispoltus dum erat Generalis Auditor exercitus Sūmi Pontificis Urbani VIII. & miles ille qui absq; commeatu ad subueniendos Parentes aberat in pœnam triremiū fuit condemnatus, cōdonata ei ex clementia vltimi supplicij pœna, † Reipublicæ siquidem falus est anteponenda Parentibus glof. in l. 1. §. generaliter *D. de ventre in poss. mitten.* & in l. 1. §. quamuis *D. de ventre inspici.* Siman. *de Catholi. instit. tit. 29. nu. 45.* Hyppoli. *Riminal. in cap. qua in Ecclesiarum nu. 217. de con-*
- 49 *stitu. Carrer. in practi. crimi. tract. 3. tit. de homici. §. 9. num. 27.* Menoch. *de arbitr. casu 356. nu. 46. lib. 2.* † & tempore famis prius comedendum filium, quam Castra deserere tenet Caballi. *resol. crimi. cent. 3. casu 294. nu. 193.* Atrox, & impium facinus, quod humanitatis, & naturæ iura resoluit, & ipsæ belluæ horreant cuius fæditatē sol auersatus, vt est in Thyeſtis fabulis (ne tanti sceleris aspectu pollueretur) retro cursum flexit; vt propterea omnino damnandam impiam authoris sententiam pronūciem. Apud Romanos vt dicitur in l. postliminium 19. §. *filius quoque D. de capti.* Et postli. reuer. disciplina

De Milite fugituo.Cap.XX.

367

*plina Castrorum antiquior fuit Parentibus Romanis, quam
 charitas liberorum Ayala de offi. belli lib. 3. cap. 10. n. 6. † Neq;
 tex. in d.l. 4. §. vlt. D. de re milit. quidquam facit quia loquitur
 de emansore. Nec tacita conditio iuramenti quidquam ope-
 ratur, quia etiā naturali vinculo adstringitur erga Principem
 qui est Pater Patriæ, & in eum omnia iura Reipublicæ sunt
 translata Surd. de alimen. tit. 7. quæst. 3. nu. 11. † ita vt ordo di-
 lectionis incipiat Primo erga Deum, Secundo erga Principē,
 Tertio erga Parentes Lucas de Penna in l. in filijs in princ. C.
 de decurio. lib. 10. † Nec tandem valet argumentum desum-
 ptum à filio Religioso quia & est necesse quod Parentes sint
 in extrema necessitate, & quod obtineat licentiam à Superio-
 re, vel à Summo Pontifice vt notauit Valenzuela conf. 12. nu.
 23. & certè si hæc excusatio valeret, vix vnquam reperiretur
 miles qui tanquam desertor puniri posset. Alium casum de-
 curionis qui à signis aberat ob minas à suo Ceturione in eum
 prolatas, & alium militis inquisiti de furto, & è carceribus fu-
 gientis tradit Crispoltus casu 10. Et 11.*

*Emansor vero nō ita punitur, examinantur siquidem cau-
 sæ emansionis, quis videlicet, & vbi fuerit, quid egerit, & da-
 tur venia valetudini, & affectioni Parentum, & affinum, vel
 si seruus fugientem persequutus fuerit l. 4. §. fin. D. de re mili.
 & vt dicitur in l. 3. §. si cum quis 4. D. de homi. lib. exhi. pietas.
 genuina effecit sine dolo malo retineri Bellus de re milit. par. 8.
 num. 7. † Si vero desertor Principi se obtulerit, tunc ex illius
 indulgentia in Insulam deportatur l. non omnes 5. §. qui in de-
 sertione D. de re milit. Imperatores vero in l. 1. §. desertor C. de
 deser. lib. 12. aiunt desertorem qui sponte processerit peccati
 anterioris supplicium timere nō debere, † imò si à patre de-
 sertor fuerit oblatus non punitur capitaliter, ne videatur, vt
 inquit Diuus Pius, pater ad supplicium obtulisse l. milites 13.
 §. fin. D. de re mili. l. qui cum uno 4. §. qui à patre D. eo. Alciat.
 lib. 1. præsump. 4. Clarus quæst. 60. vers. solet Iulius Ferretus de
 re milit. tit. de iusti. milit. nu. 102. Petr. Greg. lib. 11. de Repub.
 cap. 7. nu. 12. & Cepola cante. 1. qui refert Castrensem in l.
 propter insidias C. qui accus. non possint afferentem se ita cui-
 dam*

dam mercatorī ex Germania venienti consuluisse , qui quæ
rebat an filius Comitis Palatini , qui cōmiserat crimen Læſe
Maiestatis deberet liberari à pēna ordinaria quod Pater illum
Imperatorī propria authoritate præsentauerit , & cū Castren.
consuluisse liberandum esse, Imperator viso consilio voluit
ipsem videre *tex.in d.l.milites 13. §. fin.* quo viso eum libe-
rauit à pœna mortis , & per decennium relegauit. Sed tamen
nunc in practica obtinere difficillimum esset . vt ex Carer.no-
tat Clarus *vbi supra*. † Miles tamen carceratus si fugit non
habetur pro desertore, carcerem enim, non militiām deser-
uit *vt in l.milites 13. §. eius fugam D.de re milit.Bellus par.8.*
nn.72. qua autem ratione puniatur si effracto carcere fugerit
diximus *supra cap. 18.*

56 Has autē pēnas exequi posse in milite tantum qui in expe-
ditione est , & suum stipendium habet certū est quales erant
illi de quibus loquitur Lampridius in laudē Seueri his verbis:
*Milites non timuit quod in vitā suā nihil dici posset quod un-
quam Tribuni vel Duces de stipendijs militum quidquam ac-
cepissent dicens miles non timet nisi vestitus, armatus, calcea-
tus, & satus, & habens altquid in zonula: at mendicitas mi-
litaris ad omnem desperationem vocat armatum , † & tem-
pore Augusti vt refert Sueton. *in eius vita cap. 99.* seorsum
ærarium militare instituit , & sine difficultate stipendia solue-
re constituit ibi *Quidquid autem ubique militum esset ad cer-
tam stipendiiorum præriorumque formulam adstrinxit, defi-
nitis pro gradu cuiusque, & temporibus militie, & commodis
missionum, nec aut etate, aut inopia post missionem solicitari ad
res nouas possent , utique perpetuo sine difficultate sumptus ad
tuendos eos, prosequendosq; suppeteret ærarium militare cum
vectigalibus nouis constituit .* † Deficiente autem stipendio
nō habens miles vnde se alere possit nulli dubium est nō pos-
se exequi pēnam ordinariā, sed extra ordinē cū eo esse agen-
dum, antiquior enim est ius naturæ quam ius militare, & con-
tractus ille à milite initus quando militiæ se adstrinxit , sem-
per habet tacitam illam conditionem dummodo ei stipendia
soluantur , nullus enim cogitur proprijs stipendijs militare*

vt

De Milite fugituo. Cap.XX.

369

vt dicitur i.ad Corint.c.9.ibi *Quis militat suis stipendijs unquam?*

Carle. de iud.lib.1.tit.1.disp.2.q.6.sect.6.n.510. Valenz. cons.

145.n.24.tit.2.† & vt dicebat Tacit.lib.4.hist. Neq; arma sine

stipendijs, & quādo hæc deficiunt euenit quod idemmet Tacit.

lib.2.hist. refert *Nec in victoria decus est, nec in fuga flagitium,*

& tūc exercitus nomen magis exercitus quā robur exercitus

habent vt expendit idēmet Tacit.d.l.2.hist.† non enim exer-

citus iejunus disciplinā seruare potest, vt animaduertit Varro

c.13.& notauit Daneus Polibij lib.5.n.22.& vt ait Cassiod.lib.

4.epis.13. *Disciplinā quidē nō potest seruare iejunus exercitus,*

dū quod decet sēper prasumit armatus. Habeat quod emat, ne

cogatur cogitare quod auferat. Necesitas moderamen nō dili-

git, nec potest imperari multis, quod nequeāt custodiri paucif-

simi† Nisi stipēdia militibus p̄sēptim extraneis persoluātur,

statim illi dilabūtur, atq; propterea patet facile legio hosti, vt

notauit idem Cassio. lib.4.var.ep.13. Canon he. in aphor. Hipp.

lib.2.apho.4.tit.1.† vnde incurrit crimen Lēsē Maiestatis q; in

annonā peccat Brod.rer.iud.lib.9.ti.4.c.1.cū seq.D.Hiero.Al-

tam.ad rubr.C.de filijs Offic.mil.c.3.n.9. Quā omnia cōsiderat

Excellētissimus D.D.Guille.Raymūdus de Mōcada Marchio

Aytonē Magni Frācisci Belgij Gubernatoris, filius, longiori

vita ob singulares animi dotes, quibus ornatus reperiebatur,

dignus in suo discur.mil.ad restaurādā antiquā militiā scrip-

to punc.1.† nō.n.potest contineri miles in officio cibarijs defi-

cientibus, nec Ducis præcepta audit, vt ait Pet. Matth.in vita

Henr.VI.Galliarū Regis, qui res est omniū surdissima famēs.

Sed nihil magis milites continent, & à fuga arcet quā disci-

plina militaris, quē mirabiles effectus producit.† In ea Hispano-

nos nostros nō modicum laudat Besold.in dissert. Philologica

de arte iureq. belli c.7. de belli disc. De Hispanis, inquit, fertur

nullā hodie gentem esse, nullū populū in vniuerso Orbe terrarū

qua equè floreat disciplina militaris laude D.Lansius in Con-

sulta.pro Hispa.fol.218. Et hoc Imperij eorum magnitudo pro-

curauit. Pulcherrimum visu est inter eos militem nouitium,

statim atque in numerum est relatus, erudiri à veteranis,

alicubi peccantem humaniter corripi, Et illum monitiones gra-

to animo admittere, nec male interpretari. Laudatissimum

60

61

62

63

64

65

66

Aaa

est

est inter eos tale vigere obsequium, vt nemo, vel maximus, legitimum etiam minimi detrectet Imperium, talem modestiam, gloriae tamen amore egregie excitatam vt veluti in schola sermo tantum sit de officio Militum, & Ducum, de obsequio, honore, virtute, & quidquid armorum decus concernit, insolentia, petulantia, atque iurgijs longè pulsis. Admirabile denique est, inter eos eam regnare charitatem ut se itaquam fratres misero diligent, lacerum Comilitonem ne ordini, & nationi toti sit dedecori uel ieunio pecuniam ad id comparsuri uestiant, vulneratum aut alias agrotum pro uirili benignissime iuuent La Noue discursu 16. † Quædam enim delicta in milite puniuntur quæ in pagano vix vt talia discernuntur l. quædam delicta ibi Quædam delicta in pagano aut nullam, aut leuiorem pœnam irrogant, militi vero grauiorem D. de panis, vbi glof. ver. grauiorem plura congerit Giurba conf. 59. num. 64. Capycius decif. 27. nu. 2. ibi nam in bellicis pro modicis imponitur pœna capitis: & ibi Prosperus Petra eius additionator varia exempla tradit quæ referunt Valer. Max. & Fabius Anna. Et Fabius Vopiscus in vita Picennij Nigri refert decem milites occidi mandasse ob vnius pulli furtum, † sic insignis ille Corbulus media seueritate exercitum instaurauit, vt refert Tacit. lib. 13. anna. Remedium, inquit, seueritate quæsum est, nec enim vt in alijs Exercitibus primum, alterumque delictum venia prosequebatur, sed qui signa reliquerat statim capite pœnam luebat, idque usu salubre, & misericordia melius apparuit, quippe pauciores illa castra deseruere quam ea in quibus ignosciebatur. † Adeo autem signa relinquere nefas erat vt nec etiam militi vulnerato discedere à signis sine licentia liceret Angel. in l. 1. C. quib. nō obijci. temp. præser. Marti. Laude. tract. de bello quest. 17. † Romani enim vt inquit Cicero orat. pro Sylla anteposuerunt disciplinam Imperij militaris amori patrio hæc sunt verba. Patres hi naturæ patrioque amori anteposuerunt ius Maiestatis, atque Imperij, & dolore suo sancire voluerunt militaris Imperij disciplinam, exercitumq; in gravissimo bello animaduersiōnis metu continere, & salutis viam prospicere qua intelligebant contineri suam, itaque immoderata est aliqua fortitudo, & in re militari non tam considerandū est

De Milite fugituo. Cap.XX.

371

*est qui bene gesserit quam quid mā datum vetitum fecit. † Vnde Paulus dixit in l. postliminio 19. §. filius quoque D. de capti. Et postli. reuer. disciplinam castrorum antiquorem esse (non tempore sed autoritate ut ibi notauit Gotofr.) charitate filiorum l. 3. §. quod pater D. de muner. Et hono. Ayala de iur. belli lib. 3. cap. 10. nu. 6. non vt Accur. intellexit liberorum charitatem posteriorem tempore fuisse disciplina militari, quod ita absurdum est, ac si quis dixerit ius naturale posterius esse, ac recentius iure gentium: antiquius enim, non vetustius hic, sed venerabilius significat. Sic Fabius in lib. 4. de narratione cap. 2. antiquorem curam dixit quæ prius animum occupat id est potiorem. Sic explicat, & id exornat Budæ. in annotat. in Pandec. pag. mihi 357. ex eleganti Plinij lib. 5. epis. 7. loco qui scribens ad Caliusum sic habet *Saturninus qui nos reliquit heredes quadrantem Reipublicæ nostræ, deinde pro quadrante præceptionem quadringentorum millium dedit. Hoc si ius aspicias irritum, si defuncti voluntatem ratum, & firmum est. Mihi autem defuncti voluntas (vereor quam in partem Iuris Consulti quod sum dicturus accipiant)* antiquior iure est utique in eo quod ad communem Patriam voluit peruenire, & sic intelligendus Tranquillus in Vespesi. dum dixit *Per totum Imperij tempus nihil antiquius habuit quam nutantem Rempublicam stabilire. Nisi mauis cum eodem Budæo sic tex. interpretari Antiquior fuit Romanis parentibus cura castrensis disciplina quam liberorum indulgentia, ut in Manlio Torquato, & alijs.**

Puniuntur etiam in bello plurima etiam absque dolo cōmissa (licet regulariter non infligatur pena nisi vbi delictum, nec delictum nisi vbi dolus) Bargal. *de dolo lib. 5. cap. 2. nu. 50.* Exemplum sit in illo qui prior in acie fugam arripuit cuius meminit tex. in l. omnes 6. §. qui in acie D. de re milit. (de quo mox agimus) qui multoties ob animi debilitatem, & absque dolo fugam arripuit, † sic & in illo casu Titiliuij quem refert Petr. Herodius *rer. indic. lib. 10. tit. 6. cap. 25.* cum enim Annibal præcepisset cuidam Centurioni ut exercitum duceret ad agrum Cassinum, ille intellexit Casilinum, cumque Annibal

73

Aaa 2

vidisset

74

- 75 vidisset imo cognouisset errorem Centurionis, illum virgis cædi & cruci affigi mādauit, expedire etenim vt illum magis quam Annibalem errasse intelligeretur, † Similis his est casus quem refert Ammia. *Marcel.lib. 23.hist.Roma.* & Claudi. Cottoræ. *de iur.mili.lib. 1.c. 31.* de Salustio Præfecto Galliarū qui quendā decapitari iussit eo quod certam Annonam exercitus in constituto tempore non exhibuit, cum sequenti die nauis illa onusta annona apparuit, † sed istorum non alia ratio reddi potest quam illa supra adducta ex *l. quadam delicta D. de pænis.* Alia exempla tradit Alexander ab Alexan. *lib. 2.dier. genia. cap. 13.* & ibi Tiraquel. & Ada. *Contzen de Repub.lib. 10. cap. 58.* vbi inquit *Magna sapè pæna fuere etiam ubi non magna culpa, finis tamen erat disciplina,* † & eleganter *cap. 22.* de Generali Duce sic loquitur *Senerus sit* & talis habeatur ut vix credatur delictis ignoscere, talibus enim propere diligenterque parent, eos mirantur, & quamuis interdum irascuntur, tamen colunt, militum enim lascivia improbitas, manus sanguine imbute animus inhians rapinis, nō nisi metu & seueritate compescitur, opinio autem seueritatis facit, ut delicta caueantur, pænas intrare, absint animorum exacerbationes, † vnde abiit in vulgare dictum militem magis Ducem, quam inimicum timere debere, & hinc affirmauit Tertullia.
- 77 *asperitatem in iustitia propria bellorum negotia.* † Quo respxit glos. *l.officium s.officium D.de re milit. dum militares modos* appellat illos quibus in celeritate exequutionis poenarum vti solent Duces exercitus. † Est celebre *Consilium Farinacij quartum*, vbi defendit Centurionem quendam Guidonem Vgolinum Ciuitatis Asisij appellatum qui signiferum propriæ thurmæ à militibus suis occidi iussit eo quod noluerit præceptis illius obedire, imo ensem in ipsum euaginauerit, & nu. 17. affirmat absolutum fuisse prædictum Centurionem, illius verba refero: *Hac autem capit is pana per eosdem, Praefectos sine alijs solēnitatibus modis militaribus exequitur, quia ab illis sic delinquentes deciduntur,* & hoc est quod vult dicere glos. in d. *l.officium D.de re milit. dum exponit verbum secundum sua auctoritatis modum id est militaribus modis,* & alias

alias videmus quod qui excubias deserit capite punitur ut in l. qui excubias D. de re mili. Et tamen notoriè obseruatur quod Prefecti excubias visitantes si quem dormientem vel excubias deserentem reperiunt sine remissione proprijs manibus interficiunt, eodem modo milites à Prefectis capite puniuntur, Et quod pena predicta praesato modo sine alio iudicario ordine exequenda predictis excessibus imponatur etiam à belli consuetudine qua optima est legum interpres est inductū ut à strenuis Ducibus facta est fides, Et ex nonnullis testibus ritè examinatis probatū est. Quia quidem consuetudo operatur quod etiam si secus esset de iure, excusandus veniret Capitaneus predictus, Et eius milites qui eius mandata exequunti sunt, ita ut nulla pena puniri valeant glcs Et c. & post plurimorum Doctorum allegationem cōcludit: Ergo in casu de quo agitur sine loquamur de iure, siue de consuetudine contra dictum Capitaneum ex causa homicidij predicti de pena tractari non potest. Ex Farinacio idem resoluit Maurus Burgius de modo proceden. ex abrup. cent. I. quest. 57. nu. 11. † Hunc militarem procedendi modum considerauit miles ille quem cum bellum ordiretur introducit Horatius sic loquentem

*Hic pacem temerataque iurarelinquo
vt notauit Hugo Grotius in Prolegomenis de iur. belli.*

Adeo autem in milite fuga periculosa est, ut non solum desertor capitali poena hoc est ultimo supplicio puniatur, † verum & si qui in acie prior fugam facit spectantibus militibus capite punitur l. omne 6. §. qui in acie 3. D. de re milit. Petr. Gregor. d. cap. 10. nu. 18. Claud. Coteræus d. lib. 3. cap. 3. Petr. Bell. de re milit. par. 8. tit. unico nu. 62. Ioannes Altusius in sua diaeologia lib. I. cap. 134. nu. 21. Godefridus Peschuuitz de iur. Et priuil. nob. thesi 20. Sic Plutar. de Antonio in eius vita, & meminit Dion. lib. 49. histo. Persæ eruptione quadam facta in Vallum, timore correpti fuerunt qui in prima acie erant, quamobrem Antonius iratus in eos qui aufugerant decimationem usurpauit, diuisa enim per Decurias multitudine, decimum quemque sortito enecauit, ceteris hordeum pro frumento iussit admetiri, † & idem fecit Octavius in bello contra Dalmatas

81

82

83

matas vt tradit idem Dion. *d.lib.49.* *Lucius Calphurninus Piso Consul cum in Sicilia bellum aduersus fugitiuos gereret,* & *Titius Equitum Praefectus fugitiuorum multitudine hostium circumuentus, arma ipsis tradidisset, his Praefectum ignominia & generibus affici iussit, cum toga lacinijs abscessis amictum, discinctaque tunica indutum nudis pedibus à mane noctem, usque ad principia per omne tempus militiae adesse, interdixit etiam ei conuictum hominum, usumque balneorum, turmasq; equitum, quibus praeferat, ademptis equis infunditorum alas transcripsit, vt narrat Valer. *lib.2.cap.2.* Lucullus quoque ad Mithridatem, & Tigronem debellando missus sic punijt fugitiuos milites authore Plutarcho in eius uita his verbis: *Reuersus Lucullus ignominiam fugitiuis legibus latam inflxit, iubens praesentibus, & conspicientibus ceteris militibus tunicatos, & discinctos fossam duodecim pedum fodere,* tradit Petr. Faber *lib.1.semest. cap.17.pag.mibi 101.* Publio Cornelio Massica, & Decimo Iunio Coss. an. ab V. C. 542. Senatus Romanus decreuit militibus, qui ad Cannas commilitones suos pugnantes deseruerant Rem publicam committendam non esse, vt ait Liuius *lib.5.deca.3.* & Dauid secundus Scotorum Rex, vt tradit Hector Boeth. *lib.15.histo.Scotia* quondam Regno expulsus cum in Scotiam redijt non immemor eorum, qui pugnam deferendo cladi sue initium præbuerant Duces imprimis mulctauit, Robertum Stuardum Regni hæredem. scriptū exhæredauit, Comitem Melchiarum qui alter Exercitus Dux fuerat, agri parte mulctauit, vt omnis militaris disciplina obseruaretur vnumquemque pro merito leuiter castigauit, ne peruersus mos ille deserendi Regem in prælio si neglectus fuisset, inueterasceret. † Accusandus tamen Antonius, ac desertoru⁹ penitus mulctandus esset, qui vt ait Valle. Paterculus *lib.2.* cū contra Cæsarem dimicaret, atque Cleopatra prima fugam capesseret, fugientis Reginæ quam pugnantis militis sui comes esse maluit, & Imperator qui in desertores sœuire debuerat, primus ipse Desertor exercitus sui factus est, refert Coteræus *de iur.milit.lib.3.cap.3.* † & vt tradit idem Hector Boeth. *lib. de more Scoto.* apud Scotos inualuit*

- 84 neglectus fuisset, inueterasceret. † Accusandus tamen Antonius, ac desertoru⁹ penitus mulctandus esset, qui vt ait Valle. Paterculus *lib.2.* cū contra Cæsarem dimicaret, atque Cleopatra prima fugam capesseret, fugientis Reginæ quam pugnantis militis sui comes esse maluit, & Imperator qui in desertores sœuire debuerat, primus ipse Desertor exercitus sui factus est, refert Coteræus *de iur.milit.lib.3.cap.3.* † & vt tradit idem Hector Boeth. *lib. de more Scoto.* apud Scotos inualuit

De Milite fugituo. Cap. XX.

375

luit ut is qui metu acriem deseruisset, impunè à quo quis necatur, omniaque eius bona Fisco adscriberentur, plura Petr. *Gregor. d.lib. 19. syntag. cap. 10. à nu. 18.* & in prælio quod Julianus Imperator habuit ad Argentoratum Ala sexcentorum cui tamen maximè confidebat, sic in fugam turpiter acta est, sic fœdè deseruit ordines, ut quamvis Julianus ipse cum paucis adequitans eos reuocaret, & ut in societatem victoriæ venirent hortaretur, ne sic quidem prælij voluerint esse participes, Imperator tamen sic dixit pœnam siquidem legibus constitutam non irrogo, sed amictos veste muliebri per castra iubeo distrahi, aliaque circa hoc institutum gesta per eundem Julianum adducit Petr. *Ærodi. rer. indic. lib. 10. tit. 5. cap. 15.* Sed & Valentinianus à Germani fuga exercitus victus diligenter quæsiuit à quibus fugæ initium factum esset, & rea inuenta legione Batauorum, vt Zozimus *lib. 4. histo.* refert, ius sit eos arma deponere, postea publicè produci, ac veluti mancipia fugitiua vendi pretium offereribus. ¶ Sed & Postumius ad milites apud Halicarnaf. *lib. 6. antiq. Roma. cap. 8.* ait: *Qui egregij alicuius generosi facinoris in pugna editi conscius testes habuerit ei præter solemnes istos honores, quos Patria & consuetudo tribuit, agrum ex publico adiçiam, efficiamque ne in posterum necessarijs ad vitam indigeat, cui vero improba & dira mens turpis fugæ cupiditatem iniecerit ei reprobabo mortem quam vitat (talem enim ciuem mori tum ipsi, tum patria utilius fuerit) & sic peremptis nec sepultura, nec cetera iusta funebria concedantur, sed neglecti, atque indeplorati ab alitis, & feris dilaniabuntur.*

86

Fiebat enim per sortitionem decimatio qua militum eorum qui præ hostium metu per ignauiam fugerant, aliudque quodpiam delictum militare admiserant, dēcimus quisque sorte ductus capitis pœna plebeebatur: eam enim cōditionem supplicij, vt ait Cicero in *orat. pro Cluentio* maiores in bello timiditati militis propositam esse voluerunt. Eo etiam pertinet quod Plutarchus in *vita M. Crassi* in eos Mummijs milites qui primi fugam fecerant, & sine armis in castra redierint ita Crassum ipsum animaduertisse tradit ut Patria idest Romana

87

mana militari pœna post multos annos in usum reuocata quingentos ex quinquaginta Decurias partiretur ex quibus singulos sorte duetos in omnium conspectu trucidaret. Hæc sūt Plutarchi verba. *Quingentos autem ex primis ijs præsertim qui aufugerant in quinquaginta decades distribuit, ex quibus singulis unum aliquem forte ductū trucidauit partita in milites pœna post multos annos in usum reuocata.* Huic autem moriis generi ignominia subest, & terroris atq; formidinis circumstantibus omnibus affert. Idemque Cicero in d. orat. pro Cluentio rem hanc latè explicauit inquiens Statuerunt maiores nostri ut si à multis esset flagitium rei militaris admissū, sortitione in quosdam animaduerteretur, ut metus ad omnes, pena ad paucos perueniret, & inferius nam miles qui locum non tenuit qui hostium impetum vimque pertinuit, potest idem postea & miles esse melior & vir bonus, & ciuis utilis, qua re ne in bello propter hostium metum delinqueret amplior ei mortis, & supplicij metus est à maioribus constitutus, ne autem nimium multis penam capitis subirent, idcirco illa sortitio comparata est.

88 Super interpunctione tex. in d.l. omne 6. §. qui in acie D. de re milit. videndus Petr. Faber lib. 1. f. m. c. 18. pag. mihi 115. qui ex Autographo Florentino illa verba spectantibus militibus refert ad delictum, quasi posset fieri fuga non videntibus militibus. Vnde meliore sensu Gotofredus ad eum tex. interpusgit *Qui in acie prior fugam fecit, spectantibus militibus propter exemplum capite puniendus est*, quasi verba illa ad exemplum, & non ad delictum referantur, alias enim illa verba ad exemplū esset quasi superflua, & hoc est quod Plut. vbi supra dixit circumstantibus omnibus, & adstantibus, & spectantibus ceteris militibus, & quod Cæsar lib. 5. comment. de bello Galli- co ait In conspectu multitudinis, & lib. 3. de bello ciuili In omnium conspectu.

89 Ratio vero ob quam ita seuerè punitur is qui prior in acie fugam arripuerit est propter pessimum aliorum exemplum, tametsi enim dolum nullū admisisse videtur qui viribus suis diffidens certamen detrectauerit, salutique fuę quoquomodo pro-

prospectum iri voluit, iustissimum tamen est id ita fieri, ne
hoc pessimo exemplo victoria ad hostes transferatur. Qui
enim, ut Veget. inquit lib. 3. de re mil. cap. 22. ante congres-
sum recedit ex acie, & suis fiduciam minuit, & inimicis ad-
dit audaciam, vt non immerito ignominiosa semper huius-
modi fuga à Veteribus sit habita, vnde à Græcis ignominio-
so cognomine Thipsaspides sunt appellati qui mero perten-
riti in acie locum deseruissent, & clypeum abiecissent, quo
probro notatum fuisse Demosthenem Lucia. in lo. Trag.
Plutar. in Demosth. Paulus Manutius in *adagio vir fugiens de-*
novo pugnabit memoriae tradiderunt, quod in eo prælio quo
Philippus Macedonum Rex Athenienses apud Cheroneam
vicit clypeo abiecto fugisset, + eandemque ob rem dicunt
Archilocum Poetam a Lacedæmonijs finibus suis electum
quod scripsisset præstare clypeum amittere, quam interire
Plutar. in aph. Paulus Manutius in *adagio abiecit hastam Al-*
ciat. lib. 5. parer. cap. 18. Scribens inde Isocrates in orat. de pa-
ce infames olim habitos, qui vel ordinem deseruissent, vel
clypeum abiecissent, & apud Germanos præcipuum esse
flagitium clypeum vel scutum relinquere tradit Tacit. de
mor. Germa. Proinde & Heluetiorum legibus qui præmetu
aut terga verterint, aut ordines deseruerint sub oculis spe-
stantis exercitus à proximis commilitonibus statim obtrun-
cantur, vnde fit vt maior metus minorē vincat, & metu fœ-
dæ mortis decora mors non timeatur Paul. Ioui. lib. 11. Alex.
ab Alex. lib. 4. dier. geni. cap. 7. & apud Virgi. 11. Aeneid. Tur-
nus sic loquebatur.

Terga dabo, & Turnum fugientem hac terra videbit?
Visque adeo ne mori miserum est?

Et eos qui sic turpiter ab acie recedūt prouerbiali metapho-
ra Cynamia rapere dicuntur, idest musca canina, sic enim
apud Homerum lib. 8. Iliad. Iuno de Marte è prælio fu-
giente

Pestiferum Martem rursum exagitat Cynamia.
plura Janus Langlætius lib. 8. semeſ. cap. 15. Sed benè Philope-
menes quem potuisse fugere Thracum Cretensiumq; auxi-

- lio tradunt, sed pudor relinquendi equites nobilissimos gentis ab ipso nuper lectos tenuit, ut tradit Liuius lib. 9. deca. 4. plura Lipsius de milit. Romana lib. 5. dialogo 18. Si etenim, inter homines inter se concertantes fuga pudori, ac dedecori est, † & ob id nemo alterum fugere tenetur Bart. Iason. & communiter Doctores in l. vi vim D. de iustit. & iur. Idem, Bart. Salycet. Bald. Angelus, & cæteri in l. 1. C. vnde vi Clarus in §. homicidium nu. 32. Couar. in Clement. si furiosus §. 1. nu. 4. de homic. Vuesembec. conf. 19. nu. 17. & 64. par. 1. Gail. lib. 1. obser. 110. nu. 8. Alex. conf. 119. vers. quinimo vol. 1. Redin. de Maiest. Princi. ver. nō armis solum decoratam n. 122. quanto magis in militibus hoc procedere cōueniens est quibus verecundum esse debet terga dare, vnde quidquid fecerint ad sui defensionem excusantur etiamsi aggressi ab alio eum occiderint Cynus in l. 1. C. vnde vi vers. ad huc quaro. Bart. in dict. l. vi vim in fine plenè Ioan. de Ana. in cap. suscepimus de homicidio argumento l. in eadem in fine D. ex quib. caus. maio. † maximè cum periculum vitæ, & periculum famæ à pari procedant l. an iusta D. de manu. vind. † honorēq; esse præferendū dicitur in l. Julianus D. si quis omis. cau. testa. Iason in l. reprehendendi 3. nota. C. de iustit. vbi etiam Deci. Barba. in l. is cui bonis col. 2. in fine D. de verb. oblig. vbi pulchrè de fama loquitur Redin. de Maiest. Princi. ubi supra nu. 121. † & an seruus in bello captus beat fugere tractat latè Turria. in 2. 2. D. Thoma disp. 32. dub. 2. num. 14. tom. 2. de iustitia. Hæc licet in militibus ita procedant, & Doctores etiam ad alios id extendant existimantes fugæ necessitatem nemini imponi, eo quod non solum sit ignominiosa, sed etiam propter lapsus periculum periculosa cum ea aggressor audacior reddatur, vt tenuerunt Bart. Bald. & Angelus in l. 1. C. vnde vi Tiraquel. de nobilit. cap. 20. nu. 68. tamen hoc solum verum recenset Ioannes Harpprechtus in tract. crim. tit. de publ. iud. §. item lex Cornelia casu quo insultato verosimiliter fuga periculosa sit futura argumēto §. iniuria autem ibi utique si aliter periculum fugere non potest I. ad l. Aquil. Couar. in clemen. si furiosus §. unico par. 3. num. 4. Gail.

De Milite fugituo. Cap.XX.

379

Gail. lib. 2. obser. 100. nu. 8. in fine. Quanquam enim fugam, arripere non sit fortitudinis, non sit nobile, non sit honestum, sed timiditatis signum, tamen, cum ea demum vera sit virtus quæ cum pietate, cum Christiana proximi dilectione, cum Religionis candore non pugnat argumento eorum quæ D. Paulus ad Romanos cap. 12. § 13. item 1. ad Corinth. cap. 13. & passim scribit; optimè profecto hominibus ratione præditis, & Christiana religione institutis conuenit ut non usque adeo strictè isti humanæ Philosophiæ inhærent, sed eam diuinis ex litteris reformat, & in Philosophiam Christianam commutare non erubescant, adeoque sibi quam diligentissimè caueant ne pro tactillo proprij honoris vitam alicui adimant, hocque peccato suam conscientiam miserè saudent. Teneatur tamen aliquoties quis fugere † ut de filio quem pater occidere vult testatur Ioachi. Cluten. in historico polit. parado.

95

4. ubi ait si filius tuus fugere possit multo rectius facere, ut habita ratione pietatis parenti debita fuga potius sibi consulat uti exemplo Alexandri Magni docemur qui potius à Patre strieto gladio non restitit, sed ausus est Plutar. in Alex. refert Mager. de Aduocat. Armata cap. 13. nu. 92. † Est etiam fuga non solum utilis verum, & necessaria à mulierum conspectu ne ardenti illo igne quis comburatur, ut eleganter ait S. Antiochus homil. 18. Sicut, inquit, lapides illi in Eoam plagam respicientes è venulis suis attriti, aut contiguitate ei aculantur ignem, ita mas, & femina si ab iniucem semotius disparentur ne utiquam ex ardore scit ignis, sin mari se femina proprius admonerit ignis conflagrabit, plura Nouarinus adagio 335. excursu 33. § 34. † Sed elegantius adagio 36. excursu 11.

96

vbi fugam quam ab Ægyptia fecit Iosephus pluribus exornat, & illustrat, inquitque mulierem fugit, & vicit, immo vicit quia fugit, alibi turpis, & ignominiosa fuga sit, gloria. hic est, immo victrix. Sic Gregor. Nyssenus in illud Apostoli Omne peccatum quod fecerit homo. Tante, inquit, malorum multitudinis matrem videns Paulus fornicationem, vitricem nobis modo fugam clamabat, fugite fornicationem, & licet soleat fuga militis imbecillitatem prodere, exerci-

97

Bbb 2 tusq;

98

- tusque exitium sit, ut supra dicebamus, tamen in Castris libidinis pugnantis fortitudo in fuga est, inermis est qui non fugit, armatus qui fugit. Eleganter D. Basilius Seleuciæ Episcopus homi. 8. de eodem Iosepho loquens *Tenacibus manibus retentam permittens vestem libidinis effugit ansas fugas vſus pro armis, tradit vestem ut temperantiam teneat, denique nudatur veste, ne nudeatur temperantia,* & Ambros. lib. de Ioseph. cap. 5. *vestem exuit, crimen excusit, spoliatus quidem, sed non nudus aufugit, quia erat tectior indumento pudoris, nō est enim nudus nisi quem culpa nudauerit,* verè sanè armæ fugæ sufficiens indumentum, imò & vnicum propugnaculum aduersus tantum hostem. † Et hoc armorū genere vſus fuit Ethnicus quidam Rex de quo scribit Isidorus Pelusiota lib. 2. epist. 62. lectione igitur didici Regem quendam cum Ephesiam Sacerdotem, cuius incredibilis quædam, ac singularis pulchritudo erat, conspexisset, statim ex Ephesina Vrbe digressum esse, quæ omnia tradit Nouarinus *vbi supra.*
- Sed antequam hinc habeamus non ignobilis venit decidenda quæstio in nostro Tribunali Regiæ Cameræ nō semel agitata. † An impedimentum absentiæ propter fugam militis sequuta postea absolutione, vel reintegratione ad militiā obstat ad obtainendum priuilegium veterani.
- 101 Pro cuius resolutione supponendum est militem dici veteranum quando per viginti annos continuò inseruit *l. fin.* ibi *si post vigesimum annum militia C. de ijs qui non imple. stipend. lib. 1 o. l. 1.* ibi *post uiginti annorū stipendia C. de excusat. vetera. l. 2.* *C. de re milit. lib. 2.* Ganauer. *decis. 1 2. nu. 1.* † Si autem impedimentum aliquod intra dictos viginti annos occurrit, et si postea tempus impedimenti supletum sit, an possit veterani priuilegio frui varij veniut distinguendi casus.
- 103 † Si enim impedimentum fuit quia deseruit militiam, et si postea tempus desertionis inseruerit, nō poterit priuilegijs 104 veterani frui, † & sic est intelligendus tex. *in l. penulti. D. de re milit.* dum afferit ex causa desertionis notatum, ac restitutum temporis, quod in desertione fuerit impendijs expungi, quia licet restitutus cū tam præcesserit desertio militiæ hinc non

De Milite fugituo. Cap. XX.

381

non gaudet stipendijs, nec donatiuis, quia illa restitutio non
fuit iustitiae, sed gratiae l. 3. §. qui militiae, ibi Qui militiae tem-
pus in desertione impleuit è merito priuatur D. de re milit. &
l. cum allegatis 5. ibi indulgentia nostra esse restitutum, & ibi
ideoque nec stipendia temporis quo in desertione fuerit exige-
re possit C. de re milit. lib. 1 2. Prosequitur postea Consultus af-
serens: quod si non constiterit, neque desertorem suisse apparue-
rit omnia stipendia circa temporis finem redduntur, cessante
enim causa desertionis, tunc nulla ratione stipendijs priuari
poteſt. † Si verò fuerit ab hostibus captus ei reuerso stipen-
dia restituuntur, & emerita accipiet, vt decidunt iura in l. 3.
§. sed si ex improviso, ibi, Sed si ex improviso dum iter quis fa-
cit capitur ab hostibus inspecto vita eius praecedentis actu, ve-
niam ei dabitur, et si expleto tempore militiae redeat ut vetera-
nus restituetur, & emerita accipiet D. de re milit. & l. non om-
ne o. §. fin. ibi Qui ab hostibus captus est, & captum eum non

105

transfugisse constiterit, ut veteranus erit restituendus, & pra-
mia, & meritum capit, D. de re milit. Hanc sententiam te-
nuerunt Speculator tit. de locato §. postea quā uers. sed si mer-
cenarius nu. 20. Aufrer. ad decis. Cappella Tholosa. 360. Car-
roci. de locato par. 1. quāst. 20. pag. 35. nu. 32. Surd. de aliment.
tit. 1. quāst. 76. nu. 4. Anto. Perez ad d. l. 1. nu. 27. C. de re mili.
lib. 1 2. Ioan. de Platea, & Ioan. Bapt. de Sācto Seueri. in l. diem
functo nu. 46. & Cagnol. nu. 170. D. de offic. assessor. maximè
cum de iure postliminio reuerso competant omnia pristina
iura §. si ab hostibus, ibi quia ij, qui ab hostibus capti sunt si re-
uersi fuerunt omnia pristina iura recipiunt, quia postliminiū
fingit eum qui captus est in Ciuitate semper suisse l. quib. mod.
ius. patr. pos. solui. l. ait Prator §. item ei qui D. ex quib. cau.
maio. ibi Capio ab hostibus usufructuario, ac postliminio re-
uerso qui possessionem fundi, uel quasi possessionem ususfructus
per captiuitatem amisi succurrendum esse ut fundi possessio
restituatur, & fructus quoque medio tempore ab alio ex usu
fructu perceptos debere captiuo restituiri aequum putat. † Sed
in contrarium est text. expressus in l. 1. C. de re milit. lib. 1 2.
cuius hæc sunt verba: Stipendia, & donatiua temporis quo
apud

106

apud hosties fuisse te dicis, restitui sibi posiliminio regesso, restitutoque non iure desideras, & hāc sentençiam sequuti fuerunt Bald. in l. fin. C. de condit. inser. Iason in l. diem functio nu. 38. D. de offic. assessor. Claud. Cotoreus de iur. & priuil. milit. lib. 1. quæsi. 45. quos refert, & sequitur Regens Fulvius Constantius in comment. ad l. 1. nu. 1. C. de re milit. lib. 12.

107 Imprimis nō est admittenda distinctio inter captiuitatem culpabilem, & inculpabilem cum sit merè diuinatoria licet eam amplecti videatur Larrea decis. Granat. 85. num. 15. illumq; sequitur Don Ioānes de Gongora e Consilio Iustitiæ, & gratiæ Supremi Castellæ, & Præses Regij Patrimonij magnæ eruditionis vir, in Iurisprudentia versatissimus vt satis notum est Salmanticensibus dum Scholam, & Collegium, quod vulgo Archiepiscopi, vocant illustravit, sed & in rebus Status peritissimus in Discursu quodam super retentione emolumenterum dictæ Præsidentiæ Matriti impresso anno 1665.

108 Deinde Accursius add. l. 3. §. sed si ex improviso dicit ibi deberi militi stipendia ex Principis indulgentia cum ex iuri dispositione minimè deberentur, vt Imperator cōstituit
 109 in d. l. 1. † Stipēdia siquidem requirunt aliam restitutionem,
 110 & indulgentiam, quæ non interuenit in d. 1. † vt expressè dicitur in l. qui excubias 10. D. de re milit. ibi *Ex causa desertionis restitutus in militiam, non aliter medij temporis stipendum, & donaria accipit nisi hoc liberalitas Principalis ei specialiter indulserit, & hunc sensum videtur amplexum*
 111 fuisse Cuia. ad d. l. 1. C. de re milit. lib. 12. † Sed hi termini restitutionis de iustitia, & de gratia adaptari non possunt d. l. 1. in qua solum verba facit Imperator de milite ab hostibus capto, & iure postliminij, non indulgentia Principis restituto, quo casu non indiget liberali indulgentia, aut Principali liberalitate, † & sic respectu dispositionis tex. in d. l. 1. C. de re milit. lib. 12. nihil aliud dici potest quam illud quod est in iure certum milites non habere aliquam actionem contra dominum ad recuperandum interesse, vel damna paſſa quando ab hostibus capti sunt, vel alia damna per itinera patiuntur,

De Milite fugituo. Cap.XX. 383

tur, † quando enim quis locat operas suas voluntariè, condu-
ctor non tenetur ad reficienda damna l. si ut certo s. § sed in-
terdum, & l. fin. D. commod. l. idemque §. idem vers. sed eis D.
mand. Innocent. in cap. sicut 29. de iur. iur. Lauden. in tract.
de bello quest. 6. † Et ideo nō tenetur dominus eos redimere 113
Bald. in d. cap. sicut nu. 8. Bart. in l. si seruus communis §. quod
vero D. de furt. Regens Aponte decif. 17. nu. 6. Regens Con-
stan. in d. l. 1. nu. 11. C. de re milit. lib. 1 2. & sic licet miles sit
postliminio reuersus, & restitutus, non consequitur stipen-
dia, & donaria temporis quo fuit apud hostes, & ita declara-
uit glos. in d. l. 3. §. sed si ex improviso verbo restituetur, ibi Vt
habeat priuilegium veteranorum, & emerita, sed non stipen-
dia mediij temporis.

Vnde propositæ questioni cum distinctione responden-
dum censeo. † Si enim miles fuit de iustitia ab inquisitione 115
absolutus, & in militia reintegratus, tunc licuit tempus ab-
sentiæ alio tempore redimere ex tex. in l. ex causa penult. ibi
quod si ratio confiterit neque desertorem fuisse apparuerit om-
nia stipendia citra temporis finem redduntur D. de re milit.
Regens Aponte dec. 25. nu. 9. † quidquid enim iniuste accu-
satus amittit, iniuste amittit, & illud restitui debet can. super
causa 2. quest. 5. & ita Iudici ab officio suspenso si postea ap-
pareat iniustum fuisse suspensionem, eius temporis debetur
salarium, vt ex Capycio, Marco, Saliceto, & alijs tradit Lar-
rea d. decif. 8. nu. 5. † restitutio autem ex gratia nō compre-
hendit obuentiones mediij temporis d. l. penult. l. cum allega-
tis s. C. de re milit. lib. 1 2. nisi hoc specialiter dicatur, † quo-
modo intelligendus est tex. in d. l. qui excubias 10. D. de re
milit. ibi ex causa desertionis restitutus in militiam nō aliter
mediij temporis stipendum, vel donaria accipit, nisi hoc libe-
ralitas Principalis ei specialiter indulserit, † benè vero re-
stitutio ex iustitia, qualis fuit illa d. l. ex causa penult. D. de re
milit. vt rectè sentit Dom. Franciscus Rocco è Consilio San-
cta Claræ in hoc Regno Neapolitano, vir doctissimus, &
de Iurisprudentia benemeritus post hæc scripta visus in uti-
li tract. de officijs, & eorum regimine Rubri. 10. de militum
stipendiis

- 120 *stipendijs nu. 10.* † Tunc enim fuga facta dicitur habuisse iustum causam cum metus solius carceris sit iustus. *l. qui carcerem 22. D. quod met. cau.* & ita declaratum fuisse per Regiam Cameram Regni Neapolis tradit Gregorius de Ganauerro *decis. 13. nu. vlt.* † Et hoc idem declaratum etiam fuisse in casu infirmitatis, ut non perinde debeat declarari gaudere immunitatibus tanquam veteranum tradit idem Ganauer. *decis. 12. ex vulgari text. l. sed et si 26. § fin. D. ex quib. caus. maio. E* ext. *l. qui commeatus 14. ibi, sed si probet valetudine impeditum D. de re milit. l. qui cum uno §. examinantur, ibi,*
 121 *E* datur venia valetudini *D. de re milit.* † licet in Regno Neapolitano per bimestre solum admitti absentiam ob causam infirmitatis teneat Regens Constantius *ad d. l. 1. nu. 24.* Sed & si vis quæstionem hanc lato calamo tractatam, vide Don Antonium Cabreros de *Metu lib. 2. cap. 40. à num. 61.* ubi ad partes illam disputat.

PLVRA DE IVRISDICTIONE DVCIS BELLI explicantur.

S. I.

S V M M A R I V M.

- 1 *Maiestas Imperatoria armis decoratur.*
- 2 *Dux Generalis exercet Iurisdictionem in milites.*
- 3 *Corameo accusari, E conueniri debent.*
- 4 *Index ordinarius militem captum Duci Generali una cum omnibus actis remittere debet.*
- 5 *Militum crimina sunt in triplioi differentia.*
- 6 *Quid sit delictum propriè militare.*
- 7 *Quid delictum commune atrox, E enorme.*
- 8 *Quid delictum commune leue.*
- 9 *Quid obseruetur de consuetudine.*
- 10 *In Regno Neapolitano quid olim obseruabatur?*
- 11 *Quid hodie.*
- 12 *Ab Auditore Generali appellatur ad Pro Regem in hoc Nea-*

De Milite fugituo Cap.XX. §.I. 385

Neapolitano Regno.

- 13 Auditor Generalis in hoc Regno cognoscit de Cantoribus Regia & Capella, & domesticorū, & continuorū Palatij.
- 14 Isti militare etiam dicuntur.
- 15 Apparitores Magistro Militum subiiciebantur.
- 16 His assimilantur Emeriti, vulgo Entretenidos.
- 17 Beneficio fori milites renuntiare non possunt.
- 18 Priuatorum pacta non derogant ius commune.
- 19 Explicatur l. si quis inconscribendo 29. C. de pac*t*.
- 20 Verbum conuenit quid importet.
- 21 Amplius explicatur d. l. si quis inconscribendo 29.
- 22 Verbum militia quomodo intelligatur.
- 23 Varijs legibus Iudicibus ciuem Romanū interficere, vel verberibus cadere prohibebatur, sed erat appellatio ad Populum.
- 24 In castris vero licebat.
- 25 Caligata militia quae essent.
- 26 Dictatoribus hac potestas absoluta fuit concessa.
- 27 An Consulis, & Dictatoris esset aequalis potestas.
- 28 Hic nisi maximo urgente periculo non creabatur.
- 29 Gaudent priuilegio fori, qui relati sunt in numero militum, & actu militant vel sunt in expeditione.
- 30 Etiam si pendente iudicio moriantur, aut militiam depo-suerint.
- 31 Secus si negotientur etiam per alios, & licet sit finita ne-gotiatio.
- 32 Articulus cuius sit iurisdictio ad quem spectet declaran-dus.
- 33 In Cathalonia multis ab hinc annis idem est Locutus tenens, & Capitaneus Generalis.
- 34 Sic & Justinianus ambos hos Magistratus coniunxit.
- 35 Euthichius tempore Leonis habuit hac duo munera.
- 36 Ratio quare non obstante hac coniunctione, experientur quoti-diē nouæ dissensiones in Cathalonia.
- 37 Quilibet Index est competens ad cognoscendum an sua sit iurisdictio.

38 Si verò unus est maior altero ille cognoscit.

39 Locumtenens Generalis dignitate est maior Capitaneo Generali.

40 Olim ab isto ad illum appellatio admittebatur.

41 Plura de dignitate Locumtenantis Generalis.

42 Aliqua videntur mutata in ultimis Curijs.

43 Nullum signum inueniri potest superioritatis, sicut appellatio.

44 Ad supremam potestatem pertinet articulus, cuius sit iurisdictio.

45 Iurisdictio Locumtenantis Generalis an sit ordinaria, vel delegata.

46 Ad Delegatum videtur pertinere declaratio cuius sit iurisdictio.

47 Explicatur l. si quis D. de iudic. & l. 2. D. si quis in ius voca.

48 Quaestio an res si feudalis declaratur à Iudice ordinario.

49 Quomodo intelligatur quod communiter dicitur Iudicem delegatum in causa in qua est delegatus esse maiorem ordinario, & explicatur cap. sane 11. de offi. & potest iudi. delega.

50 Iurisdictio Ducis, seu Capitanei Generalis an sit aequalis praeminentia cum illa Locumtenantis Generalis.

51 Prorex in utraque potestate Regem representat.

52 Vi Capitaneus Generalis maiorem autoritatem habere videtur saltem circa modum procedendi.

53 A Tribunalu Capitaniae Generalis Cathalonia alter nos fuit appellatus Dux Generali.

54 Contraria sententia est verior.

55 Illa verba Alter nos nunquam Autor vidit, vel audiuit de Capitaneo Generalis.

56 Iurisdictio Locumtenantis Generalis magis universalis, & magis ampla.

57 Quid significat clausula Alter nos.

58 Cui assimiletur dignitas Proregis.

59 Ratione antiquitatis etiam est dignior.

60 Plu-

De Milite fugituo Cap.XX. §.I. 387

- 60 Plura de Magistro militum traduntur.
- 61 Giurba conf. 59.nu. i. Et Barbosa ad d. l. unicum C. de offi. Magis. mili. quomodo intelligendi.
- 62 Capitaneus Generalis modo militari procedit.
- 63 Locumtenens Generalis ordinatè, Et per directum.
- 64 At ex hoc non probatur maiorem esse, nec maioris prahementia.
- 65 Dominus Rex in Cathalonia salua eius clementia procedit per directum auditis partibus.
- 66 Locumtenens Generalis non est suppositus Sindicatus, bene uero Capitaneus Generalis.
- 67 Quare concedatur Capitaneo Generali hac facultas.
- 68 An iurisdictio Duci Generalis in Cathalonia respectu suorum officialium se extendas ad delicta extra officium.
- 69 Delicta commissa in custodia ad quem spectent.
- 70 Testis falsum deponens efficitur iurisdictionis Iudicis coram quo falso dixit.
- 71 Qui manus intulit in Ducem Generalem capite punitur.
- 72 Iniuria eum afficere grauissimum delictum.
- 73 Contemptus Iudicis Generalis maximè vitandus.
- 74 Idem procedit in iniuria verbali.
- 75 Ipse licet verba iniuriosa proferat, vel manus inferat non afficit aliquem iniuria.
- 76 Sicut nec Magister puerum verberans.
- 77 Debet viri rebus grauibus, Et seueris.
- 78 Intelligitur can. quando 8 o. distinct.
- 79 Est ei permittenda magna libertas.
- 80 Est adiuuandus in aduersis.
- 81 Debet esse seuerus.
- 82 Exemplum Corbuli.
- 83 Seueritatem multa comitate coniungere debet.
- 84 Modus procedendi ex abrupto quare in bello obseruetur.
- 85 Adducitur Consilium quartum Farinacij.
- 86 Duci Generali cōpetit prohibitio cōmercij cum inimicis.
- 87 Unicuique libera est negotiatio.
- 88 Ex iusta tamen causa cum inimicis prohibetur.

90 Elegans Alberici Gentilis locus.

91 Cōducentes equos ad inimicos à Duce Generali puniuntur.

92 Et pecuniam.

93 Etiam si animo negotiandi tantum.

94 Æstimatur effectus magis, quam animus.

95 Adducitur Edictum Ducis Parmae.

Q Via ut ait Iustinianus *in proa. Inst. Imperatoria Maiestas armis decorari oportet, § in l. 1. C. de nouo Codificien. affirmat Istorum enim alterum alterius auxilio semper eguit, § tam militaris res legibus in tuto colligata est quam ipsa leges armorū præsidio seruat & sunt. † Hinc Magistratus electus cui præest Dux Generalis, vel Magister militū, & iurisdictionē in milites exercet, † cū coram eo accusari, & cōueniri debeant l. 1. 2. § 3. l. officium Regenii §. offic. Tribunorū D. de re milit. l. certi iuris C. de iudi. l. magisteria C. de iuris. omni iudi. l. 2. C. si à nō comp. iudi. l. tam collatores C. de re mili. lib. 1 2. l. 1. C. de offi. Magis. mili. l. præcipimus C. de off. milit. iusdi. l. militaribus C. de Decurio. lib. 10. Tonatus de præuen. iudi. par. 1. cap. 28. à nu. 1 2. § 22. Bouadilla lib. 4. cap. 2. nu. 67. Petr. Gregor. lib. 1 1. de Repub. cap. 9. nu. 1. § 5. § lib. 47. syntag. iur. cap. 18. nu. 3. Ayala de iur. bellī lib. 3. cap. 8. à nu. 1. Cabal. resol. crimi. casu 294. nu. 252. Giurba conf. 56. nu. 89. Regens Vico lib. 1. ad pragm. Regni Sardinia tit. 4. cap. 4. nu. 1. § 2. Borrel. in Summa Decis. par. 1. tit. 4. nu. 149. Velascus de priui. pauper. par. 1. quæst. 17. à nu. 66. Farina. conf. 4. nu. 17. in fine, § fragm. crimi. litt. M. nu. 218. Belluga in Specu. Princi. rubr. 25. §. sapissimè num. 1. Barbosa in l. magisteria C. de iurisd. omn. iudi. Guazin. de defens. reor. defen. 1. cap. 39. num. 30. Socarrats in cap. si aliquis Dominus num. 61. fol. 307. Clarus §. fin. quæst. 35. vers. quero modo Dexart ad Capit. Regni Sardi. rubr. de offi. Proregis num. 7. Castillo decis. 105. à num. 8. Solorza de iur. India. lib. 2. cap. 31. nu. 8. Valenzuela conf. 200. num. 33. Salzedo in l. 2. num. 10. tit. 13. lib. 3. recopila. fol. 203. Narbona l. 20. glof. 20. num. 54. tit. 1.*

De Milite fugituo Cap.XX. §.I. 389

tit. 1.lib.4.Recop. Decian.tract.crimin.lib.7.cap.15. Georg. alleg.48.nu.2. Mastril. decif.173. ♂ 290.nu.126. ♂ de magistr.lib.5. cap.16. nu.5. vbi agit de officio Auditoris Generalis. Giurba conf.59.per totum Aponte de potest. Prore. tit.7. §.7.nu.11. Franchis decif.88. à num.1. Riccius collecta.95, Galeota respons. fisc.1.nu.25. ♂ 37. Rouitus prag.16.nu.16. de milit. Georgius Accacius de priu.mil.lib.2.cap.5. Osuald. ad Donel.lib.17.commenta.cap.20.lib.11.H.Azaued. in l.1.nu.70.tit.16.lib.8. Tuschus litt. M.conclus.233. ♂ 235. Petrus Roizius decif. Lituan.3. Tepatus lib.2.tit.de re, ♂ iur.milit. fol.274. Cabedo decif.103.par.2. Coteræus de iur. ♂ priui. mili.lib.2.cap.6. Carleual de iudi.lib.1.tit.1. disput.2. quæst. 6.sect.4.nu.461. Julius Ferretus tract.de re, ♂ disci.mili.ru- bri.de milit.iusti.num.152. Afflict.ad Constit.Neapol. lib.1. rubr.45.in Consti.vi uniuersis nu.8. Curia Philippica par.3. §.1.nu.16. Bossius tit.de for.compet. nu.3. Cortiada decif.11. num. 11.

Adeo autē hoc verum est, vt milites per Magistratus ordinarios capti ad Ducem Generalem vna cū omnibus actis remitti debeant l.1.C.de exhi.reis l.militibus D.eo.l.fin.C.de re mili.lib.12. l.magisteria C.de iuris. omni. iudi. Mastril. d. cap.16.nu.4. ♂ 19. Tondutus de prauen.iudi.par.1.cap.28. nu.14. Giurba conf.59.nu.89. Farinac.d.conf.4.nu.18. ♂ in praxi par.1.q.4.nu.4.vers. Amplia, ♂ in frag.lit.M.nu.218.

In triplici differētia sunt militum crima glos. in d.magisteria verbo etiam Salicetus ibi. l.2. D.de re milit. Bouadil. d.lib.4.cap.2. Caballus d.conf.294.nu.71. Giurba d.conf.59. ex nu.64. Aut enim crimen est militare, aut cōmune atrox, & enorme, aut commune mediocre, vel leue. † Delictum propriè militare est quod quis vt miles committit l.2. §.pro- prium l.omne 6. D.de re mili. vbi variæ species referuntur, & plura tradit Tiber.Decia.tract.crimi.lib.6.cap.14. ♂ 15. Coteræus de iur.milit. lib.3. & in his sortiri milites forum, militiæ, & subijci Duci Generali, vel Tribuno, vel Auditori exercitus nemio est qui dubitet, & sic intelligenda sunt iu- ra supra relata. † Aut est delictum cōmune atrox, & enor- me,

4

5

6

7

me, vt homicidium, rapina, raptus, & alia atrocia, quæ connumerantur à Cortiada *decis. 34.nu.89.* Et *decis. 11.nu.16.* & de his regula est vt subiiciatur Iudici Ordinario, quia ibi debet pena irrogari vbi delictum commissum est ob publicum exemplum, & est expressus tex. in *l. desertorem 3. D. de re mili. l. fin. D. de accusa. l. 1. C. ubi Senato. vel claris.* † Delictum commune leue, vel mediocrum est quod cum ex se sit leue, vel mediocre, potest tam à militibus, quam nō militibus committi, veluti iniuria, contumelia, vis sine armis, & de istis cognoscit etiā Iudeo Ordinarius si vult, exequitionem tamen sententiæ ad Præfectos militares remittere, debet *l. de militibus 8. D. de custo.* Et *exhib. reo. glof. in d.l. magisteria,* Et *ibi Salicet. Foller. in pract. par. 1. vers. audian- iur excusatores nu. 141.* Bouadilla *lib. 4. cap. 2. nu. 67.* Fran- chus *d. decis. 88. nu. 2.*

9 Verum ad euitandas quotidianas controuersias inter Iudices ordinarios, & militares de cōsuetudine seruatur, quod indistinctè militū causæ tam ciuiles quam criminales etiam communes graues cognoscantur per Iudices, & Auditores militares, & non per Iudices ordinarios Iul. Clar. §. fin. q. 35. vers. quaro modo Cabal. *resol. crimi. casu 294.nu.389.* Ma- stril. *decis. 290.nu.127.* Et *de Magistra lib. 5. cap. 16. nu. 19.* Boer. *de custo. clavi. nu. 29.* Guazzin. *defens. 1. cap. 39. nu. 30.* Giurba *conf. 59. num. 80. vers. respondetur secundo,* & de Ca- thalonia tradit Socarrats *ad Consuet. Catha. in cap. si aliquis dominus nu. 61.* ibi licet glof. in *l. magisteria posuerit aliquam distinctionem quam nunquam vidi seruari, sed indistincte de ipsis,* Et *de omnibus factis guerra, aut alijs negotijs ipsam guerram tangentibus,* Et *dependentibus ex ea vidi semper ab eis cognosci indiferenter.* Idem etiam sentit Don Ludouicus à Peguera *in tracta. manu scriptio de Iurisdictione Ducis Generalis Cathalonia cap. 5.* Cortiada *d. decis. 11. nu. 18. de Regno Castellæ testatur Bouadilla d. lib. 4. cap. 2. num. 68.* Azeuedo *in l. 1. nu. 70. tit. 16. lib. 8. Recopi. Fermosi. in cap. ex parte quest. 15. de foro competen.* De Regno Siciliæ Castillo *decis. 105. à num. 9.* † Et licet in Regno Neapolitano olim ius

De Milite fugituo Cap.XX.¶.I. 391.

ius commune obseruaretur ex traditis per Vincentium de
Franchis d. decif. 88. & per eius Addionatorem Caro. Ant. de
Luca, tamen postea aliter se habuit, vt notauit Carolus de
Tapia de iur. Reg. lib. 3. rubr. 6. vbi de cri. agi opport. in prag.
1. nu. 45.

Cautum enim fuit ordinatione Comitis de Lemos, quæ
habetur in prag. 11. tit. de militibus, vt de omni vniuersim
militum crimine cognoscatur Auditor Generalis Exercitus,
& probat latè Regens Rouitus super dicta prag. vbi inseruit
tractatum Matthæi Patiño Auditoris Generalis in hoc Re-
gno latè hanc iurisdictionem defendantis Capiblan. de Ba-
ro. to. 2. cap. 2. nu. 13. Pratus respon. crimi. respon. 47. nu. 56. †
De hoc Auditore Generali Exercitus videndus Capyc Latro
decif. 155. per totam, & Mastril. de Magistr. d. lib. 5. cap. 16. &
ab hoc Auditore in hoc Regno Neapolitano appellatur ad
Proregem qui causas diuersis iudicibus remittit Tasson. de
antifa. vers. 3. obser. 3. nu. 363. & aliquoties mandat relatio-
nem fieri in Collaterali Consilio Reg. Constant. in l. unica
nu. 95. C. de classicis lib. 11. quandoq; mandat eidem Audi-
tori vt ipsi Proregi relationem faciat in scriptis, & visa rela-
tione, vel mandat quod exequatur decretum, vel concedit
appellationem. † Cognoscit etiam Auditor iste Generalis
de Cantoribus huius Regiae Cappellæ Castillo decif. 140.
Capycius Latro deci. 155. nu. 1. & de omnibus causis dome-
sticorum, & continuorum Palati Domini Proregis l. fin. C.
de Castr. omni. Palati. pecul. lib. 12. ibi quia non sunt alieni à
puluere, & labore castrorum qui signa nostra comitantur, qui
præsto sunt semper actibus, vbi glofa exponit verba illa signa
nostra comitantur, quia stant nobiscum, & sequuntur nos, †
vnde militare etiam dicuntur l. fin. ibi omnes qui in Palatio
militando diuersis actibus paruerint C. de priu. eorum qui
in Sacr. Pala. milit. lib. 12. l. maximorum. ibi Palatina, vel
militari intra Palatium prærogativa munitos l. eos ibi igitur
qui ex eo gradu Palatio nostro adhaerint adesse sibi cōpeten-
tia priuilegia glorientur C. de excus. mune. lib. 10. Carauita-
ritu 46. nu. 27. Ponte de potest. Prore. tit. de assen. §. 7. num. 12.
qui

- qui in hæc prorupit verba : *Et verè ritus predictus ex usu recepit interpretationem in seruientibus, & familiaribus propriæ domus Regis, aut Proregis, non autem in Consiliarijs, alijsque officialibus, & sic videmus de his cognosci per Auditorem exercitus.* Videnda plura apud Georgium allegat. 48. Ponte *decis. 36.nu.7.* & Franchis *decis. 407.nu.4.* & *decis. 679.* † & de Apparitoribus Magistro militum subijci, & coram ipso conueniri in ciuilibus, & criminalibus est tex. in *l.fin.C.de appari.magis.mili.lib.11.* sunt enim milites, vt tradit Baldus in *l.super C.de pigno.* Castillo *d.decis. 105.nu.16.* † His similes sunt Emeriti quos vulgo Entretenidos vocamus, quibus quod honorificè se in bellis gesserint Prorex mortua quæ vocant stipendia dari iubet, eoquè modo apud se retinet quousque ijs melius prouideatur, de quibus Surgent in *Neapoli Illus.cap. 22.* & eius Germanus Mutius Surgent in eius *adnotatio.pag. 370.*
- Huic beneficio fori milites renuntiare non possunt, nec Iudici Ordinario se submittere ob regulam illam quia non personæ, sed vniuerso ordini est concessum cap. si diligent, de foro compe. Cabal. resolu. crim. casu 225. & casu 294.nu. 255. Caualca. de tuto. & curat.nu. 318. & 323. Carleual. de iudi.lib. 1. tit. 1. disp. 2. quast. 6. sect. 4. à nu. 464. Paschal. de patr. potest. par. 3. cap. 3.nu. 27. † Iuri enim publico priuatum pactis non derogatur *lius publicum* 38. *D. de pactis,* & licet aliqui cōtrariam teneant sententiam inter quos Ayala de iur. bel. lib. 3. cap. 8. nu. 3. Cotereus de iur. mili. lib. 2. cap. 6. per tex. in *l. si quis inconscribendo iunc. glos.* ibi *ver. militia C. de pactis.* † Tamen verior est supra tradita sententia, & tex. in *d.l. inconscribendo* quatenus obstat cum *l. si conuenerit 18. D. de iuris di.* sic intelligendus, vt ibi quia interuenit nulla conuentio extra iudicium facta inter partes ibi priusquam adiretur, ideo obligationem non pariat iuxta tex. in *l. iuris gentium 7. D. de pact.* † Verbum enim *conuenit* regulariter, vel in dubio ad nudum pactum coercetur, & non importat stipulationem nisi euidenter materia subiecta id exigat, vt in *l. lecta 40. D. de reb. credi.* & ideo nihil mirum quod liceat*

vnicuique ipsarum partium ab ipsa conuentione extraiudiciali resilire. In casu vero *d.l.in conscribendo*, conuentio fuit facta in instrumento cum solemnis stipulatione, vnde ab ea discedere non licebat, notauit sic Barbosa *in collecta ad Codicem to. 2.super dicta l.in conscribendo ex Morla in Emporio par. 1 tit. 2.nu. 117.* Gotofredo, & alijs.

Sed licet hæc vera fuissent, & sufficerent ad concilianda iura in *l.si conuenerit 18.D.de iurisdict.cum l.in conscribendo 29.C. de paetis*, de quo dubito, cum ratio tex. in *d.l.in conscribendo* sit, quia pacta seruari debent, & quia non licet contrahentes decipere, quæ conueniunt etiam nudo pacto nulla stipulatione vallato, adhuc obstat propositioni nostræ, videlicet non posse militem fori priuilegio renuntiare, nisi dicamus cum Carleual. *vbi supra nu. 46 6. tex. in d.l.si quis in conscribendo loqui de priuilegio personali cui persona ut potè in sui fauorem indulto renuntiare potest, vt insinuare videtur tex. ibi omnes licetiam habere ijs qua pro se introducta sunt renuntiare*, + vnde nomen militiæ Iustinianus ibi sumpsit non pro publica militia armata, sed pro dignitate aliqua, vt in *l. illud 20.C. de collatio. l. 1.S. sed an id D.eod. l.Lucius Titius 22. l.mortuo bone 5 o. 8.Titio D.deleg. 2.l.fideicommissa 11. S. si seruo l. his verbis penulti. S. fin. D. deleg. 3. l.vli. C. de pignor.* & illud coniunxit cum nomine dignitatis, æquiparans dignitatem cum militia. Militia enim dici videtur pro quibusdam annonis, vel salarijs, quæ armatam, vel inermem militiam exercentibus præstari solebant antiquitus de publico, vel vt Gothofredus definit in *d.l.Lucius 22.* Militia est officium eorum qui in aliqua Schola inter statuta relati sunt, ex quo commoda, & salario à Principe consequuntur, tractarunt de hac militia latè Tello Fernandez *ad l. 26.Tauri n. 6.* Antonius Gomez *ad l. 29.Tauri nu. 21.Couar.lib. 3.vari.cap. 19.nu. 5.* Alfaro de offi. fiscalis glos. 34. 8. 1.nu. 17. Reuard. lib. 3.coniectaneorum cap. 3. Conan. lib. 4.comment.iur.cap. 15. ex nu. 8.

Hæc autem Iurisdictio Ducis exercitus ita ampla fuit, vt licet Lege Valeria statutum fuisset, vt si quis Magistratus

Ddd

Ciuem

21

22

23

Ciuem Romanum interficere, verberibus cædere, aut multam ei indicere vellet, liceret ciui ad Populum prouocare, neque eum Magistratum, antequā suffragia lata essent, prouocantem malo quoquā adficere posse notauit Pomponius in l.2. S. exactis D.de origi.iur. ibi *Exactis deinde Regibus Consules constituti sunt duo, qui tamen ne per omnia regiam potestatem sibi vindicarent, lege lata factū est, ut ab eis prouocatio esset, ne ve possēt in caput ciuis Romani animaduertere iniussu populi, solum relictum est illis vt coercere possent, & in vincula publica duci iuberent, & quia lex hęc Valeria nihil ultra quam improbè factum esse adiecerat, & sic postea Lege Porcia grauis pena indicta fuit, vt ait Liuius lib. 10. & meminit Cicero in orat. Rabiria. dicens An de Ciuibus Romanis cōtra Legem Porciam verberatis, aut necatis plura dicenda sunt? & postea Porcia lex virgas ab omnium ciuium Romanorū corpore amouit, hic misericors flagellaretulit. Porcia lex libertatem ciuium lictori eripuit, La bienus homo popularis carnifici tradidit. In Verrem quoque cum ciuem Romanum virginis cęssum fuisse scripsisset, eiq; crucem paratam O nomen inquit, dulce libertatis, o ius exti-
mum nostra Ciuitatis, o lex Porcia, legesque Semproniae, o graniter desiderata, Et aliquando redditia plebi Romanae Tribunicia potestas, huccine tandem omnia reciderunt? notauit Salustius in Catilinam Valer. Maxi.lib. 4. cap. 14. Antonius Augustinus in dictis legibus.*

- 24 Attamen in castris ius habebant Duces arbitratu suo supplicium sumendi Polybi.lib. 6. de re milit. Liuius lib. 2. Et 4. Cicero Philip. 3. & est tex. in l. qui cum uno 4. S. Reus l. omne 6. S. 1. Et S. qui in acie, & alibi passim D. de re milit. & dc. Tribunis est tex. in l. officium 12. S. officium ibi delicta secundum sue autoritatis modum castigare D. de re milit. & dc. caligatis militibus est tex. in l. de militibus 9. D. de custo. Et exhib. reis. † Caligatæ autem militiæ erant gregariorum, & manipulariorum militum, & tyronum Gothofre. ad l. non solum 10. D. de excusa. tuto. Vnde nomen Caligulæ datum, vt notauit Tacitus, videndus Ayala de iur. bel. lib. 3. cap. 8. Ca- ballus d. casu 394. nu. 260.
- 25 Et

Et Dictatoribus capitis animaduersiōnē cōcessam fuisse, & ab eis nec prouocandi ius fuisse probat tex. in l. 2. §. populo D. de ori. iur. licet Cicero lib. 1. de legi. iniquam eam potestatem conetur probare, † & licet in hoc æqualis esset potestas Consulum exercitus ducentium, tamen in alijs maior erat potestas Dictatorum, Consulem enim duodecim securis præcedebant, Dictatorem viginti quatuor præibant, & alia singularia huius dignitatis tradit Corrasius in d. §. populo. fuit enim huius liberum, summumque Imperium Polybi. lib. 3. hist. † nec nisi vrgente maximo bello hic creabatur, salus quippè ciuium vniuersorum tutelę, potestati, fideique Dictatoris credebat, videndi Fenestella de Magistra. Roma. cap. 8. Cælius Rodiginus anti. lectio. lib. 1 o. cap. 5.

Non vero gaudent fori priuilegio nisi hi qui relati sunt in numero militum, & actu militant l. sancimus 8. C. de resti. mili. l. vlt. C. de appar. magif. mili. lib. 1 2. l. 1. C. de collegia. lib. 1 1. & de prærogatiua testandi sunt iura in l. ex eo 42. D. de mili. test. E in l. ne quidam 17. C. de testa. mili. §. illis autem l. de milita. testa. & de Desertoribus sunt iura in l. 3. D. de re mili. l. 2. C. quan. liceat unicuique sine iudi. se vindicari. vel in expeditione reperiūtur iuxta illud Abulensis super cap. 1 o. Iosue quest. 93. Non dimicabant, inquit, Israelite tunc actualiter contra aliquos, sed erant semper in bellica expeditione, ideo idem erat, ac si actualiter dimicarent. Videndi Belluga in Specu. Princi. rubr. 20. §. quia post Ecclesiam n. 7. vbi plura requisita enumerat ex glosa in l. milites 45. D. ex quibus cau. maio. Vincen. de Franchis decis. 417. nu. 4. E decis. 481. Ayala de iur. belli lib. 3. cap. 8. n. 2. Pareja de instru. editio. tom. 1. tit. 2. resol. 6. nu. 36. Michael Ferrer 3. par. obser. cap. 115. E seq. Berart in Speculo Visita. cap. 9. num. 43. Capycius Latro decis. 105. nu. 15. E nu. 41. lib. 1. Sanfelicius decis. 264. Galloota respon. fiss. 2. num. 86. Hermosilla tom. 2. fol. 220. num. 6. Aponte de potest. Proregis tit. 7. §. 7. nu. 34. 37. E 38. Fermo- sinus in cap. proposuisti quest. 4. nu. 15. de for. comp. Mastril. de Magistr. lib. 5. cap. 6. nu. 5. Narbona leg. 20. glos. 5. num. 4. E glos. 21. n. 46. tit. 1. lib. 4. recop. Tapia de iur. Reg. Neapo. lib. 3.

rubr. ubi de crimi. agi. oppor. Prag. 1. nu. 47. Giurba conf. 59.
nu. 77. Bouadilla lib. 4. polit. cap. 2. nu. 67. Rebuffus tract. de
militi. nu. 5. § 42. Caballus casu 294. nu. 383. Farina. conf. 4.
n. 9. lib. 1. Pretis de inter. vlti. volu. lib. 3. inter. 2. dub. 1. solut. 8.
nu. 5. Tondut. de preuen. iudici. par. 1. cap. 28. nu. 4. Accacius
de priuil. mili. lib. 1. cap. 4. nu. 8. Mascar. de probat. concl. 264.
nu. 65. Rouit. prag. 1. de milit. nu. 2. § prag. 16. nu. 56. Ric-
ciius collect. 95. & alij adducti à Carleual. de iudici. lib. 1. tit. 1.
dispu. 2. quest. 6. se Et. 4. nu. 468. & à Cortiada decis. 11. nu. 23.

30 Quod habere locum etiamsi pédente iudicio miles moriatur, aut militiam deposuerit probat *l. fin. C. de veteranis lib. 12. l. cum quadam 19. D. de iuris. om. iudi. l. ubi capiuntur*
 31 *30. D. de iudicijs Velascus consult. 57. Fermoſinus, Carleual,*
 & Pareja *vbi supra*, & Cortiada *nu. 26.* † nisi sint negotia-
 res *l. vlti. C. de iuris. om. iudi. l. unica C. negoti. ne mili. lib. 11.*
l. unica in quib. cauf. milit. for. præf. vti non posse Ponte de po-
teſt. Pror. tui. 7. §. 7. nu. 17. Cabal. resol. crim. casu 294. nu. 258.
Carleual. de iudic. lib. 1. dif. 2. nu. 471. Ayala de iur. bel. lib. 3.
cap. 8. num. 6. Don Francisco dela Barrera in additio. ad leges
penales ad tit. de iudi. milita. siue de deli. § panis militum si-
ue per ipsos, siue per alios exerceant Gratian. discept. foens.
cap. 186. nu. 24. Tondutus de preuen. iudi. par. 1. cap. 20. nu.
9. etiamsi negotiatio sit finita Franchis decis. 417. nu. 9. Car-
leual vbi supra nu. 472. Fermoſinus in cap. proposuisti quest.
4. nu. 14. de foro compet.

32 Sed articulus, cuius sit iurisdictio, ad quem spectet, vali-
 de meis tēporibus disceptatum in Cathalonia fuisse recor-
 dor, † nam licet ibi multis ab hinc annis in eadem persona
 concurrant officia illa duo Locūtenentis, & Capitanei Ge-
 neralis ad huiusmodi controvērias sedandas, quæ quotidiè
 oriebantur Berart in *Specu. Visita. cap. 9. nu. 42. Ropol. vari.*
cap. 1. n. 582. Andreas Bosch tit. de honor. lib. 3. cap. 7. Surgent
de Neapol. illustra. cap. 22. num. 10. Freccia de subfeudis
tit. de officio Magni Comesta. § de officio Magni Admi-
 rat. Mastril. de Magistra. lib. 5. cap. 13. num. 9. † & idem
 fecisse Iustinianum scilicet ambos Magistratus coniunxit

ut controuersiae iurisdictionum extinguerentur est tex. expressus in *Auth. de Praeside Pisidia cap. 1.* ibi, Et videntes quod dupli in asperiores Provincias Magistratu ad hunc usque dsem destinato, neuter ad plenum sua sorte contentus fuerit, sed ex ea causa per quasdam nostras Provincias in quibus tam ciuilis, quam militaris Magistratus existit, semper inter se rixentur, semper pugnant, non quo subditis boni aliquid faciant, sed quo eos magis atterant, e re fore putamus si utrumque Magistratum tam ciuilem, quam militarem in unam formam contrahamus; imponamusque denuo ei qui hanc potestatem habebit appellatione Pratoris ut idem, Et militaribus copijs qua per Provinciam sunt secundum cognomentum antiquitus illis impositum preeat, Et praficiatur legibus, siquidem Et hoc initio Pratorum erat proprium, & clarius hoc expressit in *Auth. de Pratore Thracia in princ. Et cap. 1.* ibi. Duos sanè Vicarios nomine ad longum murum sedere omnes scimus quorum alter militares cohortes regit (est enim magna vis militum eo in loco) alter praefectus est negotijs ciuibibus. At cum ambo vices illic impleant, hic quidem glorioſiſſimorū Praefectorum ille vero magnanimorū Magifirorum militi et nunquā tamen inter se consentiunt, sed tamen ſi ſuos unicuiq; fiscus annonas separatim ſuppeditat, Et alia prabet ſolatia, nihilominus unū hoc ſibi negotiū perpetuo, Et indeſinēter ſumūt ut cōtentiones inter ſe immortales exerceant. Recte igitur atque ordine vi ſum nobis est quoque facere quod apud alias gentes, quanquam non ita efferas, non ita militaris custodia indigentes fecimus, Et ut non hic quidem ciuibibus negotijs praefit, ille vero inter milites, Et ſolos imperitet, utrumque officium in unum contrahere, Et praficeret ei loco grauem aliquem, Et reverentia dignum Magistratum qui ex aquo tam ciuilia illic negotia curet, quam de venusto, Et decenti ordine militum ſollicitus ſit.

Et Eutichium tempore Leonis Imperatoris habuisse duo hæc munera probat Euagrius lib. 1. cap. 19. his verbis: Cyrus ad maximum Tribunal Praeforum evenit, Et quem Praefectum Pratorio vocant, Et Occidentis exercitibus est praepositus,

- positus, & Julius Capitulinus in Gordiano loquēs de Misiteo
Præfecto Prætorio inquit, *Idem cum esset Praefectus arma
militum semper inspexit, nullum senem militare passus est,
nullum puerum annonas accipere, castra omnia fossato cir-
cumibat.* Idem significare videtur Zosimus dum lib. 2. ait
*Hic Praefectorum Prætorio Magister qui post Imperatorem
secundus existimabatur, annonam erogabat, & contra mili-
tarem disciplinam admisa conuentientibus penis corrigebat,*
 36 *† quia tamen solum fuerunt vna officia, non autem Tribu-
nalia, ideo quotidiè nouæ insurgunt iurisdictionis cōpeten-
tiæ, quæ aliter tolli præcipue in Cathalonia non possunt, nisi
quando Locumtenens Generalis nominauerit in Assessores
Tribunalis Capitaniæ Generalis, Doctores, seu Ministros
Regiæ Audientiæ.*
- 37 *Contenditur igitur inter Regiam Audientiam, & Tri-
bunal Capitaniæ Generalis, ad quem spectet cognoscere
an sua sit iurisdiction, & licet regula sit quod quilibet Iu-
dex, ex quo Iudex est, potest cognoscere an sua sit iurisdi-
ctio si de illius competentia contingat dubitari. *l. si quis ex
aliena, ibi, Prætoris est cognoscere an sua sit iurisdiction, vbi
latè Petr. Barbosa nu. 111. D. de iudicijs, quam multis exor-
nat Marta de iurisdictione par. 2. cap. 4. nu. 21.* *† Attamen quan-**
- 38 *do contentio est inter duos Iudices, quorum alter maior est
dignitate, tūc cognitio an sua sit iurisdiction pertinet ad ma-
iorem Butrius in cap. caterum nu. 9. de iudi. & communem
dicit Iason in l. 2. nu. 19. *D. si quis in ius vocat. nō erit Roma.
conf. 160. in princi. Felin. in cap. pastoralis num. 4. & Decius
nu. 8. de rescr. Couar. in practi. qq. cap. 33. nu. 1. vers. quibus
etiam suffragatur Ofasc. dec. 130. n. 4. Caualc. dec. 2. de cōtrac.
nu. 38. Bossius de foro cōpet. n. 21. & 155. Mascar. concl. 689.
nu. 7. quidquid sentiat Valenzuela conf. 200. nu. 32. tom. 2.**
- 39 *Negari autem non potest Locumtenentis Generalis di-
gnitatem esse maiorem illa Capitanei Generalis, vt optimè
probat noster magnus sane Iuris Consultus Antonius Oliba
de iur. fisci cap. 4. nu. 63. dum inquit, unde à multis quasitū
est an ab eo ad Locumtenensem Generalem sit prouocatio, &
nostris*

De Milite fugituo Cap.XX. §.I. 399

nostris temporibus hac controvërsia valdè agitata est cum
idem Magistratus commissus sit Locumtenenti Generali, &
ut dicet Ripol d. cap. 1. nu. 582. non inde potest plus nunc
quā ante facere. † Olim, prosequitur Olibanus, ab hoc Ma-
gistro militum, vel Capitaneo generali ad Locumtenentem,
Generalem prouocatio sine controvërsia admittebatur Fer-
rer 3.par.obser.cap. 115. Et duobus sequentibus Bosch de tit.
bono. lib. 3. cap. 8. vers. En casos Regens Vico ad Prag. Reg.
Sardinia lib. 1. tit. 4. cap. 4. n. 27. Dexart in Rubri. de offi. Pro-
regis nu. 9. Mastril. de Magistra. lib. 5. cap. 6. nu. 29. Cortiada
decis. 38. nu. 38. † Hoc autem, prosequitur Oliba, rationibus
pluribus confirmatur, in primis certum est quod in hac Pro-
uincia unū esse debet caput, in quo Regia potestas represe-
tur, nō plura capita. Hoc autē est Locumtenens Generalis qui lo-
cū Principis repreſentat, illius locū obtinet, sedet in eodē Tri-
bunali, habet idem Regium Consilium, eandē Cancellariam,
illi pariter omnes Magistratus totius Prouinciae, Et omnes
Prouinciales, Magnates, Duces, Barones, Civitates, Vniuer-
sities, Prelati, omnes milites Religionum obediunt, Et ob-
temperant pariter ac Domino Regi, Et ideo primum locum
in personā Domini Regis in Prouincia obtinet ad quem om-
nes appellationes, Et recursus deferuntur iure principali, ac
regio, quamobrem non praesidet ut Praefectus Pratorio Locum-
tenens ipse, sed ut Princeps, Et illius nomine, Et in eius perso-
nam. In notitia Romana à Magistro militum non erat pro-
uocatio ad Praefectum pratorio, quia viri illustres, Comites,
Et Magistri equitum, Et peditum in prouinciales nullam pe-
nitus habent potestatem, nec amplissima Praefectura in mili-
tares viros l. 1. Et 2. C. de offi. magis. mili. l. 1. D. de offi. Praefec.
Prato. quia istorum vierq; habebat primum locum post Prin-
cipem, vel Dictatorem. Locumtenens Generalis non secun-
dum locum obtinet, sed eundem, Et idem Tribunal, nec est ap-
pellatio ab eo ad Regem, nec ab eo ad Regem est aliquis gra-
dus medius cognitionis, sic enim nostris legibus statutum est,
Et de iure Vicegerentes Principum eandem potestate habent
quam ipsi Princeps Bossius de Princi. nu. 87. Rursus legibus
Ro-

Romanis à Magistro militū ad Regem fuit prouocatio, cum autem Locumtenens Generalis in personam Domini Regis primū locū in Prouincia obtineat ad eū appellatio erit à Magistro militū sicut foret ad Regem si in Prouincia esset, quia extra Prouinciam appellatio non recipitur. Ergo in Prouincia debet esse aliquis ad quem recurratur, sicut ad Regem recursus est, quae est Regalia suprema in Prouincia. Cognoscit autem Locumtenens Generalis de istis causis appellacionum à Magistro militum, seu Capitaneo Generali interpositarum cum Regio Consilio, & hoc fuit obseruatum tempore Federici de Portugalia Archiepiscopi Cesaraugustani, & Marchionis de Lombay, & minime sunt mutanda l. minime D. de legi. præsertim cum in Cathalonia constitutio, & usus, seu consuetudo quātum ad legis eſſentiam equiparentur. Postremo in hac Provinciā quæ proprijs legibus, & moribus regitur nullus potest esse Magistratus qui legibus patrijs nō sit subditus, regalijs suppositus, & illi præcipue, & maximaregali & per quam subuenitur oppresso. Hac autem Regalia cum alijs Locumtenenti Generali communicatur, igitur ad eum erit appellatio, & recursus à quocunque Magistratu in Prouincia existente, alioquin ad quem esset recursus? quia extra Prouinciam non datur. Postremo nihil magis conuenit fidei publica quæ residet in Principe, nihil magis ad Regis honorē pertinet, & rectam Reipublica administrationem quam uisit in Prouincia aliquis ad quem, Principe absente, confugere possint omnes maiores, & minores. Accedit alia ratio quia per Locumtenentem Generalem occurritur scandalis, absurditatibus, turbationibus, quæ ex conflictu Magistratum inter se de superioritate contendentium orirentur cap. pastoralis de rescrip. quæ omnia confunderentur nisi esset hic supremus Magistratus qui in personam Regis omnia cōponit, omnia cōciliat, & inter omnes omnino in Prouincia habitantes, & ad eam declinantes, vel per eam quomodolibet transeuntes, pacem facit, securitatem plenissimam promittit, & seruat. Omitto quod Magister militum procedit cum Consilio voluntario, & per eum pro arbitrio adsumpto unius Assessoris,

De Milite fugituo Cap.XX. §.I. 40

ris, vel duorum autoritate publica minime approbatorum.
 Locumtenens Generalis in omnibus causis ciuilibus, & cri-
 minalibus diuidicādis, ac terminandis suum habet Regium
 Consilium ex multis viris doctissimis, & magna fidei, & au-
 toritatis formatum cum approbatione Regij Supremi Consi-
 lij, & nominatione regia, cum examine, & longa vita, ac mo-
 rum inquisitione in Consilium coaptatis, & in Senatu Regio
 receptis. Hęc Olibanus noster. Hanc eandem sententiam am-
 plectitur postquam latè tractauit articulum, noster Non-
 Ludouicus à Peguera in tractatu manuscripto quem
 de iurisdictione Capitanei Generalis Cathalonie composuit
 ex ordine Comitis de Miranda Locumtenantis, & Capita-
 nei Generalis illius Regni anno 1584. cap. 11. affirmans dari
 appellationem à sententijs Capitanei Generalis ad Prore-
 gem. † Licet hęc videantur immutata per Cap. 44. Curia-
 rum an. 1599. quo statuitur vt Capitaneus Generalis nomi-
 net vnum, vel plures Doctores Regiae Audientiae ad causas
 appellationum terminandas petentibus Brachijs, vt ad Lo-
 cumtenētem Generalem spectarent. † Nulla autem potest
 reperiri maior probatio superioritatis, quam appellatio l. 1.
 §. si quis in appellatione D. de appella. glosa in cap. 2. de con-
 fuet. in 6. Amaya. ad l. vli. nu. 24. C. de canon. largitio. lib. 10.
 † Ad supremam autē potestatem pertinere declarationem
 articuli cuius sit iurisdictione probat Aponte decif. 33. num. 4.
 Monta. de regali. ver. potestas nu. 41. † Nec quidquam facit
 quod communiter dici solet iurisdictionem Locumtenantis
 Generalis esse ordinariam, vt pluribus probauimus in
 Differ. de crim. Læf. Maies. arg. 6. pag. 147. At Capitanei Ge-
 neralis esse delegatam, † & quoties inter has iurisdictiones
 est cōtrouersia, articuli cuius sit iurisdictione declarationē per-
 tinere ad eum qui exercet delegatam Innoce. in cap. pasto-
 ralis nu. 7. ad medium Bellamera nu. 1. Felinus nu. 4. Decius
 nu. 6. de rescrisp. Sesse de inhibi. cap. 9. §. 1. nu. 56. Cancer. par.
 3. var. cap. 10. n. 88. Martha de iurisd. par. 4. casu 120. nu. 14.
 Nam respondetur regulam illam l. si quis ex aliena. ibi
 Pratoris est astimare an sua sit iurisdictione D. de iudic. & l. 2.
42
43
44
45
46
47

E e e

ibi

ibi *Vi hoc ipsum sciatur an iurisdictio eius sit D. si quis in ius voca. non erit, habere locum in Iudice Ordinario cum vniuersali iurisdictione Ioan. Andræ. in cap. Romana s. contrahentes de for. cōp. in d. Et in cap. super litteris de rescrip. Bald. in d. l. si quis ex aliena col. 1. in fine, Et in l. præscriptione nu. 38. C. si contra ius, vel utili publ. Innocen. in cap. super litteris, Et in cap. ceterum de iudi. At vero si Iudex cui opponitur defectus iurisdictionis habet eam delegatam ad vniuersitatem causarum in certa specie, tunc si negetur qualitas, nō potest super illa cognoscere, sed cognitio huius articuli Ordinarij erit, ita declarat text. in d. l. si quis ex aliena glosa in cap. 1. de inues. feudo. in marit. faci. & eam mirabilem dicit, & alibi non reperiri Baldus ibidem nu. 2. Barbacia in d. cap. ceterum col. 4. de iudi. Et in additio. ad Abbatem in d. cap. 2. nu. 21. Curtius de feudis par. 7. regu. 2. Iacobin. in sua inuesti. vers. Et dicti. + Exemplum sit quādo contenditur an res sit feudalis, de hac enim qualitate cognoscit Iudex Ordinarius, eamque si iudicat feudalem ad Iudicem feudi remittit, qui quamuis sit Iudex delegatus ad Vniuersitatem causarum, quia tamen est specialis, & non generalis, nequit cognoscere an sua sit iurisdictio, punctim Innocen. in cap. ceterum de iudi. Et ibi Abbas n. 17. in fine vers. sed quaro quod si Felin. ibidem num. 16. vers. nota quod si coram, & Decius nu. 15. & est text. in cap. 1. de contro. int. domi. Et alium, & tradunt Doctores in cap. 1. de inues. in mar. facien. post glos. quam sequuntur omnes Feudistę relati per Menochium de retinen. posses. reme. 3. num. 429. Rossental. de feudis cap. 12. nu. 9. Ioan. Socarrats in Commemo. Petri Alberti in cap. vas- fallus nu. 32. Ponte in quest. quisi sit Iudex in causa feudi col. 4. vers. quod si unus.*

49 Sed quia apud omnes inualuit Iudicem delegatū in causa in qua est delegatus maiorem esse ordinario, & ad id communiter adducitur tex. in cap. sane 11. de offi. Et post. iud. deleg. ideo breuiter dicendum nō probari ex illo tex. Iudicem delegatum esse maiorem ordinario, & ideo debere ipsum cognoscere an sua sit iurisdictio, nam ibi fuit delegatus à Papa

Papa quidam Iudex ad cognoscendum de causa quæ verte-
batur inter Episcopum, & alium Clericum, vnde nihil mi-
rum si in ea causa fuit maior Ordinario, cum esset Iudex cō-
tra ipsum ordinarium, nec mirum quod ipsum Episcopum
supposuerit interdictioni sacerdotalis officij, & ingressus
Ecclesiæ, hocq; probat glos. ver. si *Episcopus*, ibi cuiuscausa
cōmissa est delegato, & ita est de iurisdictione delegati quā-
tum ad illam causam, & facit integræ Decretalis lectura.
apud Anto. Augustinum *in suis collectaneis*, ibi *Sane quia*
nos imprimis consulere voluisti qualiter à nobis Iudex dete-
gatus Episcopum qui ei non subest ad aliquid faciendum, vel
dādum compellere debeat cum causa qua inter Episcopum,
Et Laicum, vel Clericum veritutur de mandato nostro suscep-
pit, id tua questioni duximus respondendum quod Iudex à
nobis delegatus vices nostras gerit, unde in causa illa supe-
rior est, Et maior illis quorū causam suscepit terminandam.

Sed & amplius prætendebat Tribunal Capitaniæ Gene-
ralis Cathaloniæ nempè iurisdictiones Locumtenentis Ge-
neralis, & Capitanei, seu Ducis Generalis esse æqualis præ-
eminentiæ absque eo quod hæc alteri subordinata sit ex l. 1.
C.de offi.magis.mili. & hoc affirmasse Claudium Cotereum
de iur.mil.lib.2.cap.5. dum dixit æquari Proconsulibus, imò
vt ex Cassiodoro, patet, licet vniuersa iurisdictionio Præfecto
Prætorio cōcessa sit exceptus fuit Magister militum, *ut vel*
illis aliquid antiquitas crederei qui uidebātur pro Republica
bella tractare, † & in vtraq; potestate Proregem Regis per-
sonam gerere affirmauit Giurba *conf.59.nu.1.* & talē habere
potestatem in milites, & Duces militares, qualem Præfe-
tus Prætorio in Paganos, & Præsides Prouinciarum asseruit
Barbosa *ad Rubr.C.de off.Magis.mil.* † imò in certis casibus
maiore autoritatē habere Capitaneū Generale saltem circa
modū procedēdi videtur fateri Dō Michael Cortiada acer-
rimus Regiæ Audientiæ contra Capitaniam Generalem de-
fensor *in dec.38.n.39.10.1.* & Dexart *ad tit.de offi.Proregis*
nu.10. & Regens Vico *ad pragm.Sardi.tit.4. cap.3.* Et 4. †
Imò nō dubitauit Tribunal Capitaniæ Generalis affirmare

tempore quo erat Locumtenens, & Capitaneus Generalis
 Cathaloniæ Marchio de Tarifa anno scilicet 1555. fuisse
 ab eo emanatas quasdam litteras aduersus quendam Baro-
 nem, qui usurpauerat iurisdictionem bellicam, & in eis re-
 periri hæc verba: *Cumq; in personis, & negotijs militaribus*
simus ALTER NOS, & habeamus eandē potestate in præ-
 senti Principatu, quam Casarea Maiestas si præsens esset, †
 54 *Sed hæc omnia in causa non sunt, vt à priori recedamus sen-*
 tentia, & fateor hæc posteriora verba dictarum litterarum,
 † nūquam alibi audiisse, neque vidisse, licet enim in Priu-
 ilegio Proregis Neapolitani, cuius formulam tradit *Surgent*
 in *Neapoli illustr.lib. 1. cap. 14.* legatur *Ita ut sis Vicerex Lo-*
cumtenens, & Capitaneus Generalis, & alter nos in dicto
Regno, tamen illa verba Alter nos ad Locumtenentem Ge-
 neralem, & non ad Capitaneum Generalem referenda sūt,
 & sic videmus in Cathalonia, vbi diuersa Priuilegia nume-
 rantur, vnum scilicet Locumtenētis, & alterum Capitanei,
 solum illa verba, *Alter nos*, in priuilegio Locumtenantis
 56 legi, non vero in illo Capitanei Generalis. † Nec potest ne-
 gari iurisdictionem Locūtenentis Generalis magis vniuer-
 salem, amplioremque esse illa Capitanei Generalis, & pro-
 bant tradita à Dominico Tassone *de antefato vers. 2. obser. 2.*
 à nu. 38. plura Ioan. Franciscus de Ponte *de potest. Proregis*
tit. 1. nu. 1. & seq. Sanfelicius decif. 221. nu. 8. tom. 2. & tom. 3.
decif. 359. nu. 3. & latè ibi eius additionator. Marius Muta ad
Capitu. Sicili. & tom. 5. cap. 418. nu. 19. & diffusius to. 3. cap. 8.
 57 *nu. 10. & seq. & to. 4. cap. 21. vbi nu. 7. † inquit quod virtute*
 illius clausulæ *Alter nos* veniunt omnia quæ imaginari pos-
 sunt, plura cum pluribus diximus nos in *Disserta. de crimi.*
 58 *Læsa Maiesta. 3. argumento per totum*, † vbi non autoritati
 Proconsulum, vel Præfeti Prætorio assimilari, vel æquari
 probauimus, sed ipsiusmet Regis, cum omnia possit quæ
 ipsemet Rex, vt ex Aponte, Sanfelicio, Tassone, Fonta-
 nella, Cancerio, & alijs probauimus, & quamuis Præfeti
 Prætorio tantum assimilari voluerimus, adhuc excellentior
 esset illa Magistri militum, cum Corrasius *ad Rubricam de*
offi.

De Milite fugituo Cap.XX. §.I. 405

offi. Prae. Praet. nu. 1. dicat: Eius sub Cæsaribus paulatim ita succreuisse autoritatem vt nulla cuiusuis alterius Magistratus potestas ei adæquari possit, & dixit Cassiodorus lib. 6. epis. & Surgent in d. lib. 1. cap. 14. de Neapoli illustr. nu. 2. licet loquatur de Magistro militum, tamen omniū Magistratum primum, & longè dignissimum appellat Proregem.

Y por euitar los abusos, que ha auido hasta aqui en lo de la ropa, deudas, y acciones delos soldados, que en este felicissimo exercito se mueren abintestato, ordenamos, y mandamos que de aqui adelante en muriendose alguno abintestato, sean obligados, so pena arbitaria los camaradas, y familiares, y qualesquier otros amigos: y encargamos a los Confesores, y Capellanes, que à sus muertes auran assistido, a yrlo antes que ser pueda a dar dello noticia a los Maestres de Campo, o Gouernadores delos tercios, o delos presidios, los quales con interuencion delos Auditores dellos, seran obligados a hacer luego poner, y tomar por fe inuentario ante Escriuano todos, è qualesquier bienes muebles, y acciones delos tales difūtos abintestato, embiendo del la copia al Auditor general, para que con su decreto se vendan, y se destribuya lo dello procedido alas personas, que de derecho los ayan de auer, quedando en el interim dichos bienes en poder de dichos Maestres de Campo, o de Gouernadores, o de persona suficiente, que por ellos para ello fuere nombrada, y para aueriguacion delas deudas, que se pretendieren a cargo de dichos difūctos, mandamos que ninguna no se admita, que no se pueda prouar por firma, o obligacion in scriptis del difunto, o otra prouanca legitima, y bastante, conforme à derecho.

Otrosí

Otrosi mandamos, y ordenamos, que los testamentarios, y ejecutores numerados por los testamētos, o la mas voluntad delos difuntos en este dicho felicissimo exercito , antes de disponer, y apoderarse delos bienes de dichos difuntos , exhiban, y presenten dichos testamentos, por los quales son numerados por testamentarios ante el Anditor general, si presente, y ala mano fuere, y donde no,ante los dichos Maeſtres de Campo, y Auditores de sus tercios, para que los vean, aprueuen, y otorguen por buenos, y validos, si los hallaren ser tales, y vaya el Escriuano a hacer, y tomar el inuentario delos bienes, y ropa que huuiere, y tomen orden de dichos Iuezes para la distribucion dellos . A los quales testamentarios mandamos, y ordenamos, que dentro del año ayan de dar su cuenta con pago delo por ellos recibido ; cobrado, è pagado por ante el dicho Auditor general, o de quien por el hiziere el oficio, para que lo que restare liquido con orden, y interuencion suya se prouea a los herederos, o acreedores de dichos difuntos, como de razon, è justicia.

Todos los quales puntos, y articulos es nuestra voluntad, y mandamos Sean por todos de aqui adelante puntualmente guardados, y obséruados, y que tengan fuerça de ley, per modum prouisionis facte, que de parte de su Magestad, o nuestra otro se ordene . Y para que llegue a noticia de todos, ordenamos al Doctor Fernando de Salinas Auditor general deste felicissimo exercito de su Magestad los haga publicar a son de trompeta, assi en esta nuestra Corte, como en los quarteles del dicho exercito. Dada en Bruselas a 15. del mes de Mayo de mil, è quinientos, y ochenta, è siete años.

ALEXANDRE.

Por mandado de su Alteza.

Registrada.

Cofme Massi.

DE

DE IVRISDICTIONE VICARIIGENERALIS
Exercitus Hispani.

§. II.

S V M M A R I V M.

- 1 Res noua tractatus iste.
- 2 Qui de hac iurisdictione tractarunt.
- 3 Legio bene instituta dicitur invicta Ciuitas.
- 4 Exercitus dicitur Ciuitas ambulatoria.
- 5 Bulla Sumi Pontificis in qua creas Officium Vicarii Generalis Exercitus.
- 6 Vnde originem duxerit hac concessio.
- 7 Pater Diana necessariam duxit in Exercitu hanc dignitatem.
- 8 Reges Hispania sicuti, & alij Principes Christiani facultatem nominandi Vicarium in suis Exercitibus habuerunt ex concessione Apostolica.
- 9 Vicario competit iurisdictio.
- 10 Vicarius eis simpliciter nominatus censetur ad uniuersa negotia spiritualia constitutus.
- 11 Idem est in Vicariis quos ius civile agnouit.
- 12 Habet vices Principis.
- 13 Et vices Praefecti Prætorio.
- 14 Mittebantur mandato Principis in aliquam Diocesim.
- 15 Hinc dicebatur Vicarius Praefectorum.
- 16 An Praefectura Hispania fuerit subiecta Gallia.
- 17 Negativa sententia probatur.
- 18 Vicarij in multis habebant eandem iurisdictionem quam Praefecti.
- 19 Vicarij, & militare, & ciuilē iurisdictionem exercebant.
- 20 An Vicarius fuerit idem cum Agente vices Praefecti Prætorio.
- 21 Gubernator Generalis in Cathalonia appellabatur Vicarius.

22 An

432 Don Raphaelis de Vilosa

- 22 *An causa matrimoniales militum censeantur comprehen-
sa in dicta Bulla.*
- 23 *Dictio omnis est universalis.*
- 24 *Dictio quamcunque comprehendit casus inopinatos.*
- 25 *Maxime quando adest geminatio verborum.*
- 26 *Sub causis ciuilibus criminalibus, & mixtis comprehen-
duntur omnes.*
- 27 *Causa matrimoniales sunt species dictarum causarum.*
- 28 *Quando verba sunt amplissima sunt metienda secundum
potestatem concedentis.*
- 29 *Beneficia Principum latissime sunt interpretanda.*
- 30 *Qui potest cognoscere de causis spiritualibus, & Ecclesia-
sticis potest cognoscere de matrimonialibus.*
- 31 *Qui habet licentiam administrandi Sacraenta potest
assistere matrimonio.*
- 32 *Causa matrimoniales licet ad solum Episcopum perti-
neant, tamen competit eorum Vicariis.*
- 33 *Et Vicariis Capituli Sede vacante.*
- 34 *Et a fortiori Vicario a Summo Pontifice deputato.*
- 35 *Franciscus Zipeus expenditur.*
- 36 *Quis dicatur proprius Parochus.*
- 37 *Episcopus solum est Ordinarius personarum, qua in sua
Diocesi habitant.*
- 38 *Origo, & domicilium sunt duo modi contrahendi forum.*
- 39 *Origo contrahitur per natuitatem.*
- 40 *Habitationis causa adquiritur domicilium, si adest ani-
mus perpetuo permanendi.*
- 41 *Vel per tempus decem annorum absq; animo discedendi.*
- 42 *Cum animo discedendi nullo tempore etiam longuissimo
contrahitur domicilium.*
- 43 *Miles de quo agebatur non habebat animum permanen-
di in illa Ciuitate.*
- 44 *Explicatur l. municipes 23. \$ miles D. de re milit.*
- 45 *Verbum merere est militare.*
- 46 *Hinc emerita pro commodis veteranorum sumuntur.*
- 47 *Primus intellectus d. municipes 23. \$ miles D. de re mil.*
- 48 *Alius*

De Milite fugituo Cap. XX. §. II. 433

- 48 Alius intellectus Petri Barboſa.
49 Alius intellectus Gregorij Accacij.
50 An iurisdictio in Bulla coceſſa ſit ordinaria, vel delegata:
51 Iurisdictio dicitur ordinaria ſi eſt in perpetuum confeſſa:
52 Qui habent officium perpetuum dicuntur habere iurisdictio-
nem ordinariam.
53 Iurisdictio Legatorum Summi Pontificis eſt delegata.
54 Qui à Principe, vel iure ſuo iurisdictiōne muniuersaliter
exercet dicitur Ordinarius.
55 Magnus numerus personarum facit, ut iurisdictio dica-
tur ordinaria.
56 Dicitur delegata ſi omnino dependet à concedente.
57 Præcipue ſi a deſt clauſula autoritate noſtra.
58 In dubio præſumitur ordinaria.
59 Non datur regulariter iurisdictio ordinaria, vbi nō a deſt
territorium.
60 Contraria ſententia obtinuit.
61 Dupliciter territorium accipitur lata, & ſtricta ſignifi-
catione.
62 Delegatus ad uniuersitatē cauſarū dicitur Ordinarius.

REM nouam aggredimur, pauci etenim hāc materiam tractarunt, vt notauit Pater Antoninus Diana ^{10.} resolu. mora. tract. 15. resol. 15. in noua impressione Lugdunensi digeſta per Patrem Martinum de Alcolea eſt tomus 7. tract. 7. resol. 65. dum inquit: Forſitan apud nullum Aucto-rem hanc materiam inuenies pertractatam, & quia in ma-
nus meas peruenit quadam Allegatio impressa Matriti die 20. Maij 1644. & compoſita ab octo doctiſſimiſ Iuris Conſulii apponam hic aliqua, que ab ipſa decerpsi. † Post Dia-
nam integrum tractatum edidit Carolus Mansfeldt de iuriſdi-
& iur. militia Belgica, vbi in tract. primo hanc iurisdi-
ctionem ptenè examinat. Et nihil mirum quod hic nouus;
vt ita dicam, Magistratus Ecclesiasticus ſit de novo crea-
dus, † cum vt dicebat Modestus lib. de vocabulis rei mili-
taris. Legio benè iuſtituta quaſi inuiictissima ſit. Ciuitas,

4 † & potest exercitus benè compositus ambulatoriæ Ciuitati comparari, quo circa non habet certam Diocesim in Spiritualibus à cuius Episcopo, vel Vicario moderari possit, in vna enim pernoctat, & in alia diem p̄eragit, vnde necessarium fuit ut Vicarius crearetur, cui in spiritualibus omnes illus exercitus subessent, & ideo Innocētius Decimus Summus Pontifex Breue quoddam expediri mandauit datum Romæ die 26. Septembris. 1644. quod inseri hic liber, quia non ita passim inuenitur.

5 *Charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico. Innocentius Papa Decimus. Charissime in Christo fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum sicut Maiestatis tua nomine nobis nuper expositum fuit in tuis, nunc & pro tempore exercitibus in tuis Hispaniarum Regnis multa sape contingere possunt, in quibus pro salubris directione, & animarum salute eorum qui in Castris degunt, & uersantur proque cognoscendis, & decidēdis inter eos causis, & controversijs ad forum Ecclesie & pertinentibus opera, & industria unius, seu plurium personarum ecclesiasticarum opus sit, propterea quod non facile ad locorum Ordinarios, aut ad Nos, & Sedem Apostolicam recursus haberi potest. Idcirco Nos eiusdem Maiestatis tua supplicationibus nobis desuper humiliter porrectis, inclinati, Cappellanis maioribus Exercituum huiusmodi à Maiestate tua pro tempore deputatis facultatem ad nostrum, & Sedis Apostolica be-neplacitum tribuimus quoad bella in dictis Regnis durauerint, per se, vel alium, vel alios Sacerdotes probos, & idoneos, ac prauio diligentie examine approbatos ab eis respectiūè sub-delegandos, omnem & quamcunq; iurisdictionem Ecclesiasticam in eos qui ibi pro Sacramentis Ecclesiasticis militibus ministrādis pro tempore erunt, qui tamen in propria Diocesi sub qua illorum Ordinarij iurisdictionem suam ordinariam in eos exercere possent, non sint, siue Clerici etiam Presbyteri seculares, seu quorumvis etiam Mendicantium Ordinum Regulares fuerint exercendi perinde, ac si quoad Clericos seculares eorum veri Praesules, & Pastores, quoad Regulares illo-*

De Milite fugituō Cap.XX. §.II. 435

illorum. Superiores Generales essent, omnesq; causas Ecclesiasticas, profanas, ciuiles, criminales, mixtas inter, seu contra predictas, aut quascunque alias personas in dictis exercitibus commorantes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes etiam summarie, simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicij sola veritate inspecta audiendi, & fine debito terminandi, contra inobedientes quoslibet censuras, & penas Ecclesiasticas etiā sepius aggrauandi, auxiliumque brachij secularis innocandi. Praterea eisdem Cappellani, ac Presbiteris idoneis ab eorum Ordinarijs approbandis, confessiones quorumcunque dictorum exercituum, & illorum viriusq; sexus personarum audiendi, illarumq; à quibusuis excommunicationibus, & delictis quantumcunq; grauibus, & enormibus etiam in casibus Nobis, & dicta Sedi specialiter reservatis, & etiam contentis in litteris in die Canæ Domini legi solitis, Haresis, lesa Maiestatis, conspirationis in personam, vel Statum Romani Pontificis delationis armorū, & aliorum prohibitorum ad partes infidelium, falsificationis litterarum, aut supplicationum Apostolicarum, iniectionis manum violentiarum in Clericos, seu Pralatos Ecclesia, Clausura Monasteriorum Sanctimonialium, ac iurisdictionis, seu libertatis, & Ecclesia violationis exceptis. Nec non à quibusvis censuris, & panis Ecclesiasticis propter præmissa per eos quomodolibet incursis si id humiliter petierint in reservatis bis semel in vita, & in moris articulo, in alijs vero casibus dicta Sedi non reservatis, quoties oportunum fuerit iniuncta inde eis pro modo culpa penitentia salutari in foro conscientia tñum absoluendi, ita tamen ut in casibus in quibus factio foret necessaria ea per se ipsos, vel eis impeditis per heredes, aut alios fieri debeat. Nec non Ecclesiastas, & Capellas, ac Heremitoria, & Oratoria quomodolibet polluta in illis partibus in quibus ipsi exercitus concesserint, & per quoscunque idoneos ad id specialiter depurandos Sacerdotes in dignitate Ecclesiastica constitutos, a qua tamen prius per aliquem Catholicum Antistitem, vi moris est, benedicta, reconciliandi, ceteraque faciendi, & exequenda in præmissis ne-

cessaria, & quomodolibet oportuna. Non obstantibus Apostolicis, ac in Provincialibus, & Sinodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, nec non ordinum quorum persona huiusmodi professa fuerint etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel alia quamvis firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis ordinibus predictis, vel eorum superioribus, aut singularibus personis quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singularis illorum senare presentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanuris, ad premissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, caterisque contrarijs quibuscumque. Datum Roma apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris die 26. Septembris 1644. suscepit à nobis Apostolatus officij anno primo. M. A. Maraldus.

6

Hæc concessio fortasse habuit originem à simili Bulla expedita 20. Februarij 1597. Archiepiscopo Mecliniensi, & antea alia concessa fuerat Archiepiscopo Cameracensi, constituendo ipsos Vicarios Generales exercituum Domini nostri Regis in Belgio, vt referunt Franciscus Cipeus de analytica enarratione Iuris Pontificij lib. 1. iii. de offic. Ordinarij. nu. 4. & 5. in fine, & in Consultat. Canoni. lib. 1. consult.

7

2 in princ. † idem Diana d. 10. i. resol. 15. vers. Nota vero, vbi vers. lo. secundo, notauit ideo necessarium esse in Exercitu Catholicó istud officium, vt sine ipso impossibile sit subsistere exercitum, nec posse sustineri, sicutque obseruatum fuisse in antiquis exercitibus docere nos historias, † quo respexit Allegatio (cuius meminit Diana) illorum Iuris Consultorum Hispaniæ, qui affirmarunt Regem nostrum Hispaniarum, sicut & alios Principes Christianos habuisse ex Bulla Apostolica hanc facultatem eligendi, & nominandi Vicarios Generales omnium suorum exercituum cum iurisdictione ordinaria, & absque dependentia Episcoporum, & Ordinario- rum, idemque declarasse vniuersam Scholam Salmaticensem scientiarum omnium facilem Principem, & Magistrum, quod sanè admiratione dignum est cum Allegatio predicta fuerit

8

fuerit facta die 20. Maij, & censura Vniuersitatis die 24.
Aprilis 1644. & sic ante expeditionem nostræ Bullæ.

Negari non potest Vicario, eo ipso quod talis sit, competere iurisdictionem, ut dicitur in l. 1. § 2. C. de offi. eius qui vicem alteri iudi. obii. cap. quod translationem 4. de offi. deleg: notauit Franciscus Ciprus consuli. canon. lib. 5. consuli. 7. ibi Vicarius potest omnia que ad iurisdictionem eius, cuius vices gerit, spectant praestare, nisi qua ius, vel, constituens diserte reseruauerint, & de Vicario Episcopi loquitur cap. 2. de offi. Vica. in 6. Iacobus Sbrocius de Vicario Episcopi lib. 1. quæst. 27. nu. 2. ibi: Sed hac conclusio ex alio probatur nam mandatum iurisdictionis simile est Procuratoris mandato, ut per l. et quia D. de iurif. omni. iudi. At ubi mentio fit de Procuratore de illo intelligitur, cui vniuersa negotia mandata sunt l. adiles s. procuratores D. de adil. edic. ¶ Ergo per consequens quando Vicarius erit simpliciter constitutus, dicitur constitutus generalis in spiritualibus tāquam illi vniuersa negotia spiritualia censeantur mandata Rota Romana apud Posthium decis. 217. nu. 26. vbi dicit, quod quando aliquis est vocatus Vicarius sine alicuius expressione intelligitur secundū suam naturam, & iuris dispositionem, ¶ & idem obseruabatur in Vicarijs, quos Ius ciuile agnouit, ut dicitur in l. 1. ibi: Et Vicaria dignitas ipso nomine eius se trahere iudicet portionem, § facre cognitionis habeat potestatem, § iudicationis nostræ soleat representare reverentiam C. de officio Vicar. § l. 2. ibi Vicarijs Rectoris Provinciarum competant omnia que pertinent Rectori C. de offi. eius qui vicem alicui. ¶ habet enim vices Principis glos. in l. 1. C. si adduer. rem iudic. ¶ & vices Praefecti Praetorio gessisse Vicarium, probant l. 1. § 2. C. de offi. Vic. l. à Proconsulibus 19. D. de appella. Cassio. lib. 6. varia. formu. 15. ¶ & mandato Principis mittebantur in aliquā Diocesim multas Provincias cōtinentem, & Vicarij Oriētis cōtinebant quatuor Dioceses Thraciarum, Ponticæ, Asianæ, & Macedoniarum l. fin. C. de diuer. offi. lib. 10. l. 1. C. de proxi. sacro. scri. eo. libi. ¶ Inde apud eundem Cassiod. lib. 3. var. epis. 16. dicitur Vicarius Praefectorum, &

- adiungendus Vlpianus *in l. 1. S. à Præfectis 4. iunc.* Gothofred. ibi. *D. de lega. 3.* & meminit horum Vicariorum text. *in l. vii. C. de cano. targit. lib. 10.* † vbi latè Don Franciscus de Amaya *in eius commentario*, doctèque disputat an Præfectura Hispaniæ dependeret ab illa Galliæ, Iacobumque Gutherrium *lib. 2. de offi. Domus Augustæ cap. 7.* afferentem ex hoc Imperiū Galliarum in Hispaniam colligi, apertè cōuincit, † sed disputationem hanc nouiter reassumit Iacob. Gothofre. *in comment. ad Codicem Theodosia. ad l. 14. C. de accusa.* Et *ad l. 10. C. de Senato.* Et glebali, absq; eo quod meminerit Amayæ nec Pro Consulum Hispaniarum, qui Gallias gubernarunt, quos Præfecto Prætorio Galliarum ob dignitatis maioritatē nō subijci omnibus patet, sed neq; quādo per Vicarios Hispaniæ moderebantur hoc contingebat, ut cōijcio ex eleganti loco Seueri Sulpitij *lib. 2. Sacra histo.* ibi: *Maximum Imperatorem Treuericum datis ad Præfatum Galliarum, atque ad Vicarium Hispaniarum litteris omnes omnino quos Priscilliani labes inuoluerat deduci ad Synodum Burdigalensem iussisse*, si enim Vicarius Hispaniarum fuisset subditus Præfecto Prætorio Galliarum sufficiebat litteras huic dirigi, quando autem ambobus scribuntur, vnum alteri nō subijci, sed de per se gubernare conijcitur. Sed hæc libenter omittimus quia ad institutum nostrum nō pertinent, † solam notatum volumus ex Cassiodoro *lib. 6. formu. 15.* huiusmodi Vicarios in multis eandem iurisdictionem habere cum Præfectis. ibi *Habes enim cum Præfatis al quam portionem, † & Vicarium, militarem, & ciuilim iurisdictionem exercere cōstat ex prærogatiis, & magna iurisdictione quam Pontiæ, & Galatiæ Vicario concepit Iustinianus edic. 8. cap. 1.* *Visum est Vicarium denno omnibus Pontici tractus Prouincijs præficere, ita vero ut non solum Præfecti locum adimpleat, verum etiā gloriofissimi Magistri Sacrorum nostrorum officiorum Ducum,* Et denique eorum Magistratum, qui sacro nostro patrimonio, cubiculo, Et domesticis protectoribus Præfecti sunt. Deinde istiusmodi potestatem habeat, qualis cuiusque Prouincia Magistratus in sua Prouincia habere solet. Sed

De Milite fugituo Cap.XX. §.II. 439

Sed an Vicarius fuerit idem cum Agente vices Praefecti 20
Prætorio disputat Iacobus Gothofre. in Comment. ad d. Codicem Theodosia. ad l. i. de usuris in fine, afferens idem esse ex Ammiano Marcelino lib. i 4. ubi cum Martinum regentem illas Provincias pro Praefectis appellasset, mox illum Vicarium nominat. At Cledonius in Arte pag. 1866. contrarium affirmat his verbis: *Sapè quæsum est utrum Vicarius dici debeat etiam is cui Magnificissimi Praefecti vices suas in speciali causa mādauerunt? Nequaquam: nam Vicarius dicitur is, qui ordine Codicillorū vices agit amplissima Praefectura; ille vero cui vices mandantur propter absentiam Praefectorum non Vicarius, sed vices agens, non Praefectura, sed Praefectorum dicitur tantum.*

Sic in Cathalonia Gubernator generalis, qui est immediatus Regni successor siue sit filius, vel filia, vel ob ipsorum carentiam frater Domini Regis antiquitus etiam appellabatur Vicarius, ut ex Calicio in prærogat. milit. colu. 7. nu. 28. vers. quaro quid si Ciuitas, & Marquilles in Vfati. mulieribus col. penul. vers. quaro ad remissiones obseruant Oliba de iur. fis. cap. 3. nu. 42. Michael Ferrer. par. i. obseruan. cap. 1. 2. & 3. nu. 1. Andraeas Bosch lib. titulos de honor de Cataluña lib. 2. cap. 40. Mastril. de Magistr. lib. 1. cap. 5. nu. 2. & is qui hodie loco illius constituitur, licet vulgariter Gubernator appellatur, tamen in litteris Regijs, nec in Cancellaria non talis nominatur, sed agens vices, seu gerens vices Generalis Gubernatoris, ut illum vocat Ferrer ubi proxime cap. 6. 7. & 8. & alibi passim.

Sed ut ad nostrum Vicarium redeamus sciendum est olim acriter disputatum fuisse in Ciuitate Pacensi vulgo Badajoz an causæ matrimoniales militum in supradicta Bulla comprehendenderentur in illis verbis. *Eos qui ibi pro Sacramentis Ecclesiasticis militibus in ministrandis pro tempore erunt, & ibi inter, seu contra predictas, aut quascunque alias personas in dictis exercitibus cōmorantes, & ibi omnem, & quamcunque iurisdictionem Ecclesiasticam in eos qui ibi pro Sacramentis Ecclesiasticis militibus ministrandis pro tempore*

re

- re erunt, & ibi Omnesque causas Ecclesiasticas profanas
ciuiles, criminales, mixtas inter se contra predictas, aut
quascunque alias personas in dictis exercitibus commorant-
es ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, Et c.
super quo articulo insignem allegationem cōposuit Licen-
tiatus Don Ioannes Muriel Aduocatus Fiscalis in Cancella-
ria Granatensi an. 1662. qui multa expendit, t. & p̄cipue
quod dictio omnis est vniuersalis, & omnia comprehendit l.
*Iuliano alias l. testatorem 68. in princ. D. de leg. 3. Tiraq. in l. si
unquam ver. totam num. 1. C. de reuoc. donat. Barbosa dictio.*
- 24 24. à nu. 1. t Eandemque compræhensionem habet dictio
quancunque amplectitur enim etiam casus inopinatos l. à
procuratore C. manda. cap. solita de maior. Et obed. t & in
nostra Bulla adest geminatio verborum, quo casu magis pa-
ret compræhensio l. *Balista D. ad S. C. Trebel. l. 1. S. illud
sciendum D. de Ædile. edic. Paris. conf. 97. nu. 42. lib. 1. Surdus
conf. 63. nu. 64. lib. 1. Ludouif. dec. 31. 5. nu. 11. pluribus exor-
nat Cassanate conf. 4. nu. 146.*
- 25 26 Sed & causas omnes cōpræhendi sub nomine Ciuilium,
Criminalium, & Mixtarum tenet glos. in Rubr. D. de iudic.
Marant. de ord. iudic. par. 4. distin. 1. Eneas Robert. lib. 4. sen-
ten. cap. 4. Menoch. de arbitra. casu 275. nu. 6. Paz in praxi
in proam. anot. 1. à nu. 19. cum seqq. Hieronym. Buccar. de
differ. inter Iudic. ciuil. Et crim. in pralu. 5. nu. 2. Pareja de in-
stru. edi. tom. 1. tit. 2. resolu. 6. nu. 42. t Negari autem non po-
test causas matrimoniales species esse dictorum generum;
quo casu sub ipsis compræhendi docuerunt arg. l. 1. D. de
reb. cred. et si cert. pet. Euarar. in top. lega. loco 6. Ludoui. Ro-
dolsinus lib. 2. quest. 51. nu. 22. Barbosa in loco à genere 53.
nu. 1. t Quando autem verba concedentis sunt generalissi-
ma, & amplissima, tunc metienda esse iuxta illius potesta-
tem tenet Menchaca de succes. creat. lib. 3. §. 30. nu. 294. ibi.
*Cum in his concessionibus Princeps uti soleat verbis genera-
lissimis, Et amplissimis non dubium est quin Principis voluntu-
ras se extendat quatenus ipsa potestas extendit se, t & be-
neficia Principum latissime eis interpretanda sunt iura in.*
- 27 28 29 1.3.

De Milite fugitiuo Cap. XX. §. II.

44

*I. 3. de const. Prin. l. penult. C. de donat. inter l. fin. C. de proposi.
agen. in rebus lib. 1 2. cap. cum dilecti 6. de donat. cap. cum
olim 1 8. de verbo sign. Decia. conf. 2 2. nu. 1 3. lib. 1. Gutier. lib.
2. canon. quæst. cap. 2 1. nu. 1 2 1. Flaminiius de benef. refig. lib. 7.
quæst. 1. nu. 2 6. Reinoso obseru. 5. nu. 9. Iason in l. Imperium
nu. 1 4. D. de iuris. omni. iud. Angel. conf. 1 7. nu. 2. § 3. Couar.
præct quæst. cap. 1. nu. 2. § 3. Seisse dec. 1 6 0. num. 2 6 7. par. 2.
Giurba dec. 2 3. nu. 1 0. Bouadilla lib. 2. polit. cap. 1 6. num. 5 2.
Larrea allega. 1 0. nu. 1. allega. 4 3. num. 2. allega. 7 7. num. 2 8.
allega. 8 9. nu. 8. Valenzuela conf. 8 3. nu. 7 7. Solorz. de India.
guber. tom. 2. cap. 1 0. nu. 4 4. § 7 2. Cancer. lib. 3. varia. cap. 3.
num. 1 6 3.*

Secundò etiam comprobatur, quia quilibet Prälatus inferior, etiamsi Episcopus non sit; si habet iurisdictionem ad cognoscendum de causis spiritualibus, & Ecclesiasticis, potest etiam cognoscere de causis matrimonialibus Aloysius Riccius dec. 1 8 4. par. 4. Flores de Mena lib. 3. var. cap. 2 4.
*nu. 2 5.. Gratia. discip. forens. cap. 2 1 2. nu. 6 6. tom. 2. Narbona
in l. 5 9. tit. 4. lib. 2. Recopil. glos. 1. à nu. 6 6. August. Barbosa in
remis. ad Concil. Trident. sess. 2 4. de refor. cap. causa omnes
2 0. num. 5 5.*

30

Tertiò quia sufficit si generalis administrandi Sacramenta licentia cōcedatur, vt possit matrimonio assistere Armeniaris in *m addit. ad Recopi. legum Nauarra ad lib. 4. tit. 2 5.
nu. 3 2. Bonacina de matrim. quæst. 2. punc. 8. nu. 1 1. Rebello
de obliga. iust. post lib. 4. in declarat. sec. 3. & facultatem con-
cessam administrandi omnia Sacra menta sufficere ad cele-
branda matrimonia resoluit Sanchez de matr. lib. 3. d spur.
3 5. nu. 8. Rot. Romana dec. 7 5 0. nu. 6. par. 1. diuerso. Barbosa
de pusest. Episc. par. 2. allega. 3 2. nu. 1 2 7.*

31

Quarto quia licet regulariter causarum matrimonialium cognitio ob earum grauitatem ad solos Episcopos pertineat *cap. accidenibus de excess. Prälatio. § cap. causa omnes 2 0.
sess. 2 4. de refor. matrim. in Concilio Tridentino. Tamen eo-
rum Vicarijs competere absque speciali commissione, vel
delegatione, communis est Doctorum sententia Hosti. in-*

32

K k k

cap.

capitiora de rest. spol. Butrius in cap. fin. nu. 2. de cognaspir.
 ubi Abbas nu. 4. & Alex. de Neuio nu. 5. Lambert. de ure
 patro par. 3. lib. 2. quæst. 2. Anto. Cuuccus lib. 2. Inst. mora. tit. 8.
 nu. 10. 5. Jacobus Sbrozius lib. 2. de Vica. Episc. quæst. 44. nu. 8.
 in fin. Salzedo in præc. cap. 63. in fin. Sanchez de matr. lib. 3.
 dispu. 29. num. 17. Henriquez de matr. lib. 11. cap. 3. §. 4. Le-
 desma in Summa par. 1. de Sacram. matr. cap. 4. conclus. 4.
 dub. 17. Azor. Inst. mora. par. 1. lib. 3. cap. 45. quæst. 2. Gutier-
 res Cano. quæst. lib. 1. cap. 19. num. 13. ¶ de matrimo. cap. 66.
 nu. 11. ¶ cap. 69. n. 89. Basilius Pontius de matr. cap. 26. §. 6.
 vers. idem etiam Gaspar Hurtado cod. tract. dispu. 5. defin. 9.
 nu. 32. Narbona de appella. ad Vicar. Episco. par. 1. nu. 20. 1.
 ¶ ad l. 59. glof. 1. nu. 59. tit. 4. lib. 2. Recopi. Garcia de benefic.
 par. 5. cap. 8. n. 51. Molina trac. 5. de iust. ¶ iur. dispu. 10. n. 13.
 vers. walde sepè Barbosa de potes. Episco. allega. 32. nu. 16. ¶
 17. ¶ in collecta. ad Concil. Trident. cap. 1. sess. 24. de refor-
 ma. nu. 105. † Et non solum Vicarij Episcoporum, verum
 & Vicarij Capituli sede vacante, & Prælatorum iurisdictionem
 quasi Episcopalem habentium possunt matrimonio as-
 sistere, vel dare licentiam, vt alius assistat Sanchez de matr.
 lib. 3. disput. 29. nu. 4. ¶ 5. & Vicarij Ordinum militarium.
 Sanchez ubi proximè nu. 19. Manuel tom. 1. Summa cap. 219.
 nu. 15. Narbona, & Barbosa ubi proximè. † Vnde à fortiori
 Vicario à Summo Pontifice nominato hoc concedendum
 est iuxta tradita à Gratiano discept. forens. cap. 111. à nu. 56.
 tom. 1. sub his verbis. Vnde in proposito dicendum videtur,
 quod Vicarius Episcopi est auctoritate Papa constitutus, tunc
 habeat omnes qualitates que ipso Episcopo insunt, ¶ proprie-
 tate sit equaliter honorandus. Si vero Vicarius est creatus ab
 Episcopo à quo de iure regulariter constituitur cap. 2. de offi.
 Vicarij in 6. tunc Vicarius nō potest uti qualitatibus, praemi-
 mentia, ¶ honore competentibus Episcopo, nisi in casibus, ¶
 actibus in quibus Episcopi personam representat. Et nu. 59.
 inquit: Quocircas si Vicarius Episcopi haberet dignitatem, ¶
 præminentiam ex persona propria, quod quidem contingere
 quando auctoritate Papa creatus fuisset, tunc ubique reperi-
 retur,

33

34

De Milite fugituo Cap.XX. §.II. 443

retur, & quemcunque actum exerceat, etiam extra iurisdictionem suam, deberet semper, & indistincte honorari, & preferri, quia honor, & praefatio inhereret ipsi persona, & ab ea separari non posset. Sed cum Vicarius à persona Episcopi in totum pendeat, cum ab eo creetur, ad eius libitum revocetur, & eius morte extinguitur iurisdictio, &c.

Hec opinio potest confirmari ex his quae tradit Franciscus Zipetus (licet ut mox videbimus contraria constanter tenet sententiam) lib. 4. canon. consuli. consuli. 4. fol. 410. in princ. ibi Matrimonium ut cōtrahiri debet coram proprio cuiusque Parocho ex Concilio Tridentino de reformatr. cap. 1. ita miles coram proprio Parocho contrahere intelligitur dum contrahitoram cohortis sua Sacellano à Vicario Generali exercitus Belgici ex delegatione Apostolica depurato, & paulò inferius. Ab hoc Delegato Sacerdotes Castrenses pauciores olim, hodie fere omnes facultatem accipiunt etiā expressam assistendi solemnizationi matrimoniū inter suos.

At idem Franciscus Zipetus Archidiaconus, & Canonicus Antuerpiensis abiit, ut dixi, in contrariā sententiā lib. 1. iii. de offic. Ordina. consuli. 2. fol. 46. pluraque argumenta pro ea adducit, quorum aliqua omittimus, quia ex supra traditis facile diluuntur, præcipue illud quod iuxta Concilium Tridentinum cap. 1. sess. 24. de reformatr. Matrimonia debent celebrari coram proprio cōtrahentium Parocho. ¶ Nam proprius Parochus ille dicitur, in cuius Parochia contrahentes domicilium habent Nauar. in Manua. cap. 25. nu. 144. Triuianus decif. 23. nu. 1. lib. 1. Salzedo ad Bernardum Diaz, in pract. crim. cap. 73. vers. 14. Ceuallos cōmu. conira cōmu. quast. 458. nu. 34. Gratia. tom. 1. discep. foren. cap. 75. nu. 18. Hurtado de matrim. discep. 5. difficult. 6. nu. 59. Barbosa de potest. Episco. allega. 32. nu. 59. Episcopus autem, aut Parochi Ciuitatis Pacensis non erant proprij Parochi militis de cuius matrimonij nullitate disceptabatur, quia Episcopus solum est Ordinarius personarum quae in sua Ciuitate, vel Diocesi sua habitant cap. nullus, de tempo. ordina. in 6. Clemen. 1. de foro compet. cap. significavit & in fine cap. lices

35

36

37

*in corrigendis 12. in princ. cap. conquerente 16. vers. decre-
uimus, de offi. ordina. Sanchez de matrimo. lib. 3. disp. 23.
n. 1. in princ. Est disp^u. 28. n. 1. Carolus Mansfeld de iur.
Est iur. mili. Belgica par. 1. cap. 1. fol. 5. Miles autem, seu
signifer de quo agebatur, appellatus Franciscus de Auila
nullum domicilium in Ciuitate Pacensi habebat, quia nec
erat originarius, nec domicilium in ea Ciuitate, vel Diocesi
fouebar, † qui sunt duo modi contrahendi forum l. penult.
38 D. de Senato. Barbosa in l. hares absens §. proinde num. 16,
39 D. de iudicij. Non ratione originis, † quia contrahitur per
natiuitatem l. 1. in princ. D. ad Municip. Carleua. de iudi. lib. 1.
40 tit. 1. in princ. disp^u. 2. nu. 48. Est 188. † Nec ratione habita-
tionis quæ tunc inducit domicilium, si adest animus perma-
nendi perpetuo in illo loco l. domicilium vbi glos. D. ad
Municip. l. cives C. de incolis lib. 10. Sanchez de matri. lib. 3. di-
sp^u. 23. nu. 2. Barbosa in l. exigere dotem 65. nu. 56. D. de iu-
dicij. † Vel per tempus decem annorum habitauerit absque
animo discedendi d. l. 2. Mascar. de probatio. concl. 535.
41 num. 13. Sanchez de matrimo. d. disp^u. 23. num. 2. † Si enim
adest animus discedendi, nec spatium decem annorum, nec
villum tempus videtur sufficiens ad constituendum domi-
cillum l. cives qui 27. §. fin. ibi si utroque destinato sit animo
l. domicilium 20. D. ad municip. l. in lege 203. vers. sicutur D.
de verb. signi. l. si cum 28. in fine D. de fideico. liberal. nihil 23.
ibi: Neque enim satis est corpore quem dominus redijisse si men-
se alienus est D. de capti. Barbosa in d. l. hares absens §. fin. à nu.
42 95. usque ad nu. 99. D. de iud. Est in l. exigere dotem 65. à nu.
31. usque ad nu. 68. D. eo. Rolandus à Valle conf. 99. nu. 51.
Siluarius conf. 1. nu. 95. Menochius de præsump. lib. 6. præsu.
42. Est de arbitr. Iudi. lib. 2. casu. 86. nu. 7. Alciat. respons. 55.
nu. 9. Sanchez de matri. lib. 3. disp^u. 23. Farina. in frag. par. 1.
ver. domicilium ex nu. 194. Amaya ad l. Cives nu. 98. C. de
Incolis lib. 10. Narbona in l. 20. ii. 1. lib. 1. Recop. glos. 2. nu. 4.
43 Cauedo decis. Lusita. 1. 65. nu. 4. par. 1. † Signifer autem de
quo agebatur erat originarius Villæ delos Santos, quæ non
erat dictæ Diocesis, habitabat in Ciuitate Pacensi quia ibi
repe-*

riebatur exercitus, qui fortè die sequēti alibi castra erat pos-
turus iuxta varios belli euentus, & hoc consonat verbis
Bullæ nostræ dum affirmat Episcopos esse Ordinarios militum, & in eos iurisdictionem exercere posse quando sunt
domiciliati in illa Diocesi ibi: *Qui tamen in propria Diocesi
sub qua illorum Ordinarij iurisdictionem suam ordinariam
in eos exercere possent, non sit, & ita clausulam hanc intellexit
Carolus Mansfeldt de iur. Et iur. mil. Belgica par. i. cap.
1. fol. 2. Et cap. 5. fol. 75.*

Sed nunc valdè obstat tex. in l. municipes 23. §. miles D.
ad municipia. cuius verba sunt: *Miles ibi domicilium habe-
re videtur ubi meret, si nihil in Patria possideat.* Super quo
tex imprimis animaduertendum est veram textus lecturam
esse hanc quam supra proposuimus, non quomodo alibi le-
gitur, *et si nihil in Patria possideat,* & tunc concordat in hac
parte tex. cum his quæ supradiximus, videlicet colligi habi-
tationem, seu domicilium ex animo permanendi, etenim
affirmat Consultus videri militem domicilium habere ubi
meret, si nihil, hoc est quando nihil in patria possideat, tunc
enim non videtur habere animum ad eam rediendi, & hoc
probant glossæ d. S. miles. Sed semper videtur obstat, cum
domicilium habere videatur ubi meret, id est ubi inhæret,
† est enim militare, verbum *merere;* unde Cicero in Philip.
1. equo merere dixit, & milites merentes dicuntur, & Tran-
quillus in Nerone cap. 20. Eorum Duces quadragena M. se-
fster. merebant, & Cicero pro Roscio. Nam illa membra me-
rere per se non amplius poterant, cū alioqui merere questum
facere significet, † vt notauit Budæus super hac lege asse-
rens hinc *emerita* pro cōmodis veteranorum sumi in l. de-
seriorem 3. S. qui militia D. de re mil. † Sed tex noster intel-
ligendus est de milite, qui est destinatus perpetuo cuidam
Præsidio, tunc enim contrahit ibi domicilium, quia habet
animum perpetuo morandi in illo Castro, seu foralitio, &
sic sentire videtur Carolus Mansfeldt de iuris. Et iur. milit.
Belgi. tract. i. cap. 6. pag. 78. his verbis: *Recte utique, et si enim
ex militia natura qua totus miles ex voluntate Regis pendet,
domi-*

44

45

46

- domicilium in Praesidio statueré nequit, ex eiusdem tamen conditione habitare cum ibi ubi meret nemo non videt, sunt enim perpetua praesidia, propter quod existimo Iuris Consulatum dixisse l. 23. D. ad municip. sortiri domicilium militem, ubi meret, perpetuo scilicet, & idem tenet Petrus Barbosa in l. exigere dorem 65. num. 56. § 57. D. de iudicijs, & licet etiam respondeat huic textui asserendo, quod domicilium cuius sit mentio in d. §. 1. non est proprium, & verum domicilium, sed potius impropriū, & fictum, ut colligere se dicit ex verbo (*videtur*) & patet, inquit, ex eo quod ut quis promptum, & verum dicatur habere domicilium oportet, quod in loco habiter, & in eo habeat maiorem partem fortunarū eo proposito, quod ibi sit perpetuo, nisi noua causa superueniat, ut est expressum in l. cīues C. de incolis lib. 10. § in d. l. municip. §. fin. in eo domicilio nō habebat miles maiorem patrem bonorum, ut ibi per glos. finalē communiter receptam, neque etiam animum in eo perpetuo manendi, sed tantum dum stipēdia meretur, & colligitur ex mente illius tex. & aduertit Cardina in cap. fin. nu. 26. ad finem de Parochijs ergo domicilium impropriū, & fictum videtur habere, porro quando fit mentio domicilij intelligitur de proprio, & vero, non de improprio, & ficto l. 3. §. verba D. de negotiis. Et confirmatur quia negari nō potest illud domicilium saltem extraordinario modo introduci; vnde de eo non debent intelligi iura de domicilio loquentia, quia intelliguntur de ordinarijs, & non de extraordinarijs.*
- 49 Nisi mauis cum Gregorio Accacio tract. de priuile. milit. lib. 2. priuile. 29. nu. 4. respondere ius singulare fuisse in d. §. 1. introductum in odium militum, qui excusare se ut conueniri non possent, contendebant. Accacij verba sunt: *Milites igitur qui secundum hoc ius in eo loco ubi stipēdia faciunt, nec domicilium habent, nec conueniri possunt, ut quilibet intelligere potest, siquidem in Patria, aut alibi domicilium habent, ibi merito conueniuntur d. l. municipes 23. §. 1. fin minus nullibi conueniri possunt l. quod nisi 20. §. 1. D. de oper. liberto. l. ait Prator 10. §. si debitorem D. que in frau. credi. iure hoc singu-*

De Milite fugituo Cap. XXI. §. II. 447

singulari ibi domicilium eorum ubi merent constitutur d. l. municipes, ibidemque proinde conueniri, & defendi debent, bac huius priuilegij ratio causaque est, itaque nec ultraquam illa dicit accipiendum.

Sed non inutilis venit inuestiganda quæstio, an scilicet Iurisdictio in predicta Bulla cōcessa Vicario Generali exercitus Suæ Maiestatis sit delegata, vel ordinaria. Circa quam aliqua repetenda sunt ex his, quæ animaduertimus in Difserita iuri. politi. an occidere Proregem sit crimen Læsa Maiestatis arg. 6. + nimirum iurisdictionem dici ordinariam si perpetuo est concessa Carauita Ritu 295. num. 24. Menochius lib. 2. præsumpt. 16. num. 8. Petr. Barbosa ad l. cum Prator 225. 1. nu. 64. D. de iudi. + & sic qui habent officium perpetuum dicuntur habere iurisdictionem ordinariam. i. iurisperitos in princ. D. de excusa. tuto. Bald. in l. fin. C. vbi Senato. vel Claris, & in l. precipimus nu. 1. C. de appella. Iason in l. ius ciuile nu. 8. vers. limita de iustit. & iur. & in l. more nu. 52. D. de iurisd. Purpur. ibi. nu. 59. Felinus in rubri. nu. 3. post medium de rescript. quidquid dicat Natta cons. 51. nu. 14. lib. 1. + Et ita Petr. de Bellapartita in repetitione d. l. more nu. 20. D. de iuris. om. iudi. asseruit iurisdictionem Legatorum quos in Provincias mittit Summus Pontifex esse delegatam cum non sint, vt ipse ait, Præpositi officio perpetuo duraturo. + Dicitur etiam Ordinarius, qui à Principe, vel iure suo iurisdictionem vniuersaliter exercet Azeuedo in Rubri. sit. 9. lib. 3. Recop. nu. 1. vbi nu. 2. inquit, Eo ipso quod alicui cōmittitur uniuersitas negotiorum per habentem potestatem concedendi censemur creatus Ordinarius Iudex.

Imo aliquoties magnus numerus personarum facit ut iurisdiction dicatur ordinaria, prout de ea concessa in milites tradit Reynoso obfer. 54. nu. 18. ibi: In tanto militum numero, & personarum ipsorum Ordinum, &c. Melius est dicere, Ordinarias esse, ordinariamque iurisdictionem exercere.

Quando autem Iudex nō ex propria persona exercet iurisdictionem, sed omnino dependet à concedente, tunc dicitur delegata iuxta Menochi. lib. 1. de arbitr. iudi. quæst. 12. nu. 6.

nu.6.ibi:Ego aliquando definiebam, vel verius describebam delegatum cum esse cui ad causam cognoscendam, vel decidendum, vel exequandam, vel totum simul perficiendum, vel à lege, vel à Principe, aliquo potestatem habente mandata est; vel data iurisdictio proprium nihil habens, sed totum à Superiori recognoscens l. 1. s. qui mandatam D.de offi.eius cui manda.est iuris Bart.in d.l.more 5.nu.2.D.de iurisd.Alexan.in rubri.D.de offi.eius nu.12.Alciat.in rubri.nu.6.de offi.Or-dina.Azeued.in rubri.tit.9.lib.3.nu.1.¶ 2. † pricipue quando adest clausula autoritate nostra cap.1.de Cleri.agret.lib.6.iunc.glos.ver.autoritate Clement.1.de supplen.negli.Prelati Clement.Quia contingit, de Religio.domi.cap.cum aliquibus de rescrip.in 6. & ita limitat Barto. in d.l.more nu.8. D. de iuris omni.judi.Boeri.decis.151.nu.5. Menochi.lib.1.de ar-bitra.quaest.12.nu.14.¶ lib.2.prasum.16.nu.28. † Et in du-bio presumendum concessam fuisse iurisdictionem ordinariam tenet Bart.d.nu.8.Capicius decis.9.nu.19.Giurba conf.89.nu.18.in fine.

59 Sed quod magis vrgere poterat contra opinionem affirmantium esse iurisdictionem ordinariam, illud est non dari iurisdictionem ordinariam vbi non reperitur proprium ter-ritorium iuxta tex.in l.pupillus 239.¶ territorium D.de ver-bo signi.Bald.in l.fin.C.vbi, ¶ apud quem Gregor.Lopez ad l.1.iii.4.parti.3.in fin.

60 Sed obtinuit contraria sententia non esse de essentia iu-risdictionis ordinariæ territorium cum sine illo consistere possit Bald.in cap.suspitionis nu.5.vers.territorium non est de offi.deleg. Petr.Barbosa in l.cum Prator 12.s.1.nu.45.D. de iudi. Lorteri. de re benefi.lib.1.quaest.23.nu.14.¶ 15. Pa-reja de instru.editio tom.1.iii.2.resolu.6.speciali 1.nu.185.¶ n.186. † vbi dupliciter verbum territorium usurpari te-statur stricta scilicet, & lata significatione. Stricta cū signifi-camus vniuersitatem agrorum tanquam subiectum, in quo iurisdiction exerceatur terendo, & submouendo personas, vt in d.l.pupillus 239.¶ territorium de verbo signi. Lata eum si-significamus quodcumque subiectum vniuersitatis, in qua-tale

tales exercitium competit qualitercunque, & quomodo cunque circumscripta sit, & ita sumitur in d. l. vlt. D. de iur. sdi. Eleganter, & profundè, vt solet Escobar de Reg. & Ponti. iuris d. cap. 9. a m. 4.

Sed otiosa videtur hæc disceptatio, si vera est sententia affirmantium delegatum ad vniuersitatem causarum esse vti Iudicem Ordinarium l. fin. C. ubi, & apud quem cogni. in integr. resti. vbi Bald. nū. 1. glof. in cap. super questionem 27. & si vero ver. delegare de offi. delega. & in cap. cum causa 62. verb. delegatus in fine de appellatio. glof. in l. à Iudice 5. ver. non habet in fine C. de iudi. vbi Bald. nū. 2. Alexander nū. 6. Iason nū. 6. Gail lib. 1. obser. 67. nū. 1 2. Menoch de arbit. Iudi. lib. 1. quæst. 67. nū. 59. Tuschus conclus. 426. nū. 3. līn. I. Sanchez de matrimo. lib. 3. disput. 3 1. nū. 1. vers. scundum fundamenum Carle. de iudicijs lib. 1. iii. 1. disp. 4. nū. 3 2. Vanti. de nulli. senten. tit. coram quo nullitas nū. 17. & iii. ex defectu iurisdictionis Ordi. nū. 17 8. Jacobus Sbrozius tract. de Vicar. Epis. lib. 1. quæst. 22. nū. 1 2. & seq. Neuifa. conf. 3 5. Nauar. conf. 3. nū. 2. de offi. Delegati Ioa. à Cochier in tract. de iuris d. Ordina. in exemptos par. 1. quæst. 39. nū. 28. vers. verum ve- rior est opinio tom. 1 Hac de causa Pater Diana d. to. 10. tract. 15. appellat nostrum Vicarium Ordinariū, & licet Carolus Mansfeldt illū appelle Delegatum, tamen iurisdictionem, & potestatem ordinariam habere afferit in 1. par. cap. 1. & cap. 2. & 10. & cap. 4. §. 3. & alibi passim.



DE MONACHO FUGITIVO.

C. A. P. XXI.

S V M M A R I V M.

1. Religiosus, qui in claustro manere non potest periclitatur.
2. Pisces extra aquam moriuntur.
3. Colloquia prava corrupti bonos mores.
4. Claustrales inquieti sunt sydera errantia, & sapè sydera decadentia.
5. Inter Monachos reperiuntur & apostatae, & fugitiui.
6. Quando animo redeundi vagatur non est verè apostata.
7. Non omnis vagus, & fugitiuus dicitur apostata, tamen omnis apostata dici potest, & vagus, & fugitiuus.
8. Apostata est magnus fugitiuus, & fugitiuus est pusillus apostata.
9. Si animo redeundi fugis eris fugitiuus, si absque eo apostata.
10. Pater Suarez in diversam abiit sententiam.
11. Eius argumenta proponuntur.
12. Priorem sententiā defendit Ferdinandus de Castro Palao.
13. Respondetur argumentis Suarez.
14. Religiosus fugiens peccat contra iustitiam, & contra Religionem.
15. Elegans D. Bernardi locus.
16. Religiosi fugitiui sunt querendi, & cogendi ab eorum Prelatis, ut reuertantur.
17. Et tenentur Prelati eos capi facere, & pro modo culpa punire.
18. Cessat hac obligatio quoties nulla adest spes illos inueniendi, vel reducendi.
19. Episcopi tenentur auxiliū præstare si à Regularibus Prelatis requirantur, & alijs casibus.

20 Si

De Monacho fugitiuo Cap.XXI. 451

- 20 Si fugitiuus esset alijs fratribus scandalosus non tenentur cum reducere.
- 21 D.Bonaventura locus.
- 22 Si autem speratur correctio tenentur corriger, & cogere.
- 23 Pralati Religionis Clericorum Regularium non tenentur reducere.
- 24 An sit apostata fugiens Religionem, & ingrediendo inuidè alias.
- 25 Proponitur, & probatur sententia negativa.
- 26 Proponitur, & probatur sententia affirmativa.
- 27 Contra fugitiuum nulla est pœna, nec censura ipso iure lata.
- 28 Bene vero ob habitus dimissionem.
- 29 Et quod vagans, & monitus intra quindecim dies non redeat.
- 30 De pœnis apostata remissione.
- 31 Expensas factas in reducendo tenetur Monasterium soluere.
- 32 Secus vero alias à fugitiuo factas.
- 33 De pœnis cooperantium ad fugam, vel apostasiam.
- 34 Pralatus an possit in alieno territorio suum fugitiuum capere.
- 35 Elegans pro coronide Franchi Abbatis locus.

INUITUS manum in alienam messem mitto, ne tamen in hoc opere aliquid quod fugitiuos concernat, intactum relinquatur, breuiter aliqua de Monacho fugitiuo proponeamus. ¶ Exordior cum Vinberto lib.4.erudi.Relig.par.3.cap. 1. *Vir Religiosus, qui in claustro manere non potest, frequenter in mundo periclitatur. Semel dum mansit in Hierusalem vixit, postquam exiuit de Hierusalem occisus est, & Dyna filia Iacob egressa ut wideret mulieres regionis illius raptæ est, & corrupta. Dyna ratione sexus infirmi significat claustralem mente infirmum, qui de claustro egrediens dum mundi concupiscentia curiosè considerat amore rapitur, & corrumperit. ¶ Piscis extra aquam positus non diu viuit. Compu-* 2

trescent pisces sine aqua, & morietur in situ. Claustral is dam
 est in claustro bene ordinato habet verba Diuina Scriptura,
 quibus vita spiritualis ipsius conservatur, cum autem discur-
 ris per mundum aqua ista mutatur in sanguinem scilicet in
 verba secularia, & sic occiditur. † Corrumunt enim bonos
 3 mores colloquia prava. Abel egressus in agrum occisus est, si-
 mili accidente claustral i e claustro egredienti. † Claustrales
 4 inquieti sunt sydera errantia, de quibus legitur in Canonica
 Iude. Sydera vero ista errantia aliquando sunt sydera cadē-
 tia, postquam enim discurrendo per mundum delicijs mun-
 danis affueverunt, & asperitas Religionis eis in desuetudi-
 nem venit, redeuntes ad claustrum claustral is vita asperi-
 tatem sustinere non possunt, & apostate fiunt, cadent stella
 de Calo, stella de Calo cadit cum claustral is calestem con-
 versionem deserens ad saculum reddit. Etenim quemadmodū
 5 in seruis, & fugitiuus, & erro inuenitur, & in militibus de-
 sertor, & emansor, ut cap. antecedenti diximus, † ita & in
 Monachis, vel Religiosis, & fugitiui, & apostatae reperiun-
 tur, † quādo enim Monachus corpore Religione abscesser-
 6 it, animo tamen redeundi ad propriam, vel ingrediendo
 aliam, vel quando propter libidinem, aut Superiorum ni-
 miam seueritatem per mundum vagatur animo supradicto
 non est vere Apostata, sed fugitiuus, & vagus, quia nunquam
 habuit animum recedendi à Religione saltem in genere ut
 per Abbatem, Ioannem Andræam, & alios in cap. fin. de Re-
 gular. Nauar. lib. 1. consi. de apost. conf. 1. nu. 7. par. 2. Farina.
 de heresi quæst. 182. S. 6. nu. 82. verf. limita tertio cum alijs
 ab eo traditis, Leonardus Duardus in comment. in Bullam
 7 Cœna Domini lib. 2. can. 1. quæst. 17. nu. 7. & 8. † vbi nu. 29.
 asserit quod licet nō omnis vagus, & fugitiuus dicatur apo-
 stata, tamen omnis apostata dicitur vagus, & fugitiuus, &
 potest esse exemplum quod quemadmodum fugitiuus est
 magnus erro, erro vero est pusillus fugitiuus, & desertor est
 magnus emansor, & emansor est pusillus desertor, ut dixi-
 mus supra, † ita & apostata est magnus fugitiuus, & fugiti-
 uus est pusillus apostata, vnde certa videtur posse stabiliri
 8 conclusio. Si

De Monacho fugitiuo Cap. XXI. 453

Si animo vagandi, & postea ad Religionem redeundi fugis, eris fugitiuus, si eo animo cares eris apostata Caieta 2.2.
quæst. 12. art. 1. dub. 2. & ibi Bañes, & Aragon. Valentia. disp.
1. quæst. 12. punct. 1. Læsius lib. 2. cap. 41. dubit. 15. num. 109.
Rodriguez quæst. regula. 10. 1. quæst. 30. art. 1. Sanchez lib. 6.
Sūma cap. 8. nu. 2. † At vero Suarez tom. 4. de Religi. tract. 8.
lib. 3. cap. 1. nu. 21. Et cap. 2. nu. 14. contrarium existimat scilicet fugitiuum, breui termino animo redeundi, esse fugitiuum, apostatam vero qui fugit animo diu cōmorandi, quia diurna cōmoratio moraliter habetur pro perpetua. † Probat suam sententiam primo auctoritate Innocen. Panor. & aliorum in cap. vli. de renunciat. Et in cap. intellectimus de astate, Et qualit. ordin. Secundo quia hi plectuntur tanquam apostatae. Tertio quia Clericus in sacris constitutus si dimisso habitu seculariter viuit est apostata etiamsi habeat animū reassumendi habitum. Quarto quia ad veram retractionem nō est necessarius animus absolutus nunquam redeundi, sic est apostata qui retrocedit à fide, & qui peccat mortaliter à gratia Dei cadit licet habeat animum ad eā redeundi. Quāta autem debeat esse mora relinquit Suarez prudentis arbitrio, & sententiam hanc iuvant D. Antoninus 2. parte tit. 12. cap. 6. Et 3. parte tit. 16. cap. 5. S. 3. Tab. ver. apostata quæst. 14 nu. 17. & ibi Armil. nu. 6.

Contrarium defendit P. Ferdinandus de Castro Palao in suo opere morali parte 3. tract. de voto Relig. obedi. disput. 4. punct. 16. ea nixus ratione quia alias non inueniretur distinctio inter apostatam, & fugitiuum, † & ad primū Suarij argumentū respondet impropriè, & latè modo appellari apostatam fugitiuum cū animo redeundi. Ad secundum reputari apostatam in fuga perseverantem, & tanquam talem plectendum, non quod reuera talis sit, & in foro conscientiae si eum animum habet non incurrit pœnas. Ad tertium fatetur dimissionem habitus tanto tempore, vt secularis videatur, efficere, vt apostata ab Ordine videatur, non verò à Religioso statu quæ apostasia cōsistit in recessu ab obedientia, vnde cum hæc debeatur in perpetuum, & per totam vitam

cam non est censendus apostata si animum habet intra tempus reuertendi, secus in apostasia ab ordine quæ ex dimissione habitus prouenit, nam cū in signum ordinis deferatur, eo dimisso cessat signum absolute, & simpliciter absq; eo quod opus sit in perpetuū dimiti. Ad quartum respondet diuersū esse in fide, & gratia, quia cum non respiciant tempus integrè, & completè vnicō instanti deperduntur, secus in statu Religioso qui respicit tempus totius vitæ, & promissam toto eo tempore subiectionem, vnde non potest dici completere retrocedere si habet animum redeundi intra limitatum tempus. † Quidquid sit negari non potest graue peccatum esse Religiosi fugam, peccat enim contra iustitiam ledendo ius Superioris, tum contra Religionem transgrediendo votum obedientiæ cum sit interdicta fuga à Concilio Tridentino *eff. 25. cap. 4. de regula.* † Vnde grauiter conqueritur de suo tempore D. Bernardus *de modo bene viuen.* serm. 66. vbi ait: *Lapides sanctuarij designant Religiosos viros, qui nūquam debent foris vagari, sed in secreto Monasterij ante oculos Dei semper cōmorari, sed dispersi sunt hodie lapides sanctuarij in capite omnium platearū, lapides sunt dispersi quando viri Religiosi plus desiderant in Palatio Regis versari, quam intra claustrum Monasterij commorari.* Vnde à Beato Ægidio *de oratio.* Sanctos Religiosos quadam ex parte lupis similes esse debere ait *agre è sylua in publicum progrediensibus, nisi magna compellat fames, nec etiam tunc diu harentibus extra syluam.*

- 36 Sunt etiam Religiosi fugitiui, & vagi ab eorum Prælatis requirendi, & cogendi ut ad Monasterium reuertantur, ne vagandi occasionem habentes salutis propriæ detrimētum patiantur *cap. vlt. de Regular. Layman. lib. 4. Summa tract. 5. cap. 13. nu. 7.* Duardus *in comment. ad bullam in Cana Domini lib. 2. can. 1. quæst. 17. nu. 20.* Ferdinandus de Castro Palao, qui plures adducit *d. disp. 4. punc. 17. n. 1.* † & tenentur eum capi facere, & pro modo culpæ punire, nisi scandalum aliquod ex captura Religioni sequeretur, quia bonū Religiosis est semper præferendum bono subditi ex malitia peccantis.

De Monacho fugitiuo Cap. XXI. 455

cantis. † Cessat autē hæc obligatio quoties nulla adest spes
 illos inueniendi, aut reducendi, ac proinde illa diligentia
 de annali inquisitione, quæ in cap. vti. de Regular. præscri-
 bitur non est in vsu, vt afferit Suarez lib. 3. cap. 2. nu. 17. San-
 chez lib. 6. summa cad. 9. nu. 18. Layman lib. 4. cap. 13. nu. 7.
 † Episcopi tenentur si eorum auxilium à Prælatis Regula-
 ribus requiratur, vel si fugitiui in sua Diœcesi scandalosè
 procedant, vel si in eorum capture Prælati Regulares negli-
 gentes fuerint Ludo. de Mirand. 10. 1. manu. Prela. quæst. 51.
 art. 3. Layma. lib. 4. summa trac. 5. cap. 5. n. 7. † Quando autem
 talis fugitiuus ita esset scandalosus, & periculosus, alijs fra-
 tribus, & aptè non posset capi, cogi, vel detineri, ait Sylue-
 ster ver. apostasia n. 10. quod Monasterium nō tenetur eum
 reducere ne alijs noceat, † & iuuat dictum D. Bonaventure
 super Regula q. 14. loquens de istis fugitiuis incorrigibili-
 bus. Quod si Deo permittente aliqui se ipsos eiecerint gra-
 tiæ sunt Deo referendæ, nō quia illi peccauerunt, sed quod
 oues suas à pestifera contagione liberauit. Vnde Aposto. ad
 Galatas cap. 5. utinam. absindantur qui vos cōurbant, sci-
 licet puritatem vestram, pacem, & famam, † si autem spe-
 ratur correctio tenetur Prælatus corrigere, & cogere ad re-
 deundūm cap. à nobis de apost. † Notauit tamen Duardus
 nu. 21. excipi Prælatos Religionis Ordinis Clericorum Re-
 gularium, quos vulgo Theatinos vocant, non enim tenen-
 tur dictæ Religionis fugitiuos inquirere, imò nec cogi pos-
 sunt ad eos recipiendos prætextu quarumcunq; litterarum
 Apostolicarum nisi eiſ specialiter priuilegijs dictæ Religio-
 nis derogatum fuerit.

Quæri hic potest an dicatur apostata is qui fugit à Reli-
 gione ingrediendo aliam inualidè. † Cōmunis est sententia
 negatiua eo quod non deseritur Religiosus status, vt sic, sed
 in particulari, & absolutè non relinquitur, sed commutatur
 in alium, & licet non sortiatur effectum, tamen animus est
 viuendi sub illa Religione, tenent ita Sylvester ver. Religio
 quæst. 4. & ver. apostasia quæst. 4. nu. 9. & ibidē omnes Sum-
 mistæ Caieta. 2. 2. quæst. 12. artic. 1. vbi Aragon dub. unica.
 Bañes.

Bañes. *dub. 1.concl. 4.* Valentia *disp. 1. quæst. 12. punc. 1.* Azor
tom. 1. Instit. mora. lib. 12. cap. 17. quæst. 7. Rodriguez *tom. 1.*
quæst. regula. quæst. 30. art. 1. Lessius *lib. 2. de restitu. cap. 41.*

26 *dub. 13. nu. 102.* Sanchez *lib. 6. summa cap. 8. nu. 8.* † Contraria
 sententiam existimat veriorem Ferdinādus de Castro
 Palao vbi supra *punct. 17. nu. 7.* Primo quia recedendo à Religione licet aliam ingrediatur propriè est fugitiuus, qui se subtrahit ab obedientia debita, vnde si animo nunquam reuertendi egrediatur erit apostata. Secundo quia eo recessu recedit omnino à religioso statu, quia à Religione in qua verè est professus quātum est ex sua parte recedit in perpetuum, aliam autem non assumit verè, & propriè, sed solum apparenter, alijsque pluribus rationibus hanc sententiam confirmat.

27 Pro fugitiuo quatenus talis est nulla est pœna, nec censura ipso iure lata, vt inquit Suarez *tom. 4. de Religione trac. 8. lib. 3. cap. 1. nu. 10.* Nauar. *2. de Regular. nu. 61.* † benè verò ob dimissionem habitus, vel recessum ad studia sine licentia, vt *in cap. 2. ne cleri. vel vauen.* † Similiter ob id quod vagans, & monitus intra quindecim dies non redeat, vt in *Extrauag. 1. de Regular.* Neque in *Extrauag. Pauli IV. incipiente Diuina bonitas* loquitur de alio, quam de apostata. Nec verba generalia, *recedere, dimittere, deficere* verificantur in fugitiuo, sed in apostata, vnde censet Sanchez *d. lib. 6. summa cap. 8. nu. 11.* excommunicationem, aliasque pœnas appositas aduersus recedentes à Religione Societatis Iesu in Bullis Pauli III. Pij V. & Gregorij XIII. solos fugitiuos apostatas compræhendere, non eos fugitiuos qui recedunt animo reuertendi. Sed & de aliquibus pœnis quibus plectūtur fugitiui, qui absq; Prælati licentia etiam aliam Religionem ingrediuntur vidēdus Rodericus *quæst. regula. tom. 1. quæst. 30. art. 8.* Et 9. vbi qua pœna puniantur dictos fugitiuos recipientes tractat. † De pœnis verò apostatæ latè idem P. Ferdinandus de Castro Palao *d. punct. 16. nu. 10.*

31 Circa expensas dicēdum est teneri Religionem soluere eas, quæ factæ sunt pro reductione in Monasterium, vt probat.

De Monaco fugituo Cap.XXI. 457

bat Sanchez lib. 6. summa cap. 9. nu. 22. exemplo expensarum factarum in reductione serui ad dominum , cum tendant ad utilitatem Monasterij, † secus in alijs ad quas nō tenetur Monasterium, cū nec pater filium, nec maritus uxorem alere teneatur,cum iniquè eorum consortium fugiunt Ferdinand de Castro Palao d.punc. 17.nu.vli. † Sed & de penis cooperantium ad fugam, vel apostasiam vide eundem punc. 18. vbi latè , doctèque materiam examinat. † Et an Prælatus vbiq; idest in alieno territorio possit capere suum fugitiuum tractat Rodericus d. q. 30. art. 6. Nauar.in cap. multum 18.q. 1.nu.50. & respondet affirmatiè arguento eorū quæ diximus de dominis qui seruos suos fugitiuos, vbiq; capere possunt. Claudio verbis Franchi Abbatis 10.6. de gratia Dei. Maria, inquit, secreti amica, quietis studiofa,in cubiculo assidua,in publico rariſſima tumultus oderat, occursus fugiebat, ne sapius visa eſi non conscientia,vel fama maculam cōtraheret quam raro effugit qui ſe turbis hominū ulro immergit. Audiant Virgines, audiant cœnobialis paleſtra professores qui professionis immemores, & quietis impatientes per Prouincias,per Castella, & Oppida discurrunt, & simulata utilitate Ecclesia ſue, ſed reuera prodita ſalute anima ſue tumultibus hominum, & cæno ſeculariū actionum contra habitus ſui reuereniam imprudenter ſe immergit. Sed quid seruis Christi cum cæno mundi? Quid ciuibus Cæli cum inquilinis ſaculi? Quid Margarita cum sterquilino? Quid ſolitarius in populo?



VARIAE IVRIS
DISSERTATIONES
IN FORO VERSANTIBVS
valdè vtiles, & necessariæ.

AUTHORE EODEM

DON RAPHAELE
DE VILOSA

Domicello Barcinonēsi, Nobili Aragoniensi, olim in Patrio Gymnasio Vespertino legū interprete, Vicario postea Prætorio Cremonæ, deinde in Senatu Cathaloniæ Senator, in Supremo insuper Regnum Coronæ Aragonum Consilio Regente, & ea retenta dignitate in Mediolani Statu Magno Cancellario, & nunc in Neapolitano Regno de Collaterali Consilio, & Regiae Cameræ Summariae Locumtenente.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODEVNT.



NEAPOLI, apud Nouellum de Bonis Typogr. Archiep. 1674.
SVPERIORVM PERMISSV.

REVERENDISSIMI PATRIS
THOMAE SANCHEZ
E SOCIETATE IESV

Censura super Sexta Dissertatione ex vulgaris in latinam linguam tradutta.

In Vissu Domini D. Francisci Fortezza Matriten Villę, & Curię Vicarij, necnon Abb. Sanctae Iustae in Sancta Toletana Ecclesia Iuridico-Politicam hanc Dissertationem vidi, qua agitur an Lęsz Maiestatis crimen in primo capite sit nex Proregis, & Generalis alicuius (ut dicitur.) Capitanei pro potentissimo Rege nostro in quopiam Regnum Aragonicæ Coronæ subiectorum residentis; quam scripsit Illastriss. Dominus Don Raphael Vilosa, Regis à Consilijs in Supremo Aragoniæ Senatu, & in Mediolanensi Ducatu Magnus Cancellarius: Et posse, immò debere eius imprimendæ fieri facultatem censeo. Tantum enim abest, ut quid sanctæ nostræ fidei, aut bonis repugnans moribus contineat; Ut potius multa inde & grauissima queant hauriri Politico-Christianæ monumenta, in multis maximisque Thema hoc concorrentibus rebus. Quod mira, ac copiosa manans eruditio ne, exactaque rationum energia, Doctorumq; virorum placitis suffultum, id auctori tribuit prærogatiuæ, ut opusculi huius censura in peramplum euadere deberet Panegyricum; breuis nisi approbationis stylus calatum in accensendis Auctoris eiusdem elogij vltro vetaret excurrere. Præter eundum tamen non est, Tractatum hunc et si mole exiguum, magnos nihilominus in seipsum condere doctrinæ thesauros. Eius namq; periodus quæque gema est; linea quælibet, magnus vnio. Tales optabat

plin. in pref. bat quidem libros M. Piso, *The sauros oportet esse non libros*. In hoc planè libro experimur, quod D. Augustinus ait, bonos nempè libros estimari oportere ut animos; nō ex corporis habitu, sed ex spiritus magnitudine, *In ijs qua non mole magna sunt, idem est esse maius, ac melius.*

August. 6. de Trinit.

Culpanda vtique Auctoris modestia nō est, quod imperfectum protestetur ipso Opus hoc. Verius enim affirma-

Plin. lib. 23. cap. 11. ri de eo potest quod Plinius mirabiles eas magnificiens

Pictoriarum artis Magistrorum picturas aiebat, illas nimirum, ultimam licet à suis Auctoribus nō receperissent manum; neminem tamen alium, egregium quamvis Pictorem, fuisse, qui auderet perficere; quod ita imperfecte non ideo promeritis vñquam honoribus fuerint defrudatae, eque ac ceterae, que perfectissime. Quin deformare eas verius fuisset, quam perficeret, si quis tabulis ijs suam voluisset admodumere manum, Illud perquam rarum, ac memoria dignum etiam suprema opera Artificum, imperfectaque tabulas sicut Irim Aristidis, Tyndaritas Nicomachi, Medeam Tymomachi, & Venerem Apellis in maiori estimatione esse quam perfecta. Tractatus sanè huius materias, dignior aut excelsior quam sit, esse nequit.

Eius siquidem Thema sacro sancta veneratio est, que nō Regie tantum debetur maiestati, sed & maiestatis, vt dicam ita, vmbre. Ut materiam proinde sumpsisse dicendus sit Auctor hic, sui equam viribus ingenij, quod unicè suas tunc omnes latè explicat alas cum magnus sibi aperitur, ausisque respondens campus, vt Maternus seu

In Dialog. a. pud Tacit. Quinctilianus potius ait, *Crescit enim cum amplitudine rerum vis ingenij: nec quisquam claram, & illustrem orationem efficere potest, nisi qui causam parem inuenit.* Quod si Reges apud Sacros, Profanosque Auctores, Orbis Terre Dij dicuntur; quo Herclè cultu, quauè habendus veneratione Tractatus iste, qui tam benè Deorum Mundi huius qui Reges sunt tutatur vitam? De eo meliori certè iure Manilius concinat oportet, quam quod de Argo-naui, inter astra nempè locum, eumque non vlti-

vltinum, ac Diuos intermereri, qui in ato omnem in protegenda Diuorum vita colloca to operam.

Mari quod prima cuseurit
Emeritum magnis Mandum tenet acta procellis.

Seruando Dea feda Doso.

Stylus ceterum Dissertationis huiusc in nihilo à Thematis magnitudine degener est. Grauis, altus, expeditus, clarus, acutus, sententijs bonus, sed mirabili potissimum energia constringens, Rethoricaque facundia suadens. Is demum est, qualem in Oratore optabat, designabatq;

Quintilianus, Quæ saxa deuoluit, & pontem indignatur, Quintil. lib.

& ripas sibi facit. Ea defunctos excitat. Apud eam Patria 12. cap. 12.

clamitat, & alloquitur aliquem. Amplificat, atque extollit orationem, & vi superlationum quoq; excitat; Deos

ipso in congressum quoque suum sermonemque deducit.

Æterna laude potissimum dignus est Illustrissimus Do-

minus D. Raphael Vilosa, quia stylum acuerit ad Iusticie,

& Maiestatis tutelam, quibus suis humanis, aut Politicis,

præ diuinis ipsis, posthabitibus affectibus, quibus abripi-

tur sepè animus itaut Patriæ amor recte rationis lumi-

nibus obstruat, vt videre nequeat quid Regi, & Re-

gno debeatur potius quam illi. Dignusque propterea

statuis, æreisque monumentis ijs, quæ Romanæ Togæ

decus promeruit Brutus, cum suos ipsius filios morti

non dubitauit addicere, eo quod Patriæ hostes, & pu-

blicæ tranquillitatis perturbatores essent. Vnde breui

illo, sed multa complexo encomio, eum summoperè

extulit Valerius Maximus, Et exxit Patrem ut Consu-

lem ageret. Has igitur ob caussas, multosque præterea

titulos alios labor hic, non literarij Orbis tantum mere-

tur plausus; sed & libri Auctori ij debentur dignitatum

honorumque cumuli, qui suis respondeant meritis, &

quibus decorare eum noster cepit Rex; tum i vt doctrina

conspicui viri fidique eius subditi solatiū capiant, spem-

que concipient hinc non dubiam, quos sua comitantur

merita, videre se posse nostro hoc seculo (tametsi fer-

reum

Valer. Max.
lib. 5. cap. 8.

reum nonnullis videatur) non modo quicquid de eo in-
quit Posidonius, quod aureum perhibetur, nempe quod
penes Sapientes Regnum suum verum etiam quod penes Re-
ges sint sapientes. Hoc meum votum saluo, &c. Matriti
Pridi Kal. Augusti Aëre Christiani CIJC CLXX.

Thomas Sanchez.

DIS-

DISSERTATIO PRIMA

DE IVRE CIVITATIS.

AN SCILICET IN PRINCIPATV, SE V REGNO

Cathaloniæ, vbi Augustissimus noster Rex salua Regia sua clementia, iudicat per directum, hoc est auditis partibus, possit perduellem Ciuitatem armis expugnatam, ei- que deditam eius arbitrio, vt vulgo dicitur *a mersed, ea* inaudita Ciuitatis titulo, cæterisq; priuilegijs priuare.

S V M M A R I V M.

- 1 *Celsonæ Ciuitatis Cathalonia iterata defectio recensetur.*
- 2 *Eiusdem obsidio, expugnatio, & in potestatem Regis nostri redactio nullis admissis pactis.*
- 3 *Regium Diploma directum Serenissimo Domino Ioanni Austriaco super ditione eiusdem Ciuitatis adducitur.*
- 4 *Pro cuius exequitione discordes sententia inter Senatores Regia Audientia Cathalonia.*
- 5 *Author regium rescriptum consentaneum iuricommuni, municipali, & optima politica offendit.*
- 6 *Victor rebellem Ciuitatem absque causa & cognitione priuilegijs priuare potest.*
- 7 *Imo in pradam potest dare militibus, vbi pulchra Castris Palai verba afferuntur.*
- 8 *Fortuna, ex Seneca, idem ius habet aduersus Imperia, Vrbesque, ac homines, & imperantes.*
- 9 *Victor perduellem Ciuitatem in suam potestatem redactam solo aquare potest.*
- 10 *Solo aquare ex Modestino, & alijs atrum imponere dicebatur.*
- 11 *Socratis, & Iuliani Imperatoris dicta, Vrbes nempe immortales esse.*

Don Raphaelis de Vilosa

- 12 *Contrarium deducitur ex Lycurgo, Seruio Sulpitio, Luciano, Tacito Vrbes videlicet mortales esse.*
- 13 *Ciuitates ob perduellionem mortua amittunt honores, sed priuilegia, quibus potiebantur.*
- 14 *Inducto Ciuitatibus aratro Ciuitates esse desinunt.*
- 15 *Destructa Ciuitates enumerantur.*
- 16 *In Ciuitate armis expugnata, sed arbitrio victoris dedita potest Princeps victimis vitam, sed bona tollere.*
- 17 *Polybij verba ad institutum expenduntur.*
- 18 *Victus victoris nedum subditus, verum sed seruus efficitur.*
- 19 *Elegans Cornelij Lentuli oratio apud Appianum ad thema propositum affertur.*
- 20 *Discrimen adducitur inter deditonem absolutam Vrbis victoris arbitrio, sed illam qua sit pactis admissis.*
- 21 *Lex illa ut captus seruus capientis fiat apud Romanos, sed exteros in viridi fuit.*
- 22 *Probatur id ex Xenophonte, Plutarcho, et Baldo I.C. quorum verba peculia ria recitantur.*
- 23 *Victor qui ad libitum de victimis potest disponere, ritè facit omittendo causa cognitionem.*
- 24 *Summus Pontifex, sed Imperator contra perduelles procedere possunt seclusa causa cognitione.*
- 25 *Quod Imperator in suo Imperio, idem Rex noster in suis Regnis.*
- 26 *Obsidio Harlen, sed expugnatio addiscuntur, eiusq; strages absque causa cognitione.*
- 27 *Idem in Ciuitate Sichen.*
- 28 *Enumerantur Doctores assuerantes requiri causa cognitionem, ubi Ciuitas aliqua perduellis plectenda est.*
- 29 *Contrarium suadetur cum distinctione.*
- 30 *Bellum Florentinum, status mutatio Ciuitatis Florentiae, sed Ducis creatio referuntur.*
- 31 *Comparatio Florentiae cum Celsone de qua sermo.*
- 32 *Deciani traditio affertur qua Imperator absque processu, causaque cognitione Florentinos rebelles punire potuit.*

Dissertatio Prima.

I

- 33 Author iuri municipali Cathaloniæ quo cauetur indicandum auditis partibus cum distinctione respondet.
- 34 Ad puniendum notoriè delinquentem necessaria non est citatio.
- 35 Adducitur Decianus affirmans posse Principem absq; cognitione causa rebelles prerogatiuis suis exiure, maxime quando ex pena dilatione scandalum oriresur.
- 36 Celsone Ciuitatis rebellio adamussim narratur.
- 37 Iacobi Calicij verba ad materiam attinentia adducuntur.
- 38 Ioannes Secundus Aragonum Rex quatuor centum homines Villafranca Paniten. rebelles morte mulctauit.
- 39 Idem in Ciuitate Ilerda, & in Villa de Alcober.
- 40 Victor potest ius adquisitum contra populos viatos pecunia accepta remittere.
- 41 Affertur ad hoc probandum exemplum prefati Ioannis Secundi.
- 42 Probatur consonum rationi Politica rebellem Ciuitatem absque causa cognitione suis privilegijs priuari debere.
- 43 Iteratam rebellionem in ultam relinquere perniciosum.
- 44 Castri Palai, & Petri Ærody ad institutum verba.
- 45 Exitus causa.



Educta Barchinonensi Urbe cum vniuerso Cathaloniæ Principatu ad debitum fidelitatis obsequiu potentiissimi Regis nostri, Celsonensis Ciuitas ad defectionem iterum lapsa, Gallorum admisit turmas, armis Regis nostri acriter resistendo. Id animaduentes Regij nostri Duces, obsidione aliquot mensibus cinctam, validis tandem eam expugnauerunt armis, verumque Dominum, vel inuitani agnoscere, cui nullis admissis pactis se dedere coegerunt Regia inuictaq; arma feliciter moderante Serenissimo Principe Ioanne Austriaco clementissimi Philippi sui nominis IV. meritissimo filio tunc Prorege Generalique in Cathalonia Duce, Heroe ad summa peragenda nato, ut testantur memoranda omni æuo per ipsum facta in

1

2

a 2

Sici-

2

Don Raphaelis de Vilosa

Sicilię, & Neapolitano Regnis, & in ipsa Ciuitatis Barchinonae plusquā annali obsidione nulli secunda, de qua verè dici potest quod de Ostēdana ait P. Angelus Galluccius Societatis Iesu *de bello Belgico* to. 2. lib. 14. pag. 39. fuisse nimirum amplissimum Martis Theatru, & bellicæ scientiæ Academiam cum vix nullus obierit dies toto tempore obsidionis sine intrepidā eruptione, † paulò interiecto tēpore Regium superuenit rescriptum emanatum à supremo Regnorum Coronę Aragonum Consilio datum Matrii die 5. Februarij 1656. in quo sequentia legebantur.

T porque en hauer dada Solsona entrada al Enemigo, y resistidoſe despues con toda resolucion a mis armas, y faltado tan grauemēte a su obligacion natural, no es digna de mi gracia, ni del perdón general, que concedí a la Provincia, y a los que reconocidos de sus yerros solicitaron mi piedad. He resuelto que sin aguardar a los terminos juridicos se le priue, como desde luego la priuo, del titulo de Ciudad, y villa, y tambien de los priuilegios que tenia, siendo mi voluntad no cōseruarſelos mas, pues es conforme a drecho que los pierda, y no los goze la que tan detestablemente ha faltado al vinculo de su natural obligacion, y en pena de su delito dispondreis se le haga notorio, y dareis orden para que assi se execute en la Audiencia, en la Deputacion, y en las demás partes que convenga, y no se de lugar a que en adelante sea tratada ni se intitule Ciudad, ni tampoco Villa.

4

Super exequutione huius Regij rescripti geminæ inter se diuersæ, quia & aduersæ, in Regia Audientia Cathaloniae extitere sententiæ, sentientibus ex Senatoribus quinque Regium rescriptum exequutioni omnino mādandum esse. Reliqui contra, & hi vndecim erant numero, tenaciter affarentes nō posse regiam voluntatem in tali rescripto expressam exequi resistentibus iuribus Patriæ quibus ius dicendum esse per directū, hoc est auditis partibus, manifestè cauetur.

5

Exprompsi in Regia Audientia (Præsidente in ea Excel- lētissimo Marchione de Olias, & Mortara è rerum Status Consiliario iam tūc Locumtenente, & Capitaneo Generali in

Dissertatio Prima.

3

in Regno Cathaloniæ ex Ducibus Generalibus nostri æui
nemini secundo) meā sententiā qua conabar adstruere Re-
giū Diploma vti iuri cōmuni, municipali, & rationi optimæ
Politicæ consentaneū exequutioni mādandū esse. Præcipuū
fūdamentū cui innitebar erat deditio Celsonæ armis, & ar-
bitrio Domini nostri Regis nullis admissis pactis, † quo casu
iuxta iuris cōmunis dispositionē absq; causæ cognitione po-
test victor Ciuitatem priuare honoribus omnibus, & priuile-
gijs quibus fruebatur, ita Felinus *in cap. Rodulphus nu. 37. de*
rescript. Corne. conf. 9 6. licet videatur col. 1. 5 2. tit. 4. Socin.
conf. 4. nu. 1 3. volu. 3. † imò & eam dare in prēdam militibus
ita Baldus *in l. in testamento C. de restam. milit. Felinus in cap.*
dilectus el 2. nu. 4. de simonia, & Castrus Palaus de chari. tract.
9. disp. 5. punct. 4. nu. 28. ibi *Difficultas est an possit, & deceat*
Ciuitatem aliquam dari in prēdam militibus. Respondeo per
se posse, & aliquando conuenire si nimis rebellis fuerit, & in-
iuriosa, ut sic alijs Ciuitatibus sit in exemplum: † Etenim
cum fortuna, vt ait Seneca *epis. 9 2. aduersus Imperia idem*
habeat ius quod aduersus imperantes, aduersus Vrbes idem
possit quod aduersus homines, nihil priuatum, nihil publi-
cum stabile sit, tam hominum, quam Vrbium fata voluantur,
vt homines singulos, ita Ciuitates quoque infamiæ notari,
pēnæ & causa capite minui, hoc est permutationem Status pa-
ti, & internicioni, siue interitui violento subiacent. † Posse
etiam victorem Ciuitatem destruere, & eam solo æquare
sentiunt Barto. *in l. hereditatum D. ad l. Falctdi. vbi etiam*
Alexan. & latius *in l. aut facta S. non nunquam col. 3. D. de*
panis Bald. *vbi supra, & de pace constantia vers. Nos Roma-*
norum, Marta de iurisd. par. 1. cap. 24. nu. 17. Marti. Lauden.
tract. de Principe nu. 1 1 2. † quod vocant pati aratrum, & est
text. capitalis *in l. si vſusfructus 2 1. D. quibus mod. vſusfru-*
amitt. vbi dicit finiri vſumfructum Ciuitati relictum quan-
do passa est aratrum quia habetur tūc pro mortua Innocent.
in cap. grauem de senten. excommu. in glof. in ver. Consiliarios
Bald. *in Authenti. Habita in sexto notabili vers. sed hic qua-*
ritur C. ne filij propatrem Losæus de iur. vniuer. par. 4. nu. 38.

6

7

8

9

10

5

Et 39. non enim immortales esse Vrbes sentiendum est,
 † quidquid dixerit Isocrates in illis verbis : *Homo sceleratus,*
 Et impius forte ante diem obierit, quam penas det malefacto-
 rum, Vrbes autem propter immortalitatem suam, Et à Dijs,
 Et hominibus animaduersiones ferunt, & Julianus Imperator
 in epis. pro Argivis. ibi cum autem Vrbes sint immortales, nisi
 quis recte iudicio mutuas amulationes inter eas sumoverit,
 12 immortales maleuolentia necessario intercedent, † cum cer-
 tum sit illud Lycurgi, fieri quidem potest ut Vrbes male ha-
 bentes in melius mutentur, at cum funditus euertuntur, spes
 omnes publicè intereunt, nam sicut homini viventi spes est ex
 ageritudine cōualescendi, defuncto vero simul omnia tolluntur,
 sic Vrbes contingit fortunam supremam pati cum desolata red-
 dūtur, reuera enim Vrbis mors est, reddi desolata. Sic Seruius
 Sulpitius lib. 4. famili. epist. 5. ad Ciceronem appellat cadaue-
 ra Ciuitatum Ciuitates destructas hisce verbis: *Quare res mihi*
non mediocrem consolacionem attulit volo tibi commemorare
si forte eadem res tibi minuere dolorem possit. Ex Assiarediens
 cum ab Aegina Megaram versus nauigarem capi regiones
 circum circa prospicere, post me erat Aegina, ante Megara,
 dextra Piræus, sinistra Corinthus, qua oppida quodam tem-
 pore florentissima fuerunt, nūc postrata, Et diruta ante oculos ia-
 cent, capi egomet mecum cogitare. Heu nos homunculi indi-
 gnamus si quis nostrum interijt, aut occisus est, quorum vita
 breuior esse debet, cum uno loco tot oppidorum cadauera pro-
 jecta iacent? Vis netu te Serui, cohibere Et meminisse hominem
 te esse nationem. Ciuitates mortuas appellat Lucianus in quo-
 dam Dialogo in hæc verba: *Pudes me Mycenes, Et Cleonas,*
sed omnium maxime Ilium monstrare. Indignationem enim
 tanquam alter grandi loquentia Homerus sat scio mouebis,
 ceterum Et ipsa olim beatæ erant, nunc vero mortua sunt.
 Sed & Vrbis sepultæ ruinas Tacitus lib. 19. annal. de nostra
 insigni alibi à nobis satis (sed nunquam satis) laudata Cre-
 mona loquens, & de Hierosolymis lib. 21. annal. famosæ
 Vrbis supremum diem dixit.

13 Quando ergo Ciuitates intelliguntur mortuæ amittunt
 priui-

Dissertatio Prima.

5

priuilegia Mastril. *de magistr. lib. 3. cap. 4. nu. 38. a.* Fontanel. *decis. 546. nu. 14. to. 2.* Losçus *de iur. uni. d. p. 4. nu. 38.* § 39. Andreas Knichen *Encyclopediacap. 3. nu. 71.* cum enim Ciuitas non induat corpus naturale, & reale, sed fictum, nō potest puniri pena corporis affictiua, sed amissione priuilegij induendi personam fictam Oldradus *conf. 65. in fine*, vnde corruunt priuilegia quae fictæ illi personæ nitebantur, & sic intelligendi sunt Bald. *conf. 263. circa fin. lib. 3.* & Tuschus *conclus. 273. litt. V. nu. 6.* § 7. quando dicunt quod Ciuitas desmit esse Ciuitas propter delictū, & Gothofr. *ad l. si ususfructus 21. D. quib. mod. usus. amit.* (de qua mox) ibi id est solo aquetur iussu Principis, tunc enim Priuilegia sua amittit, secus si hostium incursu.

Inducebatur in Ciuitate aratum, & Ciuitas esse desinebat, vt inquit Modestinus *in d. l. si ususfructus 21. D. quib. mod. ususfr. amit.* Don Antonius Cabreros *de Metu lib. 2. cap. 30. nu. 8.* quemadmodum enim in condenda Vrbe aratro vtebatur iuxta illud Virgilij *lib. 5. Aeneid.*

14

Interea Aeneas Vrbem designat aratro.

vbi plura, & plures adducit Pater Ioan. Ludoui. dela Cerda quibus adde Forcatulum *de Gallorum imperio lib. 2. fol. 9 r.* pag. 2. à cuius curuatura Vrbs dicta est vt ait Pomponius in *Lpupillus 239. §. urb. D. de verb. signi.* & Plutar. in *Romulo*, ita etiam in funditus euertenda Vrbe aratum adhiberetur Seneca *lib. 1. de clemen. cap. vlt.* Ea ratione Templum Hierosolymitanū à Vespesiano exustum, & à Tito Annio Russo in gentis oppressæ ignominiam aratum fuisse testantur Iosephus, & D. Hieronymus. Modum autē quo hæc fiebant explicat Thomas Dempsterus *ad Rossinum lib. 1. antiquit. Roma. in Paralipo. ad cap. 3. tit. Modus condendarum Vrbium. delendarumque, omnino videndus*, cui adde Cœlium Rhodinium *lib. 14. quæst. antiqua. cap. 5.* Horat. *lib. 1. car.* & Ciceronem in *Philip. 1.* ibi ut vexillum tolleret, § aratum circumduceret. Don Ioan. Vela tract. *de penis dilecto. cap. 21. verf. tertio punitur.* † Sic fuerunt destructæ quamplurimæ Ciuitates, vt Cartago de qua loquitur d. l. si ususfructus, ibi,

15

ut

vt passa est Carthago, & vt Zonara^s testatur, decreto Senatus cautum fuit vt solum Carthaginis veluti sacrum esset, & ne cuiquam habitare ius fasq; esset. Albericus quoque sequentes versus de Carthagine refert.

Vrbs bona Carthago cuius non restat imago

Scripta forma Patrum, quod passa fuisset aratum.

Plura Liuius lib. 51. Florus lib. 12. epito. cap. 15. Plin. lib. 15. natur. histo. cap. 18. Orossius lib. 4. cap. 22. § 24. D. August. lib. 3. de Ciuit. Dei cap. 21. Eodem anno quo Carthago, Corinthus quoque euersa fuit à L. Mummio, quod à Corinthis Legati Romanorum appellati sint superbi, & violati essent, qui & serui fuerunt pronuntiati Cicero pro l. Mani. Pater. lib. 10. Florus lib. 2. cap. 6. Idem Byzantijs sub Seuero accidit, bonis eorum publicatis, Vrbe eorum muris, libertate, ac iure Ciuitatis destituta, ac tributaria facta, eiusq; agro Perinthis vicinis donato Xiphyl. in Seuero Zonar. lib. 2. Nicepho. Gregoras lib. 6. histor. vide tradita ab Osualdo ad Donel. lib. 10. comment. cap. 17. litt. D. Fuit etiam destructa eodem modo, & solo æquata Vrbs Mediolani, vt refert Albericus in d. l. si usus fructus 21. De Tuscia tradit Angelus conf. 165. De Brixia, & Bononia referunt Panormit. in cap. dilectus il. 2. de Simonia Carolus de Tapia in repiti. l. vlti. cap. 4 nu. 29. D. de constitut. Princi. De Caria loquitur Vitubrius lib. 1. archiat. cap. 1. de qua asserit solo fuisse æquatam; homines fuisse occisos, & mulieres ad seruitutem redactas. De Carthagine, Bononia, & Brixia loquitur Cacheranus decis. 90. nu. 2. qui verba facit de loco Auxiliani, qui defecit ab obedientia Sabauidæ Ducis, & dedit se Gallis, & fuit postea spoliatus omnibus bonis, de alijs Ciuitatibus refert Petr. Gregor. lib. 25. Syntag. cap. 1. nu. 19. § 20. & latè Valenzuela in discr. stat. § belli par. 1. consider. 2. nu. 40. vbi loquitur de pluribus Ciuitatibus quibus propter hoc delictum fuerunt destructa mænia, vt de pluribus Hispaniarum, & Galliæ, fecisse Galbam tradit Suetonius in eius vita cap. 12.

Dissertatio Prima.

7

chera. decis. 138. nū. 15. & ex Cicerone, Tacito, & Liuio probat latè Hugo Grotius de iur. belli lib. 3. cap. 4. §. 12. affirmans morem fuisse Romanorum in hostium Duces siue captos, siue deditos, vt triūphi die occiderentur, & vt dicebat Arianistus apud Césarem de bello Gallico: *hoc est ius belli, ut qui vicissent ijs quos vicisset quemadmodū vellent imperarent,* & Iustinus lib. 1. ait: *Populus Romanus victis nō ad alterius præscriptum, sed ad suum arbitrium imperare consueuit.* Vnde idem Grotius lib. 3. cap. 8. §. 4. postquam loquutus fuit de rebus corporalibus quæ victori adquiruntur colligit, ergo *Et incorporalia iura quæ Uniuersitatis fuerant sicuti victoris quatenus velit. Sic Alba victa, quæ Albanorū iura fuerant sibi vindicarunt Romani, † & hoc modo venit intelligendus Polybius dum dicit: Qui se dedunt in Romanorum potestatem ij dant primum Regionem qua ipsorum fuit, Et qua in ea Regione sunt Vrbes, viros præterea omnes, ac faminas quæ in Regione, aut Vrbibus sūt, insuper flumina omnia, portus, sacra, religiosa & uniuersim omnia, ita ut omnium domini sint Romani, ipsi autem qui se dediderunt planè rei nullius.*

17.

Omni æuo fuit distinctum se dare cum pactis, & conditionibus, aut sine illis, hanc ultimam puram ditionem vocavit Grotius de iur. bel. lib. 3. cap. 20. §. 49. & in hoc casu cū victus totum se tradat victori, † nedum subditus illius, verū & seruus vocatur. † Est elegans oratio Lucij Cornelij Lentuli apud Appianum lib. 14. *Permittant se, inquit, Carthaginenses arbitrio nostro, ut victi soleāt, Et multi ante, hac fecerunt, videbimus deinde nos, et si quid fuerimus largiti, habebunt nobis gratiam, neque enim fadus dicere possunt, permultum autem interest quando fæderacum illis inimus ut ea ruopant, semper aliquid causabuntur tanquam laſi aduersus aliquam federis partem: nam quia multa sunt dubia interpretationis patet semper perplexandi materia.* At ubi ut deditis abstulerimus arma, corpora ipsa acceperimus in potestatem, tum demum intelligent nihil se habere proprium, dimittent animos, Et quodcumque à nobis acceperint id tanquam de alieno datum libentibus animis accipient. † Mihi

18

19

20

b

nullus

nullus locus ita benè probat discrimen inter ditionem ab-solutam, & eam quæ fit cum pactis, & conditionibus, sicut iste: suadere enim conabatur Lentulus Romanis ut nullam pacem cum Carthaginensibus inirent. Plura ad institutum,

& præcipue an in bellis inter Christianos capti fiant serui capientium pete à Gratiano *discept. forens. cap. 801. tom. 5.*

vbi multa tradit, *Et nu. 21. Et 28.* agit de nostro Potentissi-

21 mo Hispaniarū Rege. † Quam legem ut captus seruus fieret capientis non solum apud Romanos fuisse, verū & apud exterorū constat testimonio Cyri Persarum Regis qui apud

22 Xenophontem sic ait: † *Lex est inter homines perpetua quando belligerantur urbs capta fuerit, cuncta eorum esse qui caperunt, Et corpora eorum qui in Urbe sunt, Et pecunias, ut testantur Aristot. lib. 4. polit. cap. 4.* Huc referendum quod tradit Plutar. in *Alexan.* nam cum iste deuicto Dario exutis armis balneum intrans dixisset. *Eamus in Darij balneum sacerorem pugna loturi, familiaris quidam, minimè per Iouem,*

inquit, Darij, sed Alexandri, fortunam enim victi, Et esse, Et dici bona victoris opportere Tiraquel. in l. 1. connu. par. 1. glos. 1. nu. 48. plura Claudius Cotereus de iur. milit. lib. 2. cap.

24. & conducit maximè ad institutum, quod tradit Baldus in rubr. nu. 1. C. de dedi. liber. tollen. *Contingebat, inquit, quod populus Romanus deduxerat ad extremum quandam Ciuitatem sibi inimicam, Et quod timore destructionis sua ij sine ullo pacto dabant se Ciuitati Roma, per hoc isti redigebantur ad extremam subiectionem populi Romani, Et in iudicijs, Et in alijs causis tractabantur tanquam serui. Quero ergo quid*

hodie esset si aliqua Ciuitas sic se traderet Populo Romano, vel alteri populo libero. Respondeo faceret victor voluntatem

suam de eis, Et tantu vitam non deberet adimere eis, si erant simpliciter hostes, Et non rebelles.

23

Ex his omnibus apparet, quod si victor potest ad libitum volūtatis de victis disponere, nullo modo necessaria est cau-sæ cognitio, cum tunc non secundum suum arbitrium, sed iuxta ea quæ ex processu resultarent, res iudicari deberet. His addenda sunt, quæ in eisdem terminis tradunt Gigas de crim.

Dissertatio Prima.

9

*crim.læsa Maiest. quæst. 6.n.7. Baiardus ad Clarum quæst. 31.
nu. 9. Guazzin. de defens. reorum defens. 1 o. nu. 6. † qui omnes
concludunt quod quādo Pontifex Summus procedit contra
eos qui commiserunt crimen lœsa Maiestatis , & occupant
terras Ecclesiæ , vel Imperij potest procedere absque partis
citatione, quod idem est, ac sine causæ cognitione . † Quod
autē Imperator potest in suo Imperio , potest dominus Rex
noster in suis Regnis, vt ex glo. in can. Adrianus 63. distinct.
& ex Mastrillo ; & Borrello probauit in *dissert. an occidere*
Priore gem sit crimen lœsa Maiestatis in 1. capite 2. arg. pag.
54. quibus addo Parejā de instr. editio. in additio. ad primum,
tomum, Et ad paginam 117. & alios quos, quia res est nota,
omitto. Alias enim sequeretur quod Dux Generalissimus
cui aliqua Ciuitas dedita fuit, non poterit absque causæ co-
gnitione militibus eam munire , quod quam magnū absurdum,
*& quam ridiculum sit, nem̄ est qui nesciat.**

24

25

Hoc iure quod defendimus, vñ si fuimus in bellis Belgicis, 26
post enim lōgam obsidionem Harlen tempore insignis viri
omnibus sacerulis memorandi Ducis Albani, vt refert Bentiuoglius lib. 7. bellor. Belgij pag. 124. col. 2. dedita fuit absolutè,
& statim arma à victis erepta, & Capitaneo Riperda fuit ob-
truncatum caput, vti seditionis auctori, idemque factum fuit
de Lanceloto de Brederode, fuisseque plusquam duo mille
suspensoſ narrat, & Herrera in *Histor. Philippi II. pag. 1. lib.*
15. cap. 6. afferit fuisse tres mille suspenſoſ, & carnifices
adeo fatigatos extitisse, vt nō paucos in flumen abijecerint,
habitatoresque magna pecuniæ summa fuerunt redempti,
† & idem Bentiuoglius lib. 10. pag. 200. col. 2. dixit Principi
Parmæ, gubernante Serenissimo Ioanne Austriaco, deditam
fuisse Ciuitatem appellatam Sichen, & statim obtruncatum
fuisse caput Ducis Præsidij illius, & Pater Famianus Strada
noſtri temporis Historiographorum facile Princeps lib. 9. de
bello Belgico an. 1578. afferit fuisse in flumen abiectos plus-
quam centum, & septuaginta, ex quo videtur non prævia
causæ cognitione, sed ex abrupto pēnas illas luitas fuisse.

26

27

Nō negamus inueniri quamplurimos Doctores afferen-

28

b 2

tes

tes præuiam esse debere causæ cognitionem quādo conten-ditur aliquam Ciuitatem, vel Villam crimen lēsæ Maiestatis commisso, & ipsa affirmat vi oppressam, & armis coactam fuisse ad deditonem, vt sunt Gail. lib. 2. obser. 61. Et lib. 2. de pace cap. 9. à nu. 27. Losæus de iur. vniuer. par. 4. nu. 39. De-cian. tract. crimi. lib. 7. cap. 40. nu. 48. & Afflictus ad Constit.

29 Neapolit. lib. 1. rubri. 101. num. 15. † Hi autem, & si qui sunt similes, loquuntur de Ciuitate, vel Vniuersitate, quæ consilium innuit, vt rebellis esset Domino suo, ab inimicis illius auxilium petendo, vt nobis euenit in Villa Turricellæ dicitur Montegrino, quam quia non inuenimus nostris armis resi-stentem, sed portas aperientem, necessum fuit ad eam pu-niendam, processum formare, & probare, prout me referente, probatum fuit delictum lēsæ Maiestatis commisso consilium generale ad dandam obedientiam inimicis congregando. At quando delictum lēsæ Maiestatis habuit tractum successivum, per multos dies bellum gerendo contra proprium, & verum Dominum, obsidionem sustinendo, arma, & bellatores, seu milites veri Regis destruendo, & in illius vexilla continuo conspirando, tunc non est necessaria probatio aliqua, nec quod præcesserit congregatio, seu delibe-ratio Consilij Vniuersitatis, vt doctè probat Farinacius de delict. Et panis quart. 23. nu. 131. Cachera. decis. 138. nu. 10.

30 Et vnicum sit argumentum pro hac, quam tuemur, sen-tentia quod euenit tempore Inuictissimi nostri Caroli Quinti Imperatoris Ciuitati Florentiæ (de qua re extat celebre ad Institutum Tiberij Deciani consilium 19. in volu. 3.) & hi-storyam refert Paulus Iouius lib. 29. narrans lōgum bellum, ac mutationem status Ciuitatis Florentiæ, & creationem Ducis Alexandri in summa hæc scribens. Quod postquam Cæsar rebellem populum Florentinum perdomuit obsidio-ne ferè annali, Florentini se Ducibus Cæsarei exercitus, ip-sius Cæsar is nomine acceptantibus, dediderūt, ac se in ipsius Cæsaris potestate posuerunt, contentantes sibi iura, ac leges ab eo dari, & Reipublice statum pro eius libito formari. Cæ-sar autem cum tunc absens esset Augustæ Vindelicorum, eos

eos in ditionem recipit, decretique, ac voluntatis suæ diploma ad Florentinos in hunc sensum scriptum transmissit, aureo sigillo munitum, Primo enim exprobat Cesar Florentinis rebellionem obstinatam, fēdam ingratitudinem aduersus priuilegia liberalitatis ab Antecessoribus suis eisdem cōcessā, coactum propterea se fuisse dicebat contra rebellem Ciuitatem arma inferre, & quanquam populum ipsum potuisset militum prēdā diripiendum concedere, clementia tamen suam commotus, & Pontificis prēcibus adductus cōseruare illum voluit. Ex his colligit Decianus *d.responso 19. nu.85.* Ciuitatem Florentiæ fuisse rebeliem Cesarī, sumperunt enim contra Cesarem arma, eius hostes adiuuarunt, obsidionem passi sunt, & bello victi. † In omnibus assimilatur Florentia Celsonæ nostræ præterquam in obsidione, quæ in Florentia vna fuit, in Celsona autem duplex, tanta extitit in habitatoribus obstinatio.

Colligit etiam Decianus *nu.87.* aliam conclusionem, nostrum institutum omnino probantem, videlicet quod ex tali rebellione notoriā, etiam factū permanentis, potuit Imperator absq; alio processu, & declaracione armata manu Florentinos domare, & punire, nulla etiam citatione, aut munitione præcedente, vt tradit Felinus *in cap:cum non ab homine in 1.limita.de iudi.* Et *in cap.Rodulphus in vers.caterum col.11.de rescrip.* & idem tenet Soccin. *conf.4.super quaestione nu.13.vol.3.* vbi dicit quod notoriè Rebelles potest Princeps absque alia condemnatione de factō punire, & ad exequitionem deuenire absque citatione, processu, vel declaratoria sententia, idē tenet Cumā. *conf.153.lib.1.* & Corneus *conf.96. licet videatur col.1.* Et *2.lib.4.*

Dixi etiam supra, non obstatre ius municipale ordinibus per suam Maiestatem datis in dictis Regijs litteris, quanquā enim tritum sit in Cathalonia Dominum Regem salua sua regia clementia esse adstrictum ad iudicandum per directū, hoc est citatis, & auditis partibus, vt ex text. *in usati.* aliud namque tit. *de iur.fisci cum pluribus alijs* probat Anto. Oliba *in commenta.ad dictum usaticum cap.30. num.25.* Cancer. lib.3.

31

32

33

lib. 3. vari. cap. 3. nu. 44. ♂ 111. Ioseph Ramonius *conf. 24.*
nu. 95. ♂ *conf. 37. nu. 273.* Fontanell. *decis. 221. nu. 18. tom.*
1. ♂ *dec. 530. nu. 12. tom. 2.* Berart. *in specu. visit. cap. 4. nu. 41.*
Xāmar de offici. iudi. par. 1. quest. 18. nu. 19. & alij quamplurimi, hoc tamen non habet locum in absolutè deditis, per illam enim dditionem proprio iuri renuntiarunt, & iuri viatoris se submiserunt, præcipuè cum versemur in terminis delicti notorij, quamuis enim nihil tam commune sit apud omnium nostrorum ora, quam in Cathalonia non dari notorium, illud tamen examinans Fōtanella *decis. 530.* à *nu. 21.*
tom. 2. resolut etiam in Cathalonia in aliquibus casibus dari

34 notorium, quos relinquit arbitrio Iudicis, † & quod ad puniendum notoriè delinquentem nō sit necessaria citatio tenet Baroni. *de citati. q. 18. nu. 47.* præcipuè quando est notorium facti permanentis, vt in nostro casu affirmat Hieronymus Tortus *conf. vnioco nu. 30. post Consilia Antonij de Butrio Peregr. de iur. fis. lib. 3. cap. 8. nu. 12.* Carleual. *lib. 1. tit. 2. disp.*
 35 *2. nu. 46.* † & Decianus *tract. crimin. lib. 7. cap. 42. nu. 4. vers.* quinimo affirmans posse Principem absque processu, & sententia priuare rebellem omnibus suis prærogatiuis, præcipuè quando ex dilatione pœnæ potest oriri scandalum, idem sentit Laynez *ad Anto. Gomez. de delict. cap. 1. n. 43.* & elegans *consilium Torniolæ 23. nu. 63.* ♂ 64 vbi refert quod ad hoc vt dicatur notorius rebellis sufficit, quod fortalitium occupauerit per aliquod temporis spatium, & obsidionem sperauerit, † in nostro autem casu Celsona Franciæ armis, nullavī cogente, se tradidit, & illis per sex mensium spatium subdita fuit, nostris armis validam resistentiam fecit, & duas obsidiones sperauit, & in vltima obstinate pugnauit, non modica damna exercitui nostro inferendo, igitur, vt notoria deliquens, absque citatione venit priuilegijs priuanda. † Vtar verbis Authoris Cathalani ex subtilioribus, & doctioribus quos Prouincia, seu Regnum istud genuit. Is fuit Iacobus Calicius *in Margaritta fisci dubio 8. prærogativa 306. nu. 30. infine,* vbi sic ait: *Quia Princeps habet contra populum suum rebellem, vel hostes suos hæc sequentia. Primo quia sunt si vult,*

36

37

*si vult, serui eius qui capiuntur à seruādo dicti I. de iur. perso.
§. 1. Secūdō quia bona eorum confiscantur omnia D. ad l. Iuli.
Maius. l. penul. in fine. Tertiō quia Terra, Villa, vel Ciuitas
potest condemnari ad aratrum l. si ususfructus D. quib. mod.
usus. amittit. Quartō possunt transferri ad alium locum l. certa
forma C. de iur. fis. lib. 1 o. Et ita seruarūt Illustres Reges Ara-
gonum contra Sardos eos ut seruos in Cathalonia transferen-
do, & vendendo, vt uidi fieri tempore Domini Regis Petri
Tertij, & tempore Domini Regis Martini, & idem repetit
in Estrauag. Curia. cap. 7. n. 97. quæst. 206. Hęc Calicius, quæ
fuisse facta sine causæ cognitione nemo est qui dubitet.*

Et si recurrimus ad rerum Aragonensium annales, passim
hæc etiam in nostra Cathalonia inueniemus: tempore enim
Inuictissimi Regis Ioannis, huius nominis secūdi, refert Zu-
rita lib. 17. anna. Arago. cap. 44. ingressum fuisse anno 1462.
Villam Villæfranchæ peniten. ibique varias penas exequi

mandasse, præcipuè mortem quatuor centum hominum,
quæ sine causæ cognitione proculdubio fuit, postea autem
Uniuersitati in communi, & omnibus ut singulis pepercisse,
vidi Regium diploma in Archiuio Regio Barchinonensi in

Regeſtro Gratiarum dicti Regis Ioannis fol. 93. † Idemque Zurita lib. 17. annal. cap. 15.

asserit de eodem Rege Ioanne. Secundo post ditionem absolutam Ciuitatis Ilerdæ noui-
ter iurasse eorum priuilegia, vt potè amissa, præter aliqua-
quæ noluit, vt potè eis pernicioſa, concedere, quod Priuile-
gium vidi etiam in Archiuio Regio in Regeſtro 3. *Gratia-
rum eiusdem Regis fol. 73. datum in Canobio Sancti Franci-
isci eiusdem Ciuitatis die 6. Iulij 1464.* Idemque Zurita re-

fert de quadam Villa vocata Alcober Dominum Regem
aliquos penas affecisse, alios vero condonasse, Villæque no-
men aliud in penam imposuisse, & in his omnibus neque
apud Historiographos, nec apud Regeſtra nulla mentio fit
cognitionis causæ, vel citationis: silent enim huiusmodi le-
ges inter hæc arma, † & solum adnotari vellem etiā in Ca-
thalonia ditionem alicuius oppidi tantum ius in victorem
transferre, vt licitum sit pecuniam accipere pro redimendo

jure

38

39

40

- 41 iure illo quod competit dandi in prædam dictum oppidum militibus. † Sic inuenio decisū à prædicto Serenissimo Rege Ioanne Secundo suo Regio rēscripto *datum in Oppido Palatiū die 28. Septembris 1466. registrato in Itenerum 7. fol. 148.* vbi cum homines Villæ Aquelatæ dictum ius redemissent nouecentum, & viginti florenis auri, dubitatum fuit an tenerentur ad contributionem illorum, hi qui non habitabant prædictam Villam, verum in ea custodita fuerūt eorum mobilia, & personæ, & Dominus Rex in dicto Regio rescripto declarat teneri.
- 42 Dixi tandem esse rationi Status, & bonæ Politicæ conforme priuare absque causæ cognitione Ciuitatem Celsonæ titulo Ciuitatis, & alijs priuilegijs, quibus antea fruebatur, esset enim mali exempli iteratum Maiestatis delictum absque pena omittere, † iteratam rebellionem inultam relinquere, & membra, homines scilicet tam obstinatos, quæ corpus illud Ciuitatis componunt, absque debita punitione remanere. Quotidiè in hoc Regno, seu Principatu experimur nouas Gallorum inuasionses, nullus eis resistet, si experiuntur, impunè hoc fieri posse, idem enim est impunitum hoc delictum relinquere, quod dicere vt præcedat causæ cognitio, adeo enim corruptos mores videmus vt non desint tanto facinori excusationes, quæ licet animum veri, & recti Iudicis vincere nequeant, tamen alias non modicum turbare possent, † & nostro casui adaptari possunt verba supra relata Castri Palai tract. 6. disput. 5. punct. 4. num. 28. Respondeo, inquit, per se posse, *et aliquando conuenire si nimis rebellis fuit, et insuriosa, ut sic alijs Ciuitatibus sit exemplum.* Et vt hanc meam orationem concludam, ne tanto Senatui molestus sim, finio verbis Petri Herodij lib. 7. rer. iudic. cap. 32. qui referens calamitates quas secum trahit absoluta deditio numerat abrogationem Priuilegiorum. Singuli, inquit, dimittuntur, duces castigantur, deletur autem id quod uniuersorum est, arx, urbs, tota, aut muri dumtaxat, aut loci publici, ut forum, balnea, porticus, theatra, fana, aut colonia deducitur, aut iura, iudicia, ludi, suffragia, *PRIVILEGIA* denique abrogantur, fit enim

enim eo pacto ut pena omnibus imponatur, & morie ipsi, & gra-
uior, tamen dum viui se rebus ijs vito suo carere aspiciunt,
quas unusquisq; sibi etiam mortuo seruari cupit, patria, foro,
laribus, sepulchris sacris, atq; monumentis maiorum suorum.
Dixi.

Votis omnium in supremo Regnorum Coronæ Arago-
num Consilio visis, facta consultatione Suæ Maiestati fuit
per ipsam decretū quod rescriberetur Proregi Cathalonizæ,
prout rescriptum fuit, quatenus animaduerteret in Regen-
tem, & alios Senatores qui contraria sententiam tenuerunt,
defecisseq; à propria obligatione, & munere, nec rem hanc
tanti ponderis debuisse tam inconsiderate decidere, nos ve-
ro (quinque scilicet qui hanc sententiam sustinuimus) rem
hanc maturè, & consideratè perpendisse, & sic de regio ser-
uitio optimè meritos. Rescriptum hoc datum fuit Matri-
die 22. Nouembris 1658. signatū Yo el Rey. Vidi D. Chri-
stoporus Crespi Vicecācellarius, Vidi Comes de Robres Re-
gens, Vidi Comes de Albatera, Vidi D. Petrus Villacampa
Regens, Vidi Marta Regens, Vidi D. Michael de Lanuza,
Vidi D. Iosephus de Pueyo Regens, Vidi D. Iosephus Sorri-
bas. D. Didacus de Sada Secretarius. Illud adamussim non
refero ne nomina contrarium sentientium posteritati viua
remaneant, cum obliuioni potius tradi consentaneum sit.



DISSESTITO SECUNDIA

DE IVRE PRAECEDENTIAE.

AN AVTHOR QVI ESENATORIO
 in Cathalonia munere ad Regentis Regiā Cancellariam
 in Supremo Regnorum Coronæ Aragonum Consilio di-
 gnitatem prius fuit euectus, præcedere debeat nobilem
 Don Antonium Ferrer Aduocatum Fiscalem eiusdem
 Sacri supremi Consilij, qui cum gratia vouendi fuerit po-
 stea ei concessa, prius iuramentum præsttit.

S V M M A R I V M.

- 1 Scribarum, & Pharisaorum est omni iure cunctis præcel-
lere.
- 2 Vana, & illaudabilis quibusdam de præcedentia concer-
tatio.
- 3 Ulrici Ducis dictum de respuenda in alios præheminētia.
- 4 Omnia iura Dignitatum, & Ordinum gradus seruari
statuunt.
- 5 Seruius Tullius Ordinum, & Dignitatum discriminem in-
stituit.
- 6 Ex graduum distributione, que in Ecclesia quoque serua-
tur resultat unitas, & concordia.
- 7 Iuris publici sunt quæstiones de Præcedentia.
- 8 De præheminentijs differere licitum est absque ambitionis
labe.
- 9 Quæstiones de præcedentijs grauis sunt præiudicij.
- 10 Facti series adamussim proponitur.
- 11 Controversia de præcedentia e solo Regis nutu pendent.
- 12 In proprijs causis potius voluntatis quam rationis somen-
tas suscipiunt.
- 13 Fundamenta Authoris.

14 Prior

Dissertatio Secunda.

17

- 14 Prior in consequenda dignitate potior in praheminentia.
- 15 Magis honoratus à Principe dicitur qui primo nominatus est.
- 16 Ordo littera designat ordinem precedentia.
- 17 Regentis Sanfelicij verba notabilia recensentur.
- 18 D. Augustini, & Petri Gregorij loca precipua.
- 19 Gratia per verbum fiat absque scriptura perfecta est, & nu. 43.
- 20 Qui dicunt necessariam expeditionem intelligendi, vel ratione probationis, vel utilitatis.
- 21 Ex Socino, & Molina probatur conclusio.
- 22 Refelluntur qui intelligunt de gratijs quibus adnexa est iurisdictio.
- 23 Gratia Principis nec ad probationem requirit scripturā.
- 24 Primo nominatus impeditus, praesertim secundo etiam si possessionem prius acceperit.
- 25 Ex Carena.
- 26 Explicatur cap. tibi qui 12. de rescrip. in 6.
- 27 Idem ex Tapia.
- 28 Idem ex Castillo.
- 29 Idem ex Hermosilla.
- 30 Vbi non est dolus non imputatur negligentia.
- 31 Impeditis non negligentibus subuenitur.
- 32 Decisio Sanfelicis integrè adducitur.
- 33 Impedito omissum pro impleto habetur.
- 34 Pro Authore Romana decisio.
- 35 Alia Sacri Regij Consilij Neapolitani.
- 36 Alia eiusdem.
- 37 Alia Collateralis Consilii.
- 38 Alia eiusdem.
- 39 Regens de Marinis declaratur.
- 40 Et etiam Arias de Mesa.
- 41 Legitimum Authoris impedimentum adducitur.
- 42 Decisio Senatus Cathaloniae.
- 43 Argumentum Data, Privilegii, & Iuramenti proponitur.
- 44 Refellitur.

c 2

45 Ex

- 45 Ex sola signatura gratia est perfecta, & dicitur ius quæsumum parti.
- 46 In Breui Pontificio tempus gratia attenditur.
- 47 Idem in officio Iurisdictionis.
- 48 Gratia stat in lingua Pontificis, testimonium in scriptura, comoditas in exequitione.
- 49 Elegans locus Francisci Mariae Prati I.C. & Senatoris Neapolitani.
- 50 Consuetudo attenditur in hac materia, & n. 52.
- 51 Et secundum quasi possessionem iudicatur.
- 52 Etiam si consuetudo esset contra ius.
- 53 Per binos actus inducitur consuetudo.
- 54 Authori plura exempla suffragantur.
- 55 Primum de anno 1645.
- 56 Alterum de anno 1653.
- 57 Quod peculiari ratione comprobatur.
- 58 Exemplum de anno 1612. adducitur.
- 59 Alterum non parui momenti.
- 60 Regens indistinctè Aduocato fiscali præcedit.
- 61 Qui maior in dignitate, eis posterior, prioritate gaudet.
- 62 Fiscalem præcedit Prototarij, qui Secretarius est in Consilio pro Regno Aragonum, & Insulis Maioricarum.
- 63 Qui habet officium perpetuum præfertur habenti officium per accidens.
- 64 Causa naturalis accidentali potentior.
- 65 Clausula in nostro casu specialis pro Authoro.
- 66 Praeservat ius quod quis habet.
- 67 Et reddit quidquid geritur conditionale.
- 68 Gratia, qua honoris causa conceduntur, non præiudicant quo ad præcedentiam.
- 69 Satisfit authoritatibus contrarium sentientium.
- 70 Regium Decretum in Authoris favorem adducitur.
- 71 Item secundum.
- 72 Ministri ad hanc controuersiam decidēdam nominati recensentur.

Dissertatio Secunda.

19

- 73 Regia decisio pro Authore qua finem cōtrouersia imposuit.
74 Verba Ausonij referuntur.
75 Authoris sensus.
76 Casus nouus occurrit disputādus in Collaterali Consilio.
77 Collaterale Consilium ex quibus componatur.
78 Sex Consiliarij, & hi antiquiores salario fruuntur.
79 Controuersia proponitur.
80 Iuramentum non potest defferri nisi aduenerit Priuilegiū.
81 Priuilegia Regia debent intra annum präsentari ut exequutioni mandentur per Regium Collaterale Consiliū.
82 Decretum irritans inducit formam.
83 Quando lex requirit solemnitatem in actu cum definitio-
ne temporis, remanet ex lapsu temporis.
84 Non potest Prorēx huic defectui dispensare.
85 Interinatio est de iure communi.
86 Quid sit.
87 Fit per Curias ordinarias.
88 In Stato Mediolani per Senatum.
89 In Regno Neapolitano per Collaterale Consilium.
90 Registratio in Registro Gratiarum quomodo fieri debeat.
91 An habeat locum in possessione immemoriali vel 30. anno.
92 Ex cursu temporis præsumitur priuilegium exequitoria-
tum.
93 Hac quomodo sint intelligenda.
94 Sententia super predicta questione.



Tsī Scribarum, & Pharisæorum sit amare pri-
mos recubitus in conuiuis, primas Cathe-
dras in Synagogis, salutationes in foro, &
vocari ab omnibus Rabbi, vt dixisse Saluato-
rem nostrum refert Sacer Euangelista Mat-
thæus cap. 26. † & illaudabilis vanaque visa fuerit omnis de
præheminētia cōcertatio ad latè tradita à Gratiano discep-
tore. 284. nu. 33. & à Regente Donato Antonio de Mari-
nis ad decisionem 446. Reuerterii num. 3. † adeo ut merito
cōmendetur heroica virtus Elrici Ducis Vuertembergensis
qui

1

2

3

qui disputatione de ordine, seu loco in Cōuentu Principum
mota, hanc generosi animi moderatissimam vocem edidit:
Collocetis me sanè post fornacem dummodo efficiamus id ad
quod congregati sumus, vt ex Ioanne Dauth. in tracta. de te-
stament. in Prologo. refert Martinus Rumelinus in disserta.
ad auream Bullam Caroli Quarti Imperatoris par. 3. differ.
1. thesi 1. & de Agricola Tacitus in eius vita: *Procul ab amu-*
lalione (inquit) aduersus Collegas, procul à contentione, &
4 *vincere inglorium, & attiri sordidum arbitrabatur.* † Ta-
men cum omni iure tum diuino, & naturali, tum Pontificio,
& Cesareo cautum sit vt Dignitatum, & Ordinum gradus
exactissimè obseruentur l. vi gradatim 11. l. honor 17. §. ge-
rendum D. de mune. & honor. l. 1. & 2. C. ut dignita. ordo ser-
ue. lib. 1 2. cap. solita de maior. & obedien. Peregr. conf. 8 4. nu.
5 2. Petr. Greg. de Repub. lib. 4. cap. 1 o. per totū † vnde Ordinū,
& Dignitatum discrimen Seruius Tullius Rex instituit teste
Liuius decade 1. lib. 1. ibi, vt quemadmodum Numma diui-
ni author iuris fuisse, ita Seruum conditorem omnis in Ci-
uitate discriminis, ordinumque quibus inter gradus dignita-
tis, fortunaque aliquid interlucet, posteri fama ferrent, † &
graduum distributio vnitatem, & concordiam seruat can. ad
hac 8 9. distinc. In Ecclesia quoque Dei distinctionem gra-
duum, varietatemque officiorum esse debet Paulus Carraria
ad Regulas Iuris Canonici art. 9. quæst. 3. num. 8. iuxta illud
Apostoli 1. ad Corinthios cap. 12. *Si erunt omnia membra*
vnum membrum, ubi corpus? nec dumtaxat laudabilis, sed
& necessaria est ad hanc humanam societatem, & politicam
conseruandam, vt adstruit Decianus respons. 7. num. 1. & 2.
volu. 3. & post eum Ioa. Dominicus Coscia in dissertat. iur.
7 tract. de præcedentia Doctorum art. 2. nu. 1 6. † Ideoque quæ-
stiones de præcedentia iuris publici esse testatur Bart. in l. 1.
vbi quoq; Ioa. de Platea, & Lucas de Pena C. de digni. lib. 1 2.
Reg. Capyc. Galeota magnus I.C. Ducis Sancti Angeli hodie
in Collaterali Consilio Regentis, & Decani Pater cuius non
parua gloria filimu ita sapiētem reliquisse lib. 2. cōtr. 45. n. 2.
Surgent. de Neap. illust. lib. 1. cap. 27. nu. 2. Reg. Capyc. Latro
consult.

consult. 43. tit. 1. Mastrillo de magistra. lib. 5. cap. 4. nu. 2. Valdes de Dignitate Regum Hispania in proem. num. 12. Valenzuela conf. 201. nu. 92. 10. 2. quæ non dependet à partium voluntate, sed vel à iure communi, vel à consuetudine, vel à nutu Imperatoris, vt idem Bartolus ad d.l. 1. § in cap. 1. tit. quis datur Dux, obseruat, † & licitum est absq; ambitio-
nis labo, & superbia de prærogatiuis, ac præhementijs di-
sputare iuxta tradita à Mastrillo d.cap. 4. nu. 1. cum non sit ius-
tum ut contempni quis patiatur l. obseruandum 19. D. de
offi. Praesid. l. 1. ibi, Suaque dignitatis tuenda, § decoris sui
causa D. de postulan. l. obseruare 4. ibi Magni enim facient
Prouinciales seruari sibi consuetudinem istam, § huiusmodi
prærogatiwas, D. de offi. Procons. idque in vtroque foro absq;
peccati labo fieri posse tenent Cassanæ in catalog. glor. mun.
par. 1. consider. 2. § 9. Tiraquel de nobilitate cap. 20. num. 5.
alijque quamplurimi, quos refert, & sequitur Castillo to. 7.
de tertij cap. 41. nu. 27. Quid ergo mirum si de præceden-
tia in hac breui dissertatione disputandum nobis est? † cum
quæstio sit grauis præiudicij Suelues conf. 41. nu. 1. semicent.
1. Puteus decis. 449. nu. 3. Niger Cyriacus controuers. lib. 2.
controu. 201. num. 3.

Vt autem methodice procedamus facti contingentia pri-
mum aperienda est. Cum inuictissimus Rex noster (quem
Deus incolumem pro Reipublicæ bono diu seruet) digna-
tus fuerit nullis præcedentibus meritis, sed suæ ope munifi-
centiæ die 21. Maij 1663. e Senatorio munere in Regia Au-
dientia Regni Cathaloniæ, in Regentem Régiam Cancél-
laria in Sacro Supremo Regnorū Coronæ Aragonum Con-
silio me promouere, die vero nona Junij eiusdem anni, sic-
que transactis decem, & octo diebus, sit quoque dignatus
(litteratura, nobilitate, & doctrina id exigentibus) conser-
re gratiam vouendi in eodem Sacro Supremo, Regioque
Consilio nobili D. Antonio de Ferrer Aduocati fiscalis mu-
nere in eo fungenti, cum hac conditione, quod ex illa gratia
nullum damnum, vel præiudicium tertio resultare posset.
Hic, quia præsens in Curia, statim suum iuramentum præstitit,
quod

quod ego tam breui tēporis spatio ob locorū distātiam præstare nō potui, ac etiā quia per suam Maiestatem mihi iniunctum fuit, vt tanquā Regius Delegatus pro exequutione capit is 59. tractatus Pacis Generalis Pirynęorū accederem ad limites huius Principatus, quare concessa licentia mihi fuit ad iuramentum præstandum in hac Ciuitate Barcinonæ die 27. eiusdē mensis Iunij pēnēs Excellentiss. Marchionem de Castelrodrigo in hoc Regno Proregem virū sūmis laudibus dignum nostri sæculi decus, & ornamentum, Hispanias totas, quia vniuersum Orbem, sui animi dotibus multifariam illustrantem. Hinc orta contentio, an tanquam primo nominatus, & legitimè impeditus ad præstandum antea iuramentum debeam præcedere, an vero Aduocatus Fiscalis, qui licet vltimo nominatus, iurauit tamen prius gratiam vouendi in Supremo Consilio, quæ ei sine tertij damno, & præiudicio, vt dictum est, facta fuit.

11 Non me latet controuersiam hanc præcedentiæ, cum sit inter Regios Officiales, ac Ministros à solo regio nutu pendere, vt plurimis à se relatis tenet Suelues *conf. 4. 1. num. 33. semicen 1.* & ex Mastrillo, Gratiano, Alfaro obseruat Don. Joannes de Castillo *controu.iur.tom.7.de tertij cap.4.nu.47.* & melius *nu.58.* Mynsenger. cent. 1. obser. 62. nu. 15. Molina de Hispan. primog. lib. 1. cap. 24. eleganter, vt solet, Petr. Gregor. de Repub. lib. 4. cap. 10. nu. 2. his verbis: *Solent autem dignitates à Principe posita, tantum ē tandis excellere quantum Princeps constituerit, ē prout iussit ita seruanda cum sacrilegij instar habeatur indignum reputare, quem Princeps dignum existimauerit. l. 3. C. de crimi. sacri. l. sacrilegij 5. C. de dixer. rescrip.* Sicut enim in manu calculatoris summam facit qualem vult calculus locatus, sic Princeps ex populo quem vult ad honorem erigit, vel deprimit. + Cumque in causis proprijs, voluntatis magis, quam rationis sæpe fomēta suscipiantur, vt Philiscum quendā obiurgans Cicero *apud Dionem* obseruat dicens: *Longe aliud est, o Philisce, pro alijs verba facere, quam pro se consulere, nam qua aliis dicimus ea cum à recta, ac integrā ratione proficiuntur, utique vim suam*

Dissertatio Secunda.

23

suam obtinent, verum animus, ubi quis morbus cum occupauerit, obtunditur, ita ut nihil idoneum excogitari possit. Itaque hoc dictum vetus, recte dictum est, facilius esse alios adhortari, quam se ipsum contra aduersarios obfirmare Dio. Casius lib. 3 i. hist. memor est Borrellus summa decis. par. 2. tit. 39. de expe. nu. 26 i. Quo circa quæ hic dicuntur ad regiū animum commouendum solummodo dicta intelligentur.

*Controuersia hæc, quam agitamus, decisa Imperatoris rescripto videtur in l. 1. C. de Consuli. lib. 1 2. ibi Quis enim in uno, eodemque genere dignitatis prior esse debuerat, nisi qui prior meruit dignitatem, cum posterior etiam si eiusdem honoris pratendat auspicia, cedere tamen illius temporis Consuli debeat quo ipse non fuerit, hoc obseruando, eis iterata vice fastigia Consulatus aliquis ascenderit: repititi enim fasces, virtutes sapè meriti comprobant, non augent, quia nihil altius dignitate, & in l. sancimus 4. ibi Ex anteriore tempore prouectionis ordinum sibi metuonterint vindicandum C. eo. † Vnde priorem in assequenda dignitate, potiorem in honoribus, & preheminentijs esse debere colligit Ioa. de Platea in cōment. ad hunc tex. & probat l. 2. C. de Praef. Praet. eo. lib. 1 2. ibi Sit igitur sedes prior ante prouectis, locus conspectior, decernendi, loquendique facultas antiquior cui est splendor adepti Magistratus vetustior. Adebat etiam elegans tex. in l. 1. C. de propos. sacri cubiculi lib. 1 2. in illis verbis, *Vt in sedibus, & in concessu is ordo seruetur quem ordo prouectionis ostēderit sub habitu videlicet ipsis consueto, cum manifesto decretum sit eum esse potiorem qui præcesserit, vel illum subsequi quem recētius probauerit examen.* Tandem dessidium hoc, præuisa veluti hac controuersia ab Imperatoribus Theodosio, & Valentianino decisum fuit in tex. in l. unicuique 7. C. de prox. sacro. scrini. lib. 1 2. hisce elegantibus verbis. *Decernimus ut nemini penitus liceat cum sit posterior tempore, locum precedentis ambire.* Nec modicum iuuat text. in l. 2. ibi *Cum vtraque pars contendit præualet iure qui præuenit tempore C. qui potio. in pigno. ha. Iura quoque Canonica nō modicè suffragantur in cap. 1. cap. statuimus 1 5. cap. cum inferior 1 6. de maior.**

d

5

Et obedi.cap.tibi 12. cap.duobus de rescript.in.6.cap.eum cui
 7.de præben.eo.lib.cap.capitulum 30.de rescrip.can.fin.17.di-
 stinct.cap.si quis iusto de electio.Cicero orat.ad Pisonem. Me-
 cum Quaestorem in primis, Ædilem priorem Praetorem primū
 cunctis suffragijs Populus Romanus faciebat, Et post me cun-
 cta Italia. Me vniuersa Ciuitas non prius tabella quam vo-
 ce priorem Consulem declarauit: meminit Ausoni.inquiens
 Num est hac gloria ignota Ciceroni? Praetorem, inquit, me
 Populus Romanus primum fecit, Consulem priorem. Sentiūt
 ita Romanus conf.298.nu.3.Iason in l.2.S.prius D.de vulga.
 Alber.Bruno de reb.dub.tract. de suu n.12.Ancara.conf.215.
 per totum Tuschus conclus.465.nu.5.tom.6. Collegium Bo-
 noniense in conf. pro Monachis Sancti Benedicti post conf.
 Zabarella Cabedo decis.4.nu.2. Oldrado conf.218.Mastrill.
 de magistr.lib.5.cap.4.nu.9.25.Et 57. Molfes.super consuet.
 Neapolit.par.1.cap.6.num.2.Aponte decis.8.num.2.Fulvius
 Constantius ad l.1.nu.2. C.de Consul.lib.12. Freccia de sub-
 feudis lib.2.tit.Quis dicatur Dux nu.60.Cassane. in catalog.
 glor.mun.par.4.consider.23.Gamma decis.1.nu.4.Et 14. Be-
 sold.de præceden.cap.3. nu.4. Manrique de præceden.Eccles.
 quæst.1.nu.17.Larrea allega.fisc.51.nu.4.Boer.de autor.mag.
 Consi.nu.40.Solorzanus in allega. pro præceden. Supremi In-
 diarum Cōsilij nu.58.Marcus Antonius Surgent.in Neapol-
 illustrata lib.1.cap.27.num.40.Cyrus Mastrillus in eius Cō-
 silio posito inter Consilia Consiliarij de Anna post conf.135.
 in conf.136.nu.42.Et seq.to.2. idem Anna conf.135.nu.3.Et
 4. Aluaro.de coniec.ment.defunct.lib.4.cap.12.nu.14.Valen-
 zuela conf.150.nu.49.Rouit.decis.65.nu.13. Capycius Ga-
 leota in allegat.contro.45.nu.14.Thoro in compend. tom. 1.
 vers. Præcedere an debeat, & alij infra recensendi: t dicitur
 enim magis honoratus à Principe qui primo nominatus fuit
 Bald.in auth.hoc amplius C.de fideico. multis probat Gram-
 mati.decis.64.nu.28.Et seq.quare primo nominatus præfer-
 tur Innocen.in cap.cum dilecta nam.4.de rescript. Thoro in
 compend.decis.to.1. vers. Præcedere an debeat Officialis glos.
 in cap.quorūdam de electio.in 6.Auiles in cap.44.prator.ver.
 plati-

Dissertatio Secunda.

25

platicaren nu. 2. & Sanctus Hieronymus homil. 3. in Euange.
ait, ut quis Consul existeret iuxta ordinem temporum honoris
sui locum teneret, † ordo enim littere designat ordinem pre-
cedentiaz l. generaliter 24. §. quid ergo 17. ibi ordinē scriptu-
ra seruandum D. fideicom. libert. (vbi Angelus refert quod
cum semel vellit Pontifex Maximus promouere vnum de
Ordine Fratrum Minorum in Cardinalem, præcepit in vir-
tute sanctæ obedientiaz dictis Fratribus vt darent sibi nomi-
na Digniorum dicti Ordinis, & fratres dederunt dicta nomi-
na in forma spherica, & circulari, ne posset apparere quis ex
illis primo esset nominatus, ne primus in ordine scripturæ
nominatus censeretur esse dignior, tradit Zabarella post Col-
legium Bononiense conf. 1. nu. 28. post cons. eiusdem) l. quoties
34. D. de usufr. l. qui soluendo 80. D. de hered. insti. glofa in
cap. panult. ver. comminatus de electi. in 6. Menoch. conf. 51.
nu. 15. Peregri. conf. 84. nu. 15. vol. 1. Franchis dec. 138. nu. 1.
& Riccius in addit. ad decis. 144. Tapia decis. 21. nu. 1. Be-
soldus de præcedentia cap. 3. nu. 3. Maçaraten. lib. 1. resol. 81.
nu. 1. qui maximè in præcedentijs est attendendus Aponte
conf. 14. nu. 58. † Sanfeli. decis. 223. in addit. 2. par. 6 par. 3.
decis. 333. nu. 10. vbi sic ait: Nec obstat possessio prius adquisi-
tia, nam dum quis habet concessionem à Principe parum cu-
randum est de possessionis corporalis adquisitione, quia vera
est iuris conclusio quod Princeps ex sola concessione transfert
dominium, 6 possessionem Bald. in l. 1. C. de rer. permul. 6
conf. 295. & in terminis inter Regentes tenet Freccia de
subfeudis lib. 2. cap. quis dicatur Dux nu. 68. Hæc Sanfeli-
cius, quæ cum sint eximij Doctoris, ad obtinendum in hac
cōtrouersia sufficere deberent. † Conducit etiam nō parum
ad hanc nostram assertionem probandam definitio ordinis,
quam ex Aristotele 8. Physicor. & Philone tradit Petr. Gre-
de Repub. lib. 4. cap. 10. nu. 1. omissa quam tradit D. Augusti-
nus de Ciuitate Dei lib. 19. cap. 13. Ordo est parium, dispa-
riumque rerum sua cuique loca tribuens dispositio. Sic enim
ait Tholosanus: Est congrua aliquorum proportio secundum
prius, 6 posterius vel ratione, vel actu, & paulò infra, 6 de-

d 2 bet

16

17

18

26 Don Raphaelis de Vilosa

bet esse in Republica ordo inter homines, qui suo consensu, & mutua colligatione gradatim in uicem sibi cedant, & deferat prioribus, & dignioribus.

Fulcitur nostra sententia decretorijs rationibus, seu potius demonstrationibus, † etenim gratia Principis absque scriptura perfecta censetur, statim atque Princeps suam voluntatem declarat per verbum fiat. Ita de gratia Apostolica censuerunt glos. ad Clement. Dudum §. nos etenim de sepulturis in ver. verbo. Innocentius in cap. constitutus 19. nu. 2. de rescr. Additiona. ibi in Scholio litt. B. Ioan. Andre. in proa. super 8. lib. Decreta in ver. sacro sancta nu. 5. & seq. Panormi in cap. in nostra 32. de rescript. nu. 11. Decius ad rubri. de Constitu. nu. 37. ibique Felinus num. 5. & Ripa nu. 48. vers. quarto infertur, idemque tradit Bald. ad l. humanum 8. prope finem vers. qui dedit in gratijs C. de legibus, & ad l. si qua per calumniam 22. C. de Episco. & Cleri. vers. tu dic, & ad l. vlt. num. 1. C. de commu. ser. manu. Parisius de resig. benefi. lib. 10. cap. 1. num. 1. & seq. & cap. 5. à nu. 2. & loquendo de gratia Principis tenet Angelus ad l. 1. nu. 3. C. de senten. pas. dicens nō opus esse ut Priuilegium Principis reducatur ad scripturam Bossius tit. de Principe nu. 293. Regens Tapia decis. 8. nu. 1. Farina. decis. 628. nu. 6. & 7. in posth. tom. 2. Rota Roma- na in recollect. à Rubeo decis. 218. nu. 7. tit. 1. Cabedo dec. 39. par. 2. Loffred. conf. 31. n. 4. & 6. Solorza. de India. gubern. lib. 2. cap. 13. nu. 3. & 4. in fine Mastrill. de Magistra. lib. 4. cap. 14. num. 44. nouissime pariter, ac doctissime Excellentissimus Praeses, & Praeceptor noster imo cōmunis Don Christopho. Crespi de Valdaura obserua. 5. nu. 293. alijque tam multi, ut ambigi nequeat quin hæc sententia receptissima sit, quemadmodū talem esse testatur Mascard. de probat. conclus. 895. nu. 14. veramq; esse ostendit Pater Frāciscus Suarez de legi. lib. 8. cap. 2.

Desumitur hæc assertio ex Clement. Dudum de sepulturis in ver. in quibus, & ex can. institutionis 25. quæst. 2. & inter alias assertur ratio, quia non est iure cautum scripturam requiri, quam rationem laxiori stylo exornat Suarez d. cap. 2.

nu. 2.

nu. 2. † & ita quæ traduntur gratiam habere illam conditio-
nem, si litteræ expediantur, & ante expeditionem censeri in-
formem, & imperfectam, intelligi debent, vel ratione pro-
bationis, ut scilicet gratia Principis per litteras tantum pro-
bari debeat regulariter, ut colligitur ex verbis Scribentium,
& clarè scripsierunt Mascard. *dé probat. d. conclus.* 895. *nu. 1.*
Valenzuela. conf. 104. nu. 8. vol. 2. & Solorza. *de India a guber.*
lib. 2. cap. 13. nu. 2. Et seq. vel ratione utilitatis, eo quia gratia
quo ad utile, non suffragetur impetranti, si eius litteras non
habet, quemadmodum doctissimè declarat Bartholomæus
Socinus *conf. 41. volu. 3. nu. 3. vers. tertio*, qui loquens de gra-
tia, vel dispensatione dicit illam ante expeditionem littera-
rum non prodesse quidem impetranti, sed illum nihilomi-
nis dici dispensatū, licet dispensatione uti non possit, atque
ita nō impediri substantiam dispensationis, sed exercitum,
quo casu ius alteri postea impetranti non queritur, quo mi-
nus possit prior ille uti gratia post litteras expeditas, quod
idem est, ac dicere per solam nominationem adquiri ius ad
rem Escobar *de nobis proban. quæst. 7. num. 29.* Et seq. † Hanc
Socini declarationem extollit Molina *de primoge. Hispano.*
lib. 2. cap. 7. qui postquam retulit traditionem eiusdem, addit
in hoc sensu intelligenda esse omnia quæ supradixerat ad
probandum ante litterarum expeditionem gratiam infor-
mem, & imperfectam esse, dicens, si spectetur perfectio es-
sentiæ, atque substatiæ gratiam ex solo verbo fiat perfectam
esse, si vero spectetur perfectio formæ atq; probationis, ante
litterarum expeditionem imperfectam censeri, cæterum si
postea litteræ expediatur gratiam censeri perfectam, &
absolutam ab initio. Et hoc sensu intelligenda sunt scripta à
Baldo *ad l. beneficium 3. D. de Conſti. Princi. prima lectura*
nu. 15. qui postquā dixit ex gratia Principis adquiri ius igno-
ranti, addit hæc verba *dico beneficij non exercitij.*

Sed obijci potest firmatam hactenus assertionem locum
habere in gratia cui annexa non est iurisdiction, secus in ea
quæ iurisdictionem coniunctam habet, qualis est illa de qua
controuertitur, ad tradita per Mastrillum *lib. 4. de magistra.*
cap.

20

21

22

*cap. 14. à nū. 34. usque ad 47. Castillo controuers. iur. tom. 7.
de tertij cap. 41. nū. 52. Hermosilla ad Grego. Lopez tom. 1.
pag. 4. nū. 12. cæterique ab ipsis laudati. Verum ab hac sen-
tentia discedit Alexander conf. 107. nū. 5. vers. referunt etiam
ipsi lib. 7. & ostendit Archidiaconum, quem eius Autorem
asseritur, contrarium sensisse, sententiamque Alexandri se-
quutus est Pater Thomas Sanchez de matrimo. lib. 8. disput.
29. num. 6. qui alios eiusdem sententiæ adfert, & iunctis his
quos adlegauit nū. 2. ostendit receptius esse scripturam non
esse necessariam, siue agatur de gratia cui adnexa sit iurisdi-
ctio, siue de ea cui annexa non sit. Quod enim de scripto au-
thentico manu Principis subsignato habetur in l. probatoriais
9. C. de dñer. offic. lib. 12. in qua agitur de officijs, id dicitur
non ad substantiam gratiæ, sed ad probationem, & effectum,
vt scilicet impetrans ad officium impetratum admittatur, &
colligitur ex verbo probatorij, & clarius ex illis, non admitti
ad officia, ita apertissimè sentit Alexander d. conf. 107. lib. 7.*

23 *In quo responso tuetur gratiam Principis, † nec ad probatio-
nem quidem requirere scripturam, (quæ sententia placuit
etiam Decio ad rubr. C. de Confit. nū. 46. ad finem, & Suarez
d. lib. 8. cap. 2. nū. 3. vers. imo) nam respondendo in fine ad d.
l. probatoriais dicit esse speciale in eo text. vt requiratur scri-
tura ad probationem gratiæ.*

24 *Sed quidquid sit de hac sententia, imo etsi fateremur cō-
trariam veriorem, atque adeo in officijs in quibus adnexa est
iurisdictio, siue quæ habent connexam administrationem,,
eum qui prius adeptus est possessionem præcedere primo
electo, seu nominato, quia in eis gratia Principis non perfi-
citur solo verbo, adhuc tamen hæc sententia cum aliqua di-
stinctione intelligenda est, quæ ad rem nostram maximè cō-
ducit quam tradit, contrarias in hac re conciliando Docto-
rum sententias † Julius Cæsar Carena de offic. sanctæ Inquis.
par. 1. tit. 8. §. 3. nū. 23. cuius verba sunt quæ sequuntur. Ego
decisiones has cōtrarias Collateralis Consilij, & Senatus Lu-
sitanie concordarem, ut ha de iure procederent, cum aliquid
potest imputari ei qui priorem datam habet, cur possessionem
non*

Dissertatio Secunda.

29

nō fuerit adeptus. Illa vero habent locum cū nihil potuit imputari vi puta quia prior in data fuerit absens in servitio Regis, ut accidit in causa prima Decisionis dicti Collateralis Consilij, & clarè innuit Larate d. cons. 87. nu. 42. quia ex hoc non poterat dici negligens in adipiscenda possessione videndus Oldradus cons. 218.

Hoc modo scipsum explicat Summus Pontifex in d. cap. tibi qui 12. de rescript. in 6. supra pro nostra sententia adductus, postquam enim statuit primo electum præcedere subiungit dum tamen dolus tibi non possit, vel notabilis negligencia imputari.

26

Hac ratione intelligendus venit Regens Tapia decis. 21. nu. 17. qui licet cōtrariam sententiam foueat: tamen nu. 22. vers. in casu addit: *In casu tamen illius decisionis primo fuit pralatus qui prius possessionē obtinuerat, quia fuerat in mora possessionem capienda, ex quo debet esse illi nocua.*

27

Sic etiam interpretandus venit Castillo contro.iur.tom.7. de tertījs cap. 41. nu. 53. & latius à nu. 57. quidquid dicat invers. adhuc tamen negari non potest: etenim licet recognoscatur per difficilem nostram sententiam, sic tamen concludit Item quod imputet sibi Magistratus, aut Senator prius, aut postmodum creatus, qui sibi de præcedentia non cauit, atque consuluit, & omissit antiquitatem, & pralationem petere, ut ita præcederet, ac si prius possessionem accepisset, quod curare, & consequi facile forsan posset eo tempore quo mādato Regio impeditus ad possessionem actualēm accipiendam accedere non poterat, unde velut tacite videtur iuri suo, & præcedentiā renuntiare qui diligentiam nullam adhibuit ut præcederet, aut absentia ipsi non contradixit, præsue obtulit ut ea sibi nocua non esset, quomodo Fabius de Anna cons. 42. lib. 1. suum clientulum Regentem Aponte strenuē defendit.

28

Hoc etiam pacto perpendendus Hermosilla ad Gregorium Lopezium tom. 1. pag. 4. nu. 12. vbi postquam dixit tenendam esse illorum sententiam qui dicunt præferendum esse eum qui est in possessione, licet alter prius nominatus fuerit, ait: *hoc ideo esse, + quia moroso mora sua nocua esse debet.*

29

30

30 Don Raphaelis de Vilosa

*debet. Sentiunt ergo nobiscum præcipui cōtrariæ sententiaæ assertores eam locum nō habere vbi nulla mora , negligentaue interuenerit, cumq; seruitio regio impeditus tam cito iuramentum præstare nequiui , nullam moram negligentiame me contraxisse dicendum est † iuxta illud Pauli in. in l.non enim 16. D.ex quib.cauf.maio. ibi: Non enim negligentibus subuenitur, sed necessitate rerum impeditis, & pau-
lo infra, ut ita demum restituat si non negligentia, sed tempori-
us angustia non potuerunt liem contestari, & illud Iuliani in
l.si quis Tilio 4. D.eo. ibi. Quis enim dubitauit salua legato-
rum, & fideicommissarum causa militi restitui hereditatem,
quam ob id perdidit, quod Republica causa abfuit ?*

32 Hæc omnia supra tradita non modicam lucem accipient ab adductis per Regentem Ioan. Franciscum Sanfelicium decif.333. nu.11.par.3. cuius verba licet transcribere, quia non ita passim hæc tertia pars præ manibus apud nos habeatur . Nec refragatur, inquit, quod officialis babens adnexam administrationem non dicatur officialis nisi caperit administrare , tamen in facto est aduertendum per me non stetisse quin possessionem adquirerem, nec sui negligens, vel in mora, quinimo pluries in steti, ac paratus extiti ante captam posses-
sionem Galeota, sed facto alterius impeditus fui, ut est notoriū, que mihi obesse minimè possunt, imo integrum ius conseruant secundum communem opinionem, † unde si quis impediatur habetur omissum pro impleto Bald.conf.57.num.3.¶ 4.vers. item alia, consequenter restitutio ei competit qua in pristinum statum reponit etiam in praividicium tertij, qui medio tempo-
re officij exercitium cepit, ut proinde secunda receptio retro trahatur ex quo primus impetrans erat recipiendus. † Ita in Rota Romana decisum per tres conformes sententias reperi in antiquioribus Bisigneti in 6.de consuetudine, quo loco ad fert optima fundamenta, quam decisionem refert, & sequitur Rochus de Curte in cap. fin. de consuetudine sect.4. num.11. vers. per hoc videtur decidi quæstio.

35 Alia pro hac sententia cumulat Larrate omnino vidēdus conf.87.nu.43.per totum in consimili causa precedentia Consiliarij

siliarij de Valdeñieso habentis anterius priuilegium cum Consiliarijs Freza, & Franchis habentibus anteriorem possessionem, & demum refert decisum quod Valdinieso præcedat.

+ Ita etiam fuit decisum inter Consiliarium Gizzarellum,

& Consiliarium de Costantio, qui licet prius possessionem adeptus fuisset, tamen Gizzarellus fuit legitime impeditus

præcessit, ut testatur Fabius de Anna cons. 42. in fine, & per totum examinat questionem an præferatur Regens prius elec-

tus Regenti qui prius possessionem nactus fuit, & pro affirmativa optimè concludit. + Similiter fuit decisum in Colla-

terali Consilio Regem Albertinum ceteris Regenibus præ-

ferri quamvis ante a excentibus data anteriori creatione,

& absentia, imo non obstante quod Priuilegium dicti Albertini infra annum exequitoriatum non fuerit, ex quo erat nullius roboris, ut dicit Regia Pragmatica, testasur Freccia de

subseu. loco supracitato in fine. + Decisum istud fuit in Col-

laterali Consilio inter Praesidentes Masculum, & Petrum de

Ribera, nam hic primo fuit à Catholica Maiestate electus, sed impeditus non potuit illico possessionem nancisci, & e contra

Masculus prius possessionem accepit, & in ea permanebat, nihilominus fuit dictum quod præcederet Petrus de Ribera,

refert Thoro in compen. decistom 2. iuxta præcedere. Hactenus Sanfelicius, quibus addenda sunt quæ habentur in additionibus ad illam decisionem.

Præterea iuxta eundem sensum intelligenda venit tota

Allegatio 30. ex collectis per doctissimum Regentem Donatum Antonium de Marinis, nam præterquamquod in Re-

gno Neapolitano funt expediendæ litteræ exequoriales sine quibus gratia per Regem concessa non subsistit, ut in d.

alleg. 30. nu. 1 o. traditur, & dicit Fulvius Constan. in comment.

ad L. 1. n. 29. C. de Consuli. lib. 1. 2. iuxta quem sensu intelligenda sunt exemplaria illius Regni, adhuc tamen Author illius

allegationis qui est Cæsar Freccia nobiscum transit dum in hæc prorupit verba nu. 13. *In casu de quo agitur*, inquit, *nullum impedimentum pro Regis seruitio, seru mādato, nec pro Republica utilitate, ex quibus difficultas aliqua fieri non debet.*

- 40 Sic etiam se explicat doctissimus Ferdinandus Arias de Mesa lib. 3. vari. cap. 41. qui nu. 30. (licet postea hæsiter) sic ait : *Hac recepta traditio tēperatur si modo primo electus fuit impeditus in Regijs obsequijs propter quæ non potuit noni officij possessionem adepisci, tūc enim iuris, & aequitatis ratione attenta debet preferri posteriori in Data, quamuis possessio nē prius consequeretur arg. l. si quis stipulatus 43. D. ex quib: caus. maio. l. si quis Titio 42. l. Julianus §. vlt. D. eo. l. Seia §. Pamphilio D. defun. instr. multis persuadere conatur Fabius de Anna d. conf. 42. à n. 32. iuxta quam traditionē audio Magistratus Hispanos in similibus controuersijs præcedentiæ obtinuisse ex causa impedimenti in seruitio Regio. † Quid ergo clarius ad rem nostram decidendam ? nullus magis legitime, & decorè impeditus quam ego , quem vix Regentem creatū Delegationis munere Regia Maiestas insigniuit ad rātam rem peragendam sicuti fuit exequutio *capitis* 59. tractatus Pacis Pirynçorū, felici omniū subditorū bono initæ, inter Potentissimum Regem nostrū, & Christianissimū Franciæ testatur Regiū rescriptū, & tradit Don Anto. Io. de Centellas in Disceptatione legali historica super sua præcedētia in Collaterali Cōfilio *confide.* 3. n. 230. vbi ergo mora? vbi negligentia? cum adeo pro legitimo impedimento cōsiderata fuerit Delegatio prædicta, vt statim Sua Maiestas præceperit, vt iuramentum pro Regentis munere in hac Ciuitate Barcinonæ præstarem, cum regulariter in Curia Matri tensi emittendum sit.*
- 41 Apud nos in Senatu Cathaloniæ etiam seclusa distinctio ne impediti pro Regio seruitio , res sine difficultate transit, cum vt testatur Don Acacius de Ripoll *de Regalijs cap. 35.* nu. 112. & 113. iunctis tribus Aulis fuerit decisum atten dendum esse diem nominationis , & non iuramenti in controuersijs præcedētia ortis inter Don Michaelem de Zalbà, & de Vallseca, & Franciscum Sesques , & inter Don Iosephum de Iosa, & Vincentium Hortalà, & in eodem Supremo Consilio inter Don Iosephum de Ferreras , & Benedictum Anglasell , & inter Don Guillelmum Meca , & Franciscum

Dissertatio Secunda.

33

ciscum Corts, & inter Hyacinthum Mirauall, & Iosephum Andreu, & licet aliquo rescripto Regio nouiter hæc res immutata videatur, fuit tamen illud vna tantum parte informante, expeditum.

Sed ut nihil intactum relinquamus, posset per Aduersarium obijci parum mihi prodesse quod dies Datae priuilegij, & non iuramenti quo ad præcedentiam attendatur, cum Datae mei priuilegij sit sub die 16. Junij 1663. Aduocatus autem fiscalis suum iuramentum pro gratia voti prestiterit die 14. eiusdem mensis, & sic semper illum præcedere debere.

Sed ad diluendam hanc difficultatem recurrēdum est ad ea quæ supra diximus, & videtur ad institutum cōpacta tota *decisio 154. lib. 2. Hectoris Capicij Latro*: nam postquam statuit in gratijs à Principe concessis attendi tempus Datae, quia eo ipso quod Rex dicit fiat gratia perfecta dicitur, iuxta Bald. in *I. humanum in fine C. de legi. Et in I. fin. C. commu-*
de seruit. Felin. in cap. Rodulphus nu. 26. de rescrip. Afflic. decis. 253. Franchum decis. 62. nu. 2. Et decis. 326. Et 509. nu. 1.
Io. Vincent. de Anna alleg. 37. & Cabal. resol. cri. casu 148. sic
inquit, † Imo ex sola signatura gratia dicitur perfecta, Et ius
quasitum parti. Sarnen. in reg. de infir. resig. quest. 18. num. 5.
vers. nam nō est dubium Cassado. decis. 4. nu. 2. de caus. pos. Et
propri. Veral. decis. 267. nu. 2. par. 1. Et decis. 88. num. 2. par. 3.

† Rota Romana diuersorum decis. 418. nu. 3. par. 1. quæ n. 7. 45
Et 8. rem nostram confirmat hisce verbis. Et licet Breue, vel
Priuilegium fuerit expeditū sub data posteriori debet tamen
attendi tempus signaturæ gratiæ, Et non Breuis, seu priuilegij
cum non sit de substantia, sed solum ad illius probationem glo.
in can. institutionis in vers. presentia 25. quest. 2. Et in Clem.
dudum, §. nos autem in vers. confecto, de sepult. Gemin. consil.
106. nu. 6. Rota decis. 87. nu. 7. de rescrip. in antiquis, Mohed.
decis. 9. vt lite pendenie. Farina. in posthum. tom. 2. decis. 628.
num. 6. Et 7. & decisum refert Franchis d. decis. 62. Georg.
alleg. 37. Molfes. cons. 15. nu. 4. Mastrill. ad Indul. generale
cap. 7. n. 13. alias decisiones refert Thoro in comp. par. 1. vers.
præcedere an debeat. 46

e 2

Cum-

47

Cumque ambigi poterat an hæc decisio loqueretur de officio habente annexam iurisdictionem subiungit hæc verba: *Quod procedit etiam in officio administrationem iurisdictionis habente, ut decisum refert Camil. de Larrate cons. 87.* ubi alias decisiones cumulat, Regens Constantius in l. 1. C. de consuli. lib. 1 2. Regens Albert. in d. alleg. nu. 68. Freccia de subfeud. tit. *Quis dicatur Dux in fine, Bald. in pralud. fœuda.* nu. 29. Et in cap. 1. quid sit inues. Ioan. Andra. in cap. cum olim de verbor. sign. Angel. in l. officium circa finem D. de rei vindi. Iason in l. quoties nu. 5. Et 30. C. de rei vindi. Et cons. 27. vol. 1. Alexan. cons. 3. lib. 5. nu. 7. Et cons. 187. in fine lib. 2. Gabriel commu. conclus. lib. 3. tit. de emp. Et vendi. conclus. 2. nu. 39. Regens Rouit. decis. 82. nu. 5. Data supplicationis super qua Princeps dicit fiat est attendenda absque aliquo administriculo litterarum, siue adnotationis, Et littera qua postea expediuntur non sunt ad essentiam gratia, sed ad eius probationem. Gomez super Reg. de non iudicando quast. 1. versta- men quo ad essentiam, ubi dicit quod ius tantum in supplica- tione consistit quia littera non dant ius in re, nec ad rem, sed sola ipsa gratia qua licet dicatur informis, tamen illa forma non est de essentia, sed tantum ut dictum est ad probationem.

48

† Alzuedo in l. 2. lib. 5. noua recopila. tit. 7. num. 13. qui dicit quod gratia stat in lingua Principis, testimonium in scriptura, Et commoditas in exequitione. Regens Valenzuela cons. 114. nu. 12. per totum. Ex quibus concluditur quod licet pri- uilegium expeditum sit sub data posteriori, attendendum, tamen est tempus signaturæ gratiæ quod fuit die 21. Maij, & sic multo antequam iurasset Aduocatus fiscalis, quia decein; & octo diebus antequam ei gratia vouendi concessa sit, vnde parum interest quod iuramentum præstiterit ante expeditionem mei Priuilegij.

49

Pro coronide huius nostræ sententiaz facit elegans locus omnino videndus Francisci Mariæ Prati discep. fore. cap. 49. à nu. 30. usque ad finem, ubi ad comprobationem eorum, quæ haec tenus differuimus plura exemplaria Regni Neapo- litani adducit, Et nu. 48. argumentis quæ tradit Constantius contra

contra hanc sententiam satisfacit, roboret præcipuè propositionem illam, quod non ex eo quod iuramentum non præstitit non erit officialis, affirmat enim esse officialē, sed absq; administratione.

Si hucusque dicta aliquam pati videantur difficultatem, adhuc alio urgentiorique medio institutum nostrum probabimus, † nihil in iure certius est quam in materia sessionis locorum, & præcedentiarum consuetudinem attendi. *l. non tantum, ibi, Longa consuetudo in eare obseruata recipienda erit D. de decurio. l. fin. C. de offi. p. r. f. v. r. c. an. Episcopus vbi Præpositus 17. d. fin. Bald. in cap. cum olim per illum tex. de consuet. E in l. obseruare §. antequam D. de offic. Procon. Beboldus de Praced. cap. 3. num. 1. Don Alphonsus de Escobar de Ponti. E Reg. iuris cap. 24. §. 1. num. 99. vbi plures refert Ioa. Domi. Coscia in respon. 1. de praced. à nu. 33. Niger Cyriacus lib. 2. contro. 201. à nu. 168. Decius in cap. clericī à nu. 13. de iudi. Menoch. conf. 51. à nu. 50. vol. 1. E conf. 126. nu. 3. voln. 2. Peregr. conf. 3. lib. 2. nu. 1. Auendaño de exequen. manda. par. 1. cap. 19. nu. 16. Freccia tit. quis. dicatur Comes Mastrillus de Magistra. lib. 4. cap. 14. nu. 1. E dec. 130. nu. 16. seu, vt inquit, Martinus Rumelinus in differ. ad aureā Bullam Caroli Quarti Imper. par. 3. differt. 1. thesi 1. in additio. in iure præcedentia solum ad actus possessorios respiciendum est. † Secundum quasi possessionem iudicandum esse in causis præcedentia tenet ex Zabarella, Menochio, Bursato, & alijs idem Mastrillo d. cap. 14. nu. 4. Cyria. d. controu. 201. nu. 173. consuetudo enim assignat loca sedendi, & ex Baldo idem Mastril. nu. 30. Molfes. ad Consuet. Neap. par. 1. cap. 5. nu. 18. Ioan. Anto. Nouar. in comment. ad. tres posteri. libr. Codicis ad l. 1. C. de Consuli. lib. 12. & est multum efficax, & potens Tiraquel. de nobil. cap. 20. nu. 55. Boer. decif. 55. E de autor. Mag. Cons. n. 68. Ludoui. Rodulphinus tract. de origi. Ducum Italiae nu. 234. E 252. Felix Contelorius quæst. de præcedens nu. 6. E 58. Fabius de Anna conf. 40. quos congerit Castillo d. cap. 41. tom. 7. de tertij. nu. 64. Hermosilla ad Gregor. Lopez. tom. 1. pag. 11. nu. 101. Suelues conf. 71. nu. 1.*

tit. 1.

36 Don Raphaelis de Vilosa

- tit. 1. *conf.* 41. *nu.* 25. *semicent.* 1. Michael Ferro Manrique
in tract. de præceden. Eccles. quæst. 18. *per totam videndus V-*
 52 *lenuela conf.* 34. *ex nu.* 132. *vñq; ad nu.* 183. † & quod magis est etiamsi consuetudo sit cōtra ius Fabius de Anna *conf.*
 40. *nu.* 2. Carena *de offi. Sancta Inquisi. par.* 1. *tit.* 8. *S.* 3. *nu.* 15.
 etenim p̄cedentia potius regulatur à consuetudine, quam
 à iure Cyria. *d. contro.* 201. *nu.* 171. Seraph. *decis.* 964. *nu.* 3.
 sufficit namq; quod consuetudo sit facti, videlicet sic fuisse
 in certis casibus obseruatum Gamma *decis.* 1. *nu.* 13. *E* 14.
 53 Bouadilla *to.* 2. *polit. lib.* 3. *cap.* 5. *nu.* 23. † Hancque consuetudinem induci per duos actus probat ex Mascardo *de pro-*
bat. conclus. 424. *nu.* 16. *cum seqq.* & Gail. *obser.* 3. 1. *lib.* 2. Ioa.
 Anto. Nouar. *vbi supra nu.* 11. *vers.* quæ consuetudo Peregr.
conf. 3. *lib.* 2. *nu.* 3. Rota *decis.* 72. *nu.* 2. Caualca. *dec.* 31. *par.* 2.
 54 Ioan. Domini. Coscia *in respon. de præced. num.* 37. † Si ergo
 non vno aut duplici, sed multiplici actu in nostro Sacro Su-
 premo Consilio decisum fuerit eos qui prius gratiam me-
 ruerunt eis anteponi qui posteriori tempore eam obtinue-
 runt, etsi prius iuramentum, seu exercitium officij adepti
 sint, remanebit assertio nostra non modo iuris cōmunis di-
 spositioni conformis, verum & consuetudine, stylo, obser-
 uantia, vñque tanti Consilij roborata.
 55 Extat primum exemplar anni 1645. quando Dominus
 noster Rex nominavit in Consiliarium pro Regno Valenti-
 no Egregium Comitem de Albatera, & subinde in Regen-
 tem pro eodem Regno Don Petrum Villacampa, & Pueyo,
 qui iuramentum p̄sttit, antequam Comes, orta fuit con-
 tentio quis eorum præcedere deberet. Dominus Rex eam
 dirimit declarando Comitem ante ire, & in sedendo præce-
 dere, & hoc iure hodie vñmūr. † Alterum exemplum est de
 anno 1653. nominavit Sua Regia Maiestas in Consiliarium
 pro Aragoniæ Regno Illustrem Marchionem de Heriza, in
 eodemque decreto, seu signatura concessit votum Don Mi-
 cheli de Lanuza, qui exercebat in Consilio Officium Pro-
 thonotarij, hic quia prius iuramentū p̄sttit, instabat Mar-
 chioni anteponi. At Marchio obtinuit. † Si ergo in duobus
 nomi-

nominatis eadem die, qui primo secundum ordinem scripturæ fuit nominatus, meruit præcedere, licet Prothonotarius antea iusurandum præstiterit, à fortiori hæc locum habebunt in me, qui non vna cum Aduocato fiscali die, sed decem, & octo diebus prænominatus fui. Subsistamus tamen paululum super hoc vltimo quod proposuimus exemplo, inest alia peculiaris ratio quæ nō parum nostrum institutum fouet, non enim solum motus fuit Dominus Rex noster eo quod esset primo nominatus Marchio, sed etiam quia longè distabat gratia voti à gratia facta Marchioni qui fuerat creatus Consiliarius. Si ergo hæc procedunt in Consiliarijs, multo magis in Dignitatibus Regentium quæ sunt illis antiquiores, & ex quibus solis fuit ab initio, & permanxit tot annis formatū nostrū Sacrū Supremū Regiū Consilium, maximè cum certum sit in materia præheminentiæ officiorum considerari antiquius Gamma *decis. 1. nu. 5. Seraphin. decis. 437. nu. 3. Suelues d. conf. 41. nu. 14. semicen. 1.* qui afferit in dignitatibus duplēm ordinem reperiri, vnum prioritatis temporis, alterum maioritatis rationis, vtrunque tamen nostro casui adaptari in comperto est, cum paucis ab hinc annis inuentum sit Aduocatos fiscales novo hoc honore concessio-
nis voti decorari, at dignitates Regentium in nostro Supre-
mo Consilio sunt veluti illius fundatrices.

Tertio loco expendi potest Consultatio facta per nostrū Regium, ac Supremum Cōsilium Suæ Regiæ Maiestati die 18. Ianuarij 1612. super præcedentia D. Andreæ Roig Aduocati Fiscalis dicti Consilij (qui postea ad supremum Vi-
cecancelarij gradum in eodem Consilio fuit promotus) illi etenim fuit concessa similis gratia vouendi in omnibus ne-
gotijs gratiæ, & iustitiæ sicut fuerat concessum Don Petro Sans eius antecessori, huic autem erat concessio facta quod deberet gaudere antiquitate in sedendo, & vouendo sicut Regentes. Per Consilium fuit expositū Suæ Maiestati, quod licet hæc gratia fuerit concessa sicut præcedens, nunquam tamen erat obseruata hæc præminentia dicto D. Petro Sans eum enim præcesserunt Regentes qui post ipsū extiterunt,

& quod magis est ipsum Don Petrum Sans præcesserat Prothonotarius (semper enim in nostro Consilio Prothonotarius præcedit Aduocatum fiscalem, si hic non habet votum) & per Suam Maiestatem responsum fuit dictæ Consultationi quod seruaretur solitum.

Quarto loco aliud exemplum proponendum duximus, quod in se duo continet ad rem nostrā. Mense Martio 1660. nominauit Sua Regia Maiestas in Regentem pro Aragoniæ Regno Don Ludouicū ab Exea, & Talayero, mense autem Iunij eiusdē anni nominauit vno, & eodem decreto, siue signatura pro Cathaloniæ Regno in Cōsiliariū Don Michaelem de Zalbā, & de Vallgornera, & in Regentem Don Josephū Romeu de Ferrer. Euenit quod Don Josephus Romeu primo, deinde Don Ludouicus ab Exea, & ultimo Don Michael de Zalbā iuramentū præstiterūt. Si ergo exercitiū officijs vel iuramenti diem inspicimus iuxta illud erat rēs decidenda, sed contrarium per Suam Maiestatem decisū extitit, præcepit enim vt Don Ludouicus Exea tanquam primo nominatus, ceteris præcederet, & Don Michael de Zalbā tanquam primus in ordine scripturæ præcederet Don Josepho Romeu de Ferrer, & ita videmus practicari. Clarè igitur ex supratraditis colligitur præcedētiā in Supremo nostro Regio Consilio non secundum diem iuramenti, sed iuxta tempus nominationis metiri, hancque obseruatiā tot actibus, seu exempli remanere comprobata, vt optimè asseverari possit consuetudinem hanc alteram legem esse.

Sed nō parum vrget ad institutum quod inter Regētem, & Aduocatū fiscalem Regens præcedere debet iuxta Rubr. *E l. 2. C. vt dignit. ordo serue. lib. 1 2. l. 1. S. et si, ibi, Ut ordinum dignitas salua sit D. de ventr. inspi. cap. 1. ibi, Quia sicut honoris prærogativa letantur, sic eos autoritate fungi volumus ampliori, de offi. lega. in 6. Geminia. in can. Episcopus num. 2. distinct. 17. Decius conf. 1 61. nu. 2. vers. ista conclusio Peregrini. conf. 74. nu. 20. lib. 1. Cassaneus in Catalo. glor. mundi par. 4. consider. 52. vers. octauo consideratur Gamma decis. 1. nu. 52. Menochi. conf. 51. nu. 6. E 56. E conf. 257. num. 3. Gratia. discept.*

Dissertatio Secunda.

39

scept. foren. cap. 111. nu. 75. tom. 1. Don Ioan. de Solorzano in allega. pro *Supremo Indianum Consilio* nu. 53. § 57. Rebus in tract. de dignitatibus nu. 22. § 30. latè, & doctè materialm tractat Don Alphonsus de Escobar de *Pontifi. & Reg. iuris* cap. 24. nu. 119. † & facit cap. *statuimus* 15. ibi, *Et qui maior est ordine, etiam si postea fit receptus, in loco, & parte, recipienda volumus esse potiorem, de maior.* § obedi. Aduocato Fiscal regulariter præcedit Prothonotarius qui est Secretarius in *Supremo Consilio pro Regno Aragonia*, & Insulis Maioricarum, ut supra diximus, nunquam autem venit in mentem alicui Prothonotario velle præcedere alicui Regenti. Nolo recordari, Iudices, de iure concedi præcedentiam libros ædenti, vt per Cyrum Mastrillum *d. conf. 130. nu. 52. Anna d. conf. 135. nu. 2. Riccium in collect. 1440.* in fine Additio. ad Sanfelicum *ad decif. 333. vers. cessabat*, considero siquidem paruam materiam esse tractatum quem de fugitiis edidi Mediolani anno 1650. vt per eum hunc præcedentiaz gradum consequi possem.

Expendi etiam porest quod casus hodiernus concedendi votum Aduocato fiscalis est accidentalis, per accidens enim se habet quod Aduocatus fiscalis gaudeat voto, & sic est Cōsiliarius per accidens, ego vero Regens Ordinarius, & perpetuus, qui autem habet administrationem, & officium perpetuum, præfertur habenti administrationem, & officium per accidens Collegium Bononi. *conf. 1. nu. 10. post consilia Zabarella Menochi. d. conf. 51. nu. 7. Portius conf. 167. n. 94. Lancellotus in conf. præcedentia inter Benedictinos, & Canonicos Lateranenses nu. 61. § 62.* † quia causa naturalis attenditur, non autem accidentalis l. 3. §. 3. vbi Bartolus *D. de tutelis Tiraquel in tract. Linagier* §. 30. glof. 1. num. 20. Menochi. *conf. 51. nu. 28.*

Tandem illud duximus animaduertēdum gratiam nempe vouendi per Suam Maiestatem concessā Aduocato fiscalis fuisse cum clausula. *Que se le concedia esta mersed con presupuesto de que no se hazia ni resultava della daño de tercero.* Quæ clausula facit vt r̄es extra omnē controuersiæ aleam

f

clara

61

62

63

64

65

clara remaneat. Ad quid enim respexit Potētissimus, ac Pijsim⁹ noster Rex quando in hēc prorupit verba, nisi vt meū cuitaret prēiudicium ? illos enim qui iam in possessione existunt, alios qui in posterum in Regentes, & Consiliarios admittendi sunt, nequit afficere, non illos quia semper prēcedent, non istos quia Aduocatus fiscalis eis absq; controuersia semper prēcedet, igitur damnum quod mihi obuenire poterat si Aduocatus fiscalis ante me sedere vellet, prēcauere

66 voluit oculatissimus Princeps. † Prēterquamquod hēc clausula prēseruat ius quod quis habet Castre. conf. 3. i 2. nu. 4. lib.

1. Parisi. conf. 23. nu. 42. lib. 1. Et conf. 20. nu. 18. lib. 3. Puteus

67 decis. 19. nu. 17. lib. 1. † & quod magis rem adiuuat est, quod

hēc clausula reddit quidquid geritur conditionale, adeo vt quatenus inferat prēiudicium perinde sit, ac si actus non fuisset Martha de claus. par. 1. claus. 158. num. 1. Et 2. Hieronymus Leo decis. 38. nu. 13. vers. septimo, Et num. 51. lib. 3.

Quare, quoad meam prēcedentiam, perinde est, ac si hēc

68 gratia facta non fuisset. † Imo cum nullum cōmodum Aduocato Fiscali hēc gratia vouendi afferat, honoris tantūmodo causa facta videtur, idque denotant illa verba *con preeminencias de Consejero*. Gratię autem, siue Priuilegia quæ

conceduntur honoris tantum causa, non prēiudicant alijs quo ad præminentias, & prēcedentiam, vt tenet Felix Cantalorus tract. de preceden. quast. 1. nu. 50. Et 51.

69 Nō obstat decis. 38. Regentis Don Hieronymi de Leon, nec Regentis Tapia decis. 21. nu. 1. cum alijs, quæ ab aduersario adduci possent, omnes enim intelligendæ sūt, nisi pro seruitio Regis impeditus primo nominatus iuramētum tam cito prēstare nequierit, iuxta sensum meliorum iuris cultorum supra allegatorum.

70 Hēc controuertebantur in Suprema Curia Matrii tempore mei ad eam accessus, & Dominus noster Rex pro sua benignitate expediri mandauit decretum directum Supremo Aragonū Consilio sub forma sequenti: † *Hauiendo nombrado por Regente en el Consejo de Aragon à Don Raphael de Vilosa, y hecho despues mersed de voto à Don Antonio Fer-*

rer.

rer Fiscal del mismo Consejo, y mouidose dificultad entre los dos por hauer jurado primero Don Antonio Ferrer, declaro que fin embargo de esto se obserue en este caso lo mismo que se hizo en las differencias que se mouieron con la propriarazon entre el Conde de Albatera, y Don Pedro Villacampa, Marques de Heriza, y Don Miguel Batista de Lanuza, Don Luis de Exea con Don Miguel Zalba, y Don Joseph Romeu que fue preferir los que hauian sido nōbrados primero en las ocaſiones referidas, aunque huiessen jurado los posteros antes. En cuya conformidad se le guardara a Don Raphael la antiguedad desde el dia de su nōbramiento como se hizo en los dichos caſos. En Madrid à 15. de Setiembre 1663. Rubricado dela Real mano de Su Magestad.

At quia in supradicto Regio Decreto allegabatur exemplaria, hinc aduersarius viriliter argumentabatur versari nos in diuersis terminis, & quia erat Nepos Supremi nostri Vicecancellarij acriter pugnabat. Hęc, & vt rei veritas magis cluceret, fuerunt in causa ut Regia Maiestas aliud decretum transmitteret Supremo nostro Consilio tenoris sequentis.

Sobre la dificultad que se ofrecio entre Don Raphael de Vilosa Regente de esse Consejo de Aragon, y Don Antonio Ferrer Fiscal del (a quien hiz e mersed de voto) en razon dela antiguedad, y preferencia respeto de hauer sido nombrado primero Don Raphael, y jurado antes Don Antonio, mande por decreto de 15. de Setiembre del año passado de 1663. que fin embargo de esto se le guardasse a Vilosa la antigüedad desde el dia del nombramiento, como se hauia estilado en otros caſos semejantes, y huiendoseme hecho aſcerca de esto nuevas representaciones por parte de Don Antonio las he mandado remitir juntamente con lo que Don Raphael ha allegado a algunos Ministros de entera satisfacion para cō vista de lo que se les ofreciere, tomar resolucion en la materia, y porque mi voluntad es que en el interim no se dilate la entrada de Vilosa en el Consejo, y que se obserue en quanto a la precedencia lo dispuesto por el decreto referido de 15. de Setiembre, mando que precisamente se execute aſſi, pues esto no preiudica al dre-

cho que tuviere Don Antonio, ni enbaraçera el cumplimiento delo que yo ultimamente tuviere por bien de declarar. En Madrid a 19. de Enero 1664. Rubricado dela Real mano de Su Magestad.

Ministri vero, qui ad hanc decidendam controuersiam, nominati extitere fuerunt. Excellentissimus Dominus Comes de Castrillo de Consilio Status, & Supremi Castellæ Senatus Praeses, Excellentissimus Don Didacus de Arce Raynoso de Consilio Status, Inquisitor Generalis in Regnis Hispaniarum, & Supremi Sancte Fidei Senatus Praeses. Illustrissimus Don Franciscus Ramos del Manzano in vtroq; Iustitiae, & Gratiæ Castellæ Consilio Senator, & Praeses in Supremo Indiarum Consilio, & Reueredissimus Pater Fr. Io: Martinez Ordinis Sancti Dominici de Consilio Supremo Sæctæ Generalis Inquisitionis, & Confessor Domini nostri Regis. Si super qualitate Iudicium reflectis non de precedentia, sed de aliquius Regni Imperio agi credes. Obenignitas nostri Monarchæ.

Re hac apud tam Supremos Iudices tractata, & discussa, tandem in eam venerunt sententiam ut consulerent Suam Regiam Maiestatem mihi spectare precedentiam, ex qua Consultatione emanauit Regium Decretum directum nostro Consilio Supremo Aragonum sub forma sequenti.

En la diferencia que se ofrecio entre el Regente Don Raphael de Vilosa de esse Consejo de Aragon, y Don Antonio Ferrer Fiscal del (a quien hize mero sed de voto) sobre la antiguedad, y preferencia en el Consejo respecto de haber sido nombrado primero Don Raphael, y jurado antes Don Antonio mande por decreto de 15. de Setiembre 1663. que prefiriese Vilosa por los motivos, y exemplares que en el se refieren. Despues en decreto de 19. de Enero de este año aduerti al Consejo haber remitido a algunos Ministros de entera satisfacion las representaciones que se me hauian hecho por parte de ambos en esta materia, ordenando que mientras se tomava resolucion en ella, se executasse lo contenido en el primer decreto, y habiendo oydo a dichos Ministros todo lo que se les ofrecia acerca

Dissertatio Secunda.

43

ca delos exemplares, y razones que se alegan por cada parte, examinando los Decretos, y Consultas en que se fundauan. Tengo por bien del declarar, y mandar que el Regente Don Raphael de Vilosa continue en preferir à Don Antonio, como oy lo baxe, cessando qualquier pretension que pudiera hauer en contrario de esto. Pero en lo de adelante se conservara Don Antonio en la antiguedad de voto que ahora le queda. En Madrid a 7. de Março 1664. Rubricado dela Real mano de Su Magestad.

En tandem finita hæc controuersia in qua non modicum insudauimus, licet enim ut dicebat Ausonius de suo Consulatu: *Nulla est quidem contumelia secundi*: tamen negari non potest, verum etiam esse quod idemmet ibidem ait, *sed ex duobus gloria magna prælati*. Vnde cernuus poteram dicere nostro Principi Regum Maximo, quod idem Ausonius Cesari aiebat *Consulatus hic meus orat ut obnoxiam tibi unicas fieri dignitatem quem omnibus pratulisti, quod quidem fibi imuenit gradus cum charissimo viro Collega meo honore coniunctus, nuncupatione prælatus*.

74

Sed in hac pugna licet vincere sit gloriosum, non indecorum tamen fuisset vinci, semperq; in tam excelsa Senatu etiam ultimum locum occupare inter maximas felicitates, & honores connumerari potest, iuxta illud Pori ad Alexandrum Magnum apud Curtium. Sed nec quidem parum felix sum secundus tibi.

75

Post hæc scripta dum iam prelo mandarentur euenit causus disputandus in Supremo Collaterali Consilio huius Regni Neapolis ad cuius decisionē fuimus vocati ab Excellen- tissimo Domino Prorege Marchione de Velada, & Astorga Dominus Don Felix Lanzina, & Vlloa Preses Sacri Consilij vir omni scientiarū genere, & litteratura conspicuus, sumis titulis à me colēdus, & ego. Res sic se habet. † Supremū Collaterale Consiliū huius Regni cōponitur ex Cōsiliarijs quos vulgo de Capa, y Espada vocant, & ex Regentibus. Consiliariorū nō numerus certus statuitur, quāplures enim sunt quibus hæc gratia cōfertur, qui omnes certis emolumētis parui-

76

77

mo-

44 Don Raphaelis de Vilosa

78 momenti fruuntur. † Ex his autem solūmodo sex, & hi antiquiores salarium habent. Reperiebantur tres ex istis Dignitatibus vacantes per mortem Principis de Chalamar, & Don Ludouici Poderico strenui Ducis belli, & alia ob promotionem Ducis de San German in Cathaloniæ Proregem
79 euecti, † orta fuit contentio inter Don Vincentiū Tutaüla Ducem de Calabrito Supremum Castrorum Præfectum, qui iurauit 2. Aprilis 1644. & habebat Priuilegium expeditum 9. Maij executoriatum 10. Octobris eiusdem anni 1644. & inter Don Franciscum Carafam Ducem Mayræ Tribunum militum, qui iurauit 18. Iunij 1644. obtinuit Priuilegium, sub die 2. Februarij executoriatum 16. Iunij 1644. & inter Don Ferdinandū Goron Capece Galeoto Principem Montisleonis qui iurauit die 27. Nouembris 1643. & obtinuit Priuilegium sub data diei octauæ Ianuarij 1644. & tandem inter Don Marcum Antonium Lenaro rei tormentariæ Præfectum, qui habebat Priuilegium expeditum die 17. Aprilis 1653. & exequutioni mandatum 18. Martij 1670. Regiamque Cedula quæ prescribitur ut antiquitas ei curreret à die expeditionis Priuilegij. Si huiusmodi lites secundum datam Priuilegiorum, & iuramentorum terminandæ sunt nemō dubitat antiquiorem esse Principem Montisleonis iurauit enim die 27. Nouembris 1643. & Priuilegium est expeditum sub die octaua Ianuarij 1644. & sic ante alios supra relatos, sed quia aliqua dicto Principi obijciebantur quæ indigent examine ideo illa inferius tractanda sunt. Decidenda veniebat controuersia inter Don Vincentium Tutaüla Supremum Castrorum Præfectum, qui ut vidimus iuramentum prestiterat prius, & Don Franciscum Carafa Tribunum militum, qui Priuilegium habebat anterius, sed haec non fuit necessaria comparuit enim dictus Don Franciscus, & cessit Don Vincentio locum suum consentiendo quod Don Vincentius intraret in locum Principis de Chalamar, vnde cessauit disputatio, nec postea poterat dubitari secundum locum spectare dicto Don Francisco, etenim respectu Don Marci Antonij Lenaro esse priorem in dubium reuocari non poterat.

Dissertatio Secunda.

45

poterat, quo circa tota difficultas fuit respectu Principis Montis Leonis, qui licet Priuilegium, & Iuramentū haberet priora quam cæteri, attamen ei opponebatur tria. Primò quod possessio fuerit capta vigore rescripti Proregis huius Regni in vim epistolæ ipsi directæ à Preſide Consilij Supremi Italiæ. † At regijs rescriptis 17. Februarij 1635. & 16. Maij 1638. prohibitum est Iuramentum dari, nec possessionem tradi nisi adueniente Priuilegio. Eorum verba hæc sunt: *I conuiniendo que estos ordines se hayan de executar en todo tiempo ha paracido encargar os de nuevo para que en el vuestro se obseruen, y guarden puntualmente sin dar lugar a que se haga contra ellas ni se dispense en ningun caso.*

80

Secundò expendebatur non constare Priuilegium illud Principis Montis Leonis fuisse interinatum, seu ut vulgo dicitur executioni demandatum, vt disponit *Prag. 1. de priuilegijs intra annum praesentandis*, vbi expressè fuit dispositū sub decreto nullitatis, quod omnia regia Priuilegia debeant infra annum praesentari, & quod elapso anno nullius efficiæ valoris, & momenti existant, quæ clausula importat latam sententiam, & inducit nullitatem ipso iure Gratia. *discept. foren. cap. 69 1. nu. 2. tom. 4. Reg. Rouit. in d. prag. nu. 4.*

81

† quia ex dictis verbis annullatius inducitur forma, vt per Bald. *in l. 1. D. de liber. Et posthum. Decius conf. 10. nu. 2. conf. 11 0. nu. 3. conf. 45 5. nu. 6.* & decism in Sacro Consilio huius Regni Neapolis refert Anell. Amat. *conf. 33. n. 12. Apon. te conf. 3. nu. 16. Et 25. Et conf. 5. nu. 33.* Regens Constantius

82

in l. 1. C. de Consuli. lib. 12. nu. 29. Reg. Capycius Galeota contro. 17. Et 18. lib. 1. † quādo enim lex requirit solemnitatem in actu in esse deducto cum temporis præfinitione, ex lapsu temporis remanet omnino nullus, quia videtur requiri pro forma, & conditionaliter Angel. *conf. 36.* Aponte *conf. 3. 5. Et 6.* cum alijs adductis per Gizzarel. *decif. 3. nu. 11.* Regens Capycius Latro *conf. 52. num. 10. vol. 1. Et conf. 80. num. 38.*

83

vol. 2. † Neque poterit Prorex huic Pragmaticæ dispensare, sed indiget Sobrecarta Suæ Catholicæ Maiestatis Aponte. *d. conf. 3. nu. 30. lib. 1. Freccia de subfendis lib. 2. tit. quis dicitur*

84

tur Dux in alleg. pro Reg. Albertino nu. 68. Rouit. d. prag. 1. nu. 5. Galeota d. controu. 17. Latro d. conf. 52. nu. 19. & consult. 80. nu. 38. & decis. 154. nu. 63.

- 85 Imo esse de iure communi hanc interinationem tradit Rebuffus *in l. 1. circa princ. vers. hic est C. de epoch. pub. lib. 10* vbi ait quod priuatus vtens Priuilegio ante interinationem illius factā Iudici Ordinario punitur pena *l. fin. in fine C. de aqueductu lib. 11. Barba. cōf. 26. n. 13. vol. 2. Roui. vbi supra* nu. 3. † Quæ nihil aliud est quam approbatio eius quod Princeps disposuit in vim legis, aut gratiæ Crauet. *conf. 592. nu. 7. Cassane. conf. 39. nu. 69.* & vt ait Craueta *de antiquo tempo. lib. 1. §. 1.* † fit hæc interinatio per Curias Parliamentorum in Francia, vel Iudices Præsidiales, vel Ordinarios prout ad eos diriguntur, † & in Statu Mediolani per Senatum Plot. *conf. 30. nu. 94. Sola ad Constit. Sabau. tit. de Interina. glo. 1. nu. 6.* † & in Regno Neapolitano per Colleterale Consilium.
- 86 87 88 89 90 Tertiò obstat, quod in copia autentica priuilegij quam presentauerat aderat clausula expressa, quod deberet registrari infra certum tempus in Registro delas mercedes sub clausula annullatiua, quæ fuit etiam vna ex considerationibus traditis à Regente Hectore Capyc. Latro *in d. decis. 154. nu. 18. & 40. lib. 2.* super priuilegio Marchionis de Sancto Lucito, de hac registratione non constabat.
- 91 Solū remanet respondere argumento possessionis quam adducebant Aduocati Principis Montisleonis, asserebant enim supratradita locum non habere in possessione immemoriali, vel triginta annorum qualis erat de qua agebatur, iuxta tradita per Menochium *lib. 5. præsum. 131. nu. 42. Pe- regr. de iur. fisci lib. 6. tit. 8. nu. 26. Josephum de Rosa consult. 12. nu. 36.* vt enim diximus supra iuramentum præstitit anno 1643. † & ex cursu tanti temporis præsumi priuilegium exequotoriatum, & cum omnibus circunstantijs scripserunt Barbat. *conf. 26. nu. 15. Plotus conf. 30. nu. 94. Sola ad Constit. Sabau. tit. de Interina. glo. 2. nu. 23.* † Sed hæc omnia procedunt in immemoriali, vel ceteraria, vt tradit idem Rosa nu. 37, in illa vero triginta annorū semper considerabatur initium
- 92 93

tium habuisse, vel ab ipso priuilegio, vel à rescripto Proregis absque eo, vtroque autem casu possessio illa tanquam à principio infecto non erat manutenibilis, & sic iudicatum fuit pro maiori parte primam Dignitatem quæ vacabat per mortem Principis de Chalamar attento cōfensu dicti Don Francisci Garafa esse Excellentissimi Don Vincentij Tutauiula Supremi Castrorum Præfecti, secundam quæ vacabat per mortem Ludouici Poderico spectare dicto Don Francisco Garafa, & tertiam quæ vacabat per promotionem Don Francisci Tutauiula Ducis de S.German spectare Marco Antonio Ianaro, quæ fuerunt decisa die Octobris 1673.



DISSERTATIO TERTIA

SVPER IVRE VOVENDI.

AN SCILICET IN PRINCIPATV CATHALONIAE

Generalis Augustissimi Regis nostri Locumtenens, qui
Prorex vocatur. Votū sum in causis ciuilibus possit emit-
tere non modo cum Senatores sunt in paritate, verum &
in disparitate votorum.

S V M M A R I V M.

- 1 *Stylus Regiae Audientie Cathaloniae in decidendis litibus cum exemplis adducitur.*
- 2 *Proprium Regum officium iustitiam facere.*
- 3 *Apud Habreos, Principes vocabantur Iudices.*
- 4 *Regina Sabe ad Salomonem, & Salomonis ad Deum, vox de facienda iustitia.*
- 5 *David, Job, & alij in Valuis Urbium iudicabant.*
- 6 *De Iudicio Salomonis.*
- 7 *Illusterrimus Don Frāciscus Ramos del Mançano lau-
datur.*
- 8 *Salomonis elogium, seu inscripēio.*
- 9 *De Iudicio Danielis.*
- 10 *De Iudicio Ariopharnis Thuracum Regis.*
- 11 *De Iudicio Alphonſi Regis Aragonum, & Neapolita-
norum.*
- 12 *De Iudicio Theodorici Gothorum Regis.*
- 13 *De Iudicio Caroli Magni Francorum Regis.*
- 14 *De Iudicio Federici Tertiij Imperatoris remissiūc.*
- 15 *De Iudicio Solymani Thurcarum Regis.*
- 16 *De quodam Germano.*
- 17 *Nil different à bello si lites per vim terminarentur.*
- 18 *Iulius Caesar ius dicebat, & Augustus.*

19 Tr-

- 19 Tiberius etiam.
 20 Claudius quoque.
 21 Idem etiam Seuerus.
 22 Et Federicus Imperator.
 23 Et generaliter Imperatores id faciebant.
 24 Iudicium Imperatoris Antonini.
 25 Castella, & Aragonum Reges ius dicebant.
 26 Sed Principes soli non poterant omnibus occurrere.
 27 D. Nicolaus Ioannes Abruscus laudatur.
 28 Ideo Magistratus constituti, & etiam ipsi Ioui finxerunt
 datos fuisse Assessores.
 29 Dictique oculi, aures, & manus Principis.
 30 Iuris Peritorum laudes.
 31 In omnibus Consilijs maior pars preualeat.
 32 Quia præsumptio stat pro sententia plurimum.
 33 Non licet disputare ijs qui dissentunt.
 34 Casus disparitatis votorum adducitur ex Plinio.
 35 Variae sententiae super bac re referuntur.
 36 Vbi adest paritas sententia Papiniani preualeat.
 37 Idem in Supremo nostro Aragonum Consilio respectu Vi-
 ce cancellarij qui est Praesidius, & de alijs Praesidibus.
 38 In Regia Camera Summaria Regni Neapolis obseruantur
 l.inter pares 38.D.de re indic.
 39 Idem favore libertatis.
 40 Alciati sententia.
 41 Refellitur.
 42 In Sacro Consilio Neapolitano olim præponderabat sen-
 tentia Praesidis, nunc nominantur adiuncti.
 43 Adiuncti sequuntur naturam sui principalis.
 44 Unde si sunt Presidentes Regia Camera adiuncti Consi-
 lio non seruatur dispositio l.inter pares 38.D.de re iudi.
 45 Secundum Consilarij Regij sunt associati, seu adiuncti Re-
 gia Camera.
 46 Ratio, apud aliquos, quod illi habeant iurisdictionem de-
 legatam hi vero ordinariam.
 47 Sed impugnatur à pluribus.

50 Don Raphaelis de Vilosa

- 48 Quando causa est inter partes secluso fisco non obseruantur dispositio d. l. inter pares 38.
- 49 In rebus dubijs in odium Fisci esse declarandum tenent multi.
- 50 Publica humanitas est ratio ut pro reo in pari causa ius dicatur.
- 51 Vnde notatum Proverbiū Mineruæ suffragium.
- 52 Actore non probante reus venit absoluendus.
- 53 Favores causareorum.
- 54 Practica Cathalonia est in paritate emittere Proregem votum suum.
- 55 Adducitur exemplum Moysis.
- 56 Probatur ex tex. in l. unica C. Theodos. de rescriptis Prudentum.
- 57 Adducitur casus controvērsia, & Conſti. I. tit. dela Forina de votar.
- 58 Proponitur cap. 12. Curiarum anni 1599.
- 59 Componitur argumentum ex supradictis iuribus.
- 60 Quomodo intelligenda sint illa verba: Quia est Alter nos serueretur solitum.
- 61 Apud nos Prorex appellatur Alter nos.
- 62 Est idem Rex representatus.
- 63 Non obtinet secundum, sed eundem locum Domini Regis.
- 64 Quid obseruatur in Regno Majoricarum.
- 65 Pragmatica illius Regni refertur.
- 66 Ex qua multa emanarunt dubia qua declarantur.
- 67 In illo Regno nunquam extitit dubitatum nisi de casu paritatis, non disparitatis votorum.
- 68 Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.
- 69 Explicatur dictum cap. 12. Curiarum anni 1599. ibi obseruetur solitum.
- 70 Expenditur cap. 22. Instructionum que dantur Proregibus.
- 71 Argumenta quæ nimis probant, nihil probant.
- 72 Leges non respiciunt ad ea quæ raro eveniunt.
- 73 Paritas votorum reddit probabiles ambas sententias.

74 In

Dissertatio Tertia. 51

- 74 In casu paritatis votorum debet Prorēx consulere peritissimum.
- 75 Imperatores consulebant Iurisperitos.
- 76 Quid sentiunt Pragmatici nostri circa hoc dubium.
- 77 Quid sentiunt Doctores exteri.
- 78 Dictio tunc & verba non alias restringunt dispositionem.
- 79 Quando Senatores sunt in paritate informatur Prorēx, non vero quando sunt dispares.
- 80 An Index Ecclesiasticus, sine Ordinarius, sine Delegatus possit in personam Proregis sententiam excommunicationis proferre remissiūc.
- 81 Ratio negativa sententia non est representatio Proregis.
- 82 Idem obseruatur in Vicesgerēte generalis Gubernatoris.
- 83 Qui non habet aqualem representationem etiam si Viceregia procedat.
- 84 Excommunicatio supponit peccatum mortale.
- 85 Proreges tenentur sequi in Cathalonia maiorem partem votorum in materijs iusticie.
- 86 Obseruantia est vera legis interpres.
- 87 Est portio legis cuius est obseruantia.
- 88 Habet eandem vim, ac si esset scripta in lege.
- 89 Quamvis de iure contrarium effetur verius.
- 90 Magis attenditur quam proprietas verborum.
- 91 Efficacior est proximior legi.
- 92 Bini, aut tres actus intra spatium decem annorum sufficiunt.
- 93 Contraria exemplaria fuerunt ante annum 1599.
- 94 Quando obseruantia est varia attenditur frequentior.
- 95 Vel ultimus status.
- 96 Explicatur Constit. i. tit. de forma vouchandi.
- 97 Obseruantia interpretativa solum habet locum in dubijs.
- 98 Si tamen inuenitur lex correcta in aliqua parte ab obseruantia, est huic standum.
- 99 Aliud est videri, aliud esse contrarium.
- 100 Refertur Regium rescriptum directum Excellentissimo Duci de Ossuna.
- 101 Aliud

52 **Don Raphaelis de Vilosa**

- 101 *Aliud rescriptum directum Duci Sessa etiam Proregi:*
102 *Et aliud rescriptum Regia Audientia Cathalonia.*

*Ut omnibus stylis Regia Audientia Cathalonia inuenendis,
Et decidendis litibus innotescat, ut Lectori benevolo ad
destinata lucidior fias aditus, formulas quibus ipsamet
Audientia utitur in causarum decisionibus, qua vulgo
Conclusiones appellantur, Et in Regio seruantur Archib-
ilio in medium adducemus.*

**FORMVLA CONCLVSIONIS IN QVA PROREX
interuenit, adeoque votorum disparitas.**

Die Maij 1622. Barcinoniæ in Palatio regio in Aula
Magnifici Regentis Regiam Cancellariam, Præ-
sidente in ea Excellentissimo Domino Don Ferdinando
Henriquez Afan de Riberà Duce de Alcalà Locumte-
nente Generali interfuerunt cum eo Nobiles, & Magni-
fici Doctores sequentes.

Nobilis Don Michael Sala Regens Regiam Cancellariam.

Magnificus Ioannes Gallego.

Magnificus Hieronymus Astor.

Magnificus Balthazar Morell, &

Nobilis Don Franciscus Aguilò.

Magnificus Iosephus Roca non interfuit lecturæ, vel quando non interuenit ob aliquod impedimentum dicitur, non interfuit ex causa.

In facto causæ vertentis in Regia Audiētia inter N. ex vna,
& N. ex altera partibus facta relatione per Hieronymū
Astor Regiæ Audiētiae Doctorem, & Causæ Relatorem.

Hieronymus Astor: Attento, &c. *Hic inseruntur motiva ad longum voti sui, Et postea dicitur. Est voti, &c. Hic inseritur votum suum.*

Idem Ioannes Gallego.

Idem Don Franciscus Aguilò.

Balthazar Morell attento, &c. *Hic inseruntur ad longum, moti-*

Dissertatio Tertia. 53

motiuia voti sui, & postea dicitur. Est voti, &c. Hic inseritur votum suum.

Idem Don Michael Sala Regens.

Et Excellentissimus Dominus Locumtenens Generalis pro obseruantia Constitutionis concludit cum voto Hieronymi Astor, & aliorum ei adhærentium.

CONCLVSIO IN CAVSA, IN QVA INTERVENIT Locumtenens Generalis, & paritas votorum.

Die Maij 1622. Barcinonæ in Palatio regio in Aula Magnifici Regentis Regiam Cancellariam Præsidente in ea Excellētissimo Locumtenente Generali interfuerunt cum eo Nobiles, & Magnifici Doctores sequentes.

Nobilis Don Michael Sala Regens Regiam Cancellariam.

Magnificus Ioannes Gallego.

Magnificus Hieronymus Astor.

Magnificus Iosephus Roca.

Magnificus Balthazar Morell, &

Nobilis Don Franciscus Aguilò.

In facto causæ vertentis in Regia Audiētia inter N. ex vna,

& N. ex altera partibus facta relatione per Hieronymū

Astor Regiæ Audiētiae Doctorem, & Causæ Relatorem.

Hieronymus Astor: Attento, &c. *Hic inseruntur ad longum*

motiuia voti sui, & postea dicitur: Est voti, &c. Hic inseritur votum suum

Idem Ioannes Gallego.

Idem Balthazar Morell.

Iosephus Roca attento, &c. *Hic inseruntur motiuia ad lon-*

gum sui voti: Et postea dicitur: Est voti, &c. Hic inseritur votum suum.

Idem Don Franciscus Aguilò.

Idem Don Michael Sala Regens.

Idem Excellentissimus Dominus Locumtenens Generalis.

Et idem Excellentissimus Dominus Locumtenes Genera-
lis

54 Don Raphaelis de Vilosa

lis pro obseruantia Constitutionis cōcludit cum voto dicti Iosephi Roca, & aliorum ei adhārentium.

2 **A** Pud omnes ferè Gentes, & Nationes propriū Regum officium fuisse iustitiam administrare docuit Diuus Hieronymus relatus in *can. Regū 25. q. 5. Auth. ea quidē colla. 7. in princ. Nouel. 98.* Grego. Lopez. *ad l. 19. tit. 9. parti. 2. lib. 1. Scaccia de senten. Et re iudi. glos. 14. q. 8. n. 54.* Fermosius in *cap. dilecti 6. de re indic. q. 8. n. 3. Et q. 9. n. 3.* Thesaur. in *prafa. Decisionum. nu. 12.* Fontanella *decis. 1. nu. 19. par. 1.* Mastril. *de Magistr. lib. 3. cap. 1. à nu. 25.* & latè *cap. 5. per totum præcipue nu. 32.* Salgado *de regia protect. p. 1. pral. 3. nu. 43. Et 97.* Salzedo *de lege politi. lib. 1. cap. 7. num. 12.* Zeuallos *de cogni. per viam violen. glos. 2. nu. 1.* Sarauia *de iurisd. adjuncto. quast. 30. n. 5.* adeo vt Diogenes Pythago. dixerit tria propriè Regis opera esse *Deum colere, Exercitum ducere, Et iudicare.* † Hinc apud Hæbreos, Principes Iudices vocabantur *1. Regum cap. 7.* ibi *Constitue nobis Regem, vt iudicet nos Petrus Gregor. Tolosa de Republi. lib. 6. cap. 6. nu. 1.*

3 Thesaur. *in dicta Prefatio. nu. 12.* † celebris est vox illa *Reginae Sabæ ad Solomonem 3. Regum cap. 10.* ibi *Constituit te Deus Regem vt faceres iudicium, Et iustitiam, & eiusdem Salomonis ad Deum Opt. Max. 3. Regum cap. 3. Dabis seruo tuo cor docile ut populum tuum iudicare possit.* † Hac de causa Dauidem, Iobum, & alios in Portis Vrbium legimus iudicantes, ciuiumque discernentes iurgia, & quia Salomon feliciter in ancipiti illa duarum mulierum controuersia iudi candi munus exercuit, vt scribit Sacer Textus, *Exinde à populo plurimi habitū fuisse dicitur 3. Regum cap. 3. vnde Proverbi. cap. 20. habetur: Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum iutuitu suo, Et cap. 16. Diuinatio in labijs Regū, in iudicio non errabit os eius.* † Cui diuinationi attribendum iudicium illud Salomonis de quo *in cap. afferite gladiū 3. de presump. quod eleganter, & latè refert Illustrissimus Dominus Don Franciscus Rarios del Mançano e Consilijs Gratiae, & Iustitiae Supremi Castellæ Senatus, huius nostri faculi*

4

5

6

7

Dissertatio Tertia. 55

sæculi decus, & ornamentum præclarum, insignis Magister Domini nostri Regis Caroli Secundi, de quo potuit Philip-
pus Quartus indelebilis memorie Rex eius Pater nō mino-
res Deo gratias referre de dato sibi Carolo filio, & Regni
successore, quam de eo quod beneficium hoc fuerit collatum
in tempus quo sub tanto Magistro potuerit edoceri, sicut de
Philippo Macedoniæ Rege dicitur nō minores Deo gratias
agisse quod sibi Alexandrum filium dedisset, quam quod
tempore quo ab Aristotele poterat edoceri, imo & Alexan-
der ipse non minus Aristoteli quam Philippo, imo amplius
debere agnouit, & Regia voce professus est, quod a Philip-
po ut viueret, ab Aristotele ut bene viueret accepisset. Is in-
quam Autor vitam Iudicium Salomonis refert in lib. no-
uissimè edito cui titulus *Reynados de Menoredad, y de Grā-
des Reyes.* † Sed nec omittenda quæ eleganter epilogauit
Don Emanuel Thesaurus in suis Inscriptionibus, & Genea-
logia Patriarcharum loquendo de Salomone

*Regiam & Tribunal, gemma & ostro consternit
Ne venalis speretur iustitia qua opes calcat,
Atque ut profugam renocet Astram
Aureos mores aurea in domo restituit.
Nunquam laetus sapientia sedet.
Qua interprete implicitas lites momento explicuit
Illam præcipue de superstite Infante
Qui cum duas inter Matres, nullam Matrem haberet
Vtrique cadere iussus, ut neutri caderet,
Amore indice, Matrem inuenit.*

Supradictæ diuinationi etiam attribuendum iudiciū illud
celebre Danielis cap. 13. quo Senum perfidia detecta Su-
fannam vitæ, honori, & marito restituit, † tum & illud Ari-
opharnis Thracum Regis, de quo Diodorus Siculus lib. 20.
cum enim tres Cimmeriorū Regis filij de Paterno Regno
contenderent Iudicem eligerunt Ariopharnem, qui iubet
Patris cadauer sepulchro erui, arbori alligari, & eos arcu co-
tendere, ut qui Patris cor transfixisset in Regnum suc-
cederet. Primogenitus guttur, secundus medium pectus corde

h

illæso

8

9

10

56 Don Raphaelis de Vilosa

illæso transfixit. Supererat minimo spes Regni, vicit pietas, & se Regno cedere malle dum in Patris cadauer pietate superior esset professus, iaculari detractauit. Huic Thrax Regnū adiudicauit quia naturæ propensione se, & vere filium, & virtute præstantiore ostendisset.

11 Huc referri potest quod de Alphonso IV. Aragonū Rege (primo huius nominis apud Neapolitanos) dicitur: nam adhuc pænè puero cū cuiusdam ancilla ex domino pareret, & ad libertatem prouocaret, negabat dominus ex se natum ne matre cū filio priuaretur, deerat in te clam patrari solita, probationes, iubet Rex partum sub hasta vendi, vincitur dominus licitatione, ergo ne (secū dicebat) filius meus in seruitutem me viuo? quin potius fateor quod res est, & ecce paterni animi erumpunt inuito lachrymæ, subsequitur lingua confessionem oculorum, sic patri filium, matri debitam Rex libertatem restituit, vt refert Antonius Panhormi. *lib. 1. de gestis Alphonsi.*

12 Sic quoque Theodoricus Rex Gothorum. Sponderat mulier Italica nuptias secundas amatori, pacta se filiū quem habebat ex primis, prius domo exturbaturam, cum conaretur resistere filius, ambo Regem adeunt, filius sibi alimenta deberi, nec domo paterna a matre ejici decere, cōtra mulier filium non agnoscere, supposititiumq; esse asserebant. Suspecta Regi mulier fieri incipiebat. Atqui, o mulier, inquit Rex, potes si me audis, & hac te molestia expedire, & melius coniugium inire, quin tu iuuenem hunc qui filium se dicit tuum, maritum accipe, minor est ætate, & facie liberaliore. Ista mulier tam inopinata iussione primum conticescit, mox se colligit, & multa prætexere negationi parū coherentia vel apta ut depræhēsam facile intelligeret Rex. Fingit ergo se pēnam addere nisi consentiret, quid restabat infelici, vt scelus fugeret horrendum, filium agnouit, tradit Joan. Magnus *Histor. Gothi. cap. 29.*

13 Quò referendū est etiam iudicium Caroli Magni coram quo pater, & filius homicidij rei agebantur, factum vterque negabant, nec tormentis ullis ad cōfessionem criminis perduci

Dissertatio Tertia: 57

duci poterant, condēnat Imperator vtrumq; ad suspēdium. Tum pater viclus amore filij se reum, filium vero sceleris expertem profitetur, ut tradit Andréas Barbatius *in cap. praesenti de probatioꝝ.* ¶ Aliud iudicium in re minoris momenti Federici Tertiꝫ Imperatoris refert Aeneas Silvius *lib. 2. de reb. ab Alphon. ges.*

Nec reticendum, quāvis Barbari Regis, Thurcaruni Solymani iudicium cū sit in gratiam cuiusdam Christiani. Byzantij Iudeus Christiano certam auri summam mutuant de-derat vti cōstituta die prater sortem usuræ loco, duas carnis eiusdem Christiani vncias reciperet. Die illa sortem reddit Christianus, fēnus negat, aditur Solymanus vt rem decidat, ille Iudeum animo detestatus nouaculam adferri iubet, & Iudeo potestatem facit qua velit mēbri parte debitori duas carnis vncias excidat ea lege vt omnino duas tātum, sin minus, plusue exciderit capite luiturū, non ausus Iudeus hanc aleam subire Christianū absoluīt, tradit *Corrozei de dictis,* & *fac. memoria.* plura congerit Augustinus Barbosa *in Colle-ctio. ad cap. afferte de presumpto. videndus Martinus Delrio Disquis. Magica.lib. 4. in princ.*

Sed lepidum iudiciū fuit illud quod de Philippo Arquinto Archiepiscopo Mediolanensi, Romæque Gubernatore tradit ex Ioanne Petro Ghissiano *lib. 2. cap. 2.* Paulus Bellonus *de potest. eorum qua sunt in continen.* *lib. 2. cap. 53. nu. 2.* Rem habebat Romæ quidam Germanus cum muliercula quæ discedente illo statim rem etiam habuit cum quodam Hispano, itaut nec momento quidem temporis thorum reliquerit Enixa est mulier filium statim post nouem menses. Reverso Germano lis magna orta fuit vtroque acerrimè tāquam pro aris, & focis contendente suum esse partum. Res venit in iudicium in domo dicti Gubernatoris Philippi Archinti, ea sanè dubia erat cum ex coniecturis à Doctoribus traditis vix aliquid ad rem iudicandam colligi poterat. Sed prudens, ingeniosusque Iudex puero iam grandiusculo afferre ientaculum iubet, & simul apponi coram ipso duos schyphos, vnum aqua, alterum vino plenos, suaque sponte

58 Don Raphaelis de Vilosa

puerulus adeturit ad schyphum aqua plenū , eumq; exhausit. Quod vbi vedit Germanus statim cōtra seipsum pronuntiavit, exclamauitque non esse filium suum cum qui aqua-
vino prēculit, & sic finitum fuit iudicium quod alias valde
dubium erat, referr etiam factum istud Pater Ioannis Rho
in histor. varia. virtutum lib. 4. de iust. Et iur. cap. 1. §. x.

- 17 Sed vt ad institutum redēasius, oportuit vt per iustitiam
lites finirentur, nam vt inquit Theodoricus Rex Gothicus
apud Cassiodorum *lib. 4. vari. epis. 4.* Hinc est quod legum re-
reperita est sacra reuerentia ut nihil manu, nihil proprio age-
retur impulsu, quid enim à bellica confusione pax tranquil-
la distat si per vim lingua terminantur? + Si oculos ad Ro-
manos Principes conuertimus Julius Cæsar, teste Suetonio
in eius vita cap. 43. ius laboriosissime, ac seuerissime dixit.
Augustus vt ipsemet refert *in Augus. cap. 33.* ius dixit assi-
due, & in noctem, non nūquā si parum corpore valereret,
lectica pro Tribunalī collocata, vel etiam domi cubans.
+ Tiberius eodem Suetonio *in Tiberio cap. 33.* attestāte Ma-
gistratibus pro Tribunalī cognoscentibus plerumque se of-
ferebat Consiliarium, assidebatque mixtū, vel ex aduerso
in parte primori, et si quem reorū elabi gratia rumor esset,
subitus aderat, Iudicesque aut e plano, aut e quaesitoris Tri-
bunalī legum, & Religionis, & noxæ de qua cognoscerent,
admonebat. + De Claudio idem *cap. 14.* testatur his verbis:
*Ius Et Consul Et extra honorem laboriosissime dixit nec sem-
per præscripta legum sequetus, duritatem, lenitatemq; multa-
rum ex bono, Et aquo periinde ut efficeretur moderatus est.* +
22 De Seuero idem refert Herodia. *lib. 3.* + Federicus tandem
Imperator *in cap. 1. de prob. feudi alien.* rescripsit in hūc mo-
dū: *Imperiale decet solertia ita Res publica curam generi,*
*Et subiectorum cōmoda inuestigare ut Regni viilitas incor-
rupta persistat, Et singulorum status ingiter seruetur ille sus.*
*Quapropter dum ex predecessorum nostrorum more viuer-
salis Curia Ronchalis pro Tribunalī sedentes à Principib; Italie, Et c.* + Colligitur etiā Imperatores ius dixisse ex *l. Im-
peratores 34. D. de iur. fiss. l. Ophidius 97.* ibi: *Imperator in-*
terro-

Dissertatio Tertia. I

co

terrogavit, ubi Gothofredus, in iure reddendo voluntate P. et
cipes interrogabant D. de leg. 3. Assidebant enim Tribunalis
bus, & non modo inter aequitatem, & ius scriptum exortas.
dubitaciones iustis decretis tempetabant, verum & definie-
bant lites, & non est omittendum iudicium Imperatoris
Antonini, de quo Marcellus Iuris Consultus in l. proxime p.
D. de his quae intestanen. delon. interfuit enim ibi Cesar cum
iudicibus, disputauit cum Advocatis, & partibus auditis re-
motis omnibus deliberauit.

24

Reges nostros Aragonienses, & Castellanos hacten recens
lebres extitisse refert ex pluribus Solorza. emble. 3. n. 40.
Hinc merito Hesiodus in Theog. scriptum reliquit.

25

*Hoc uno Reges olim sunt sine creatio qui aucto res locutus
Dicere ius populi, iniusta tollere factus.*

¶ Verumtamen quia negotijs innumeris, rerumque agendarum
multitudine supremus Princeps obruitur, adeo ut tantę in lot
li vix solus sufficiat dicente Tacito. 3. anna. non posse Prin-
cipem sua scientia cuncta complecti & (de quo laxiori cal-
mo familiarissimus noster Don Nicolaus Iohannes Abruscus

26

ameissimi ingenij vir in celeberrimo opere, quod ad utili-
tatem Orbis Catholicus sub prelo parat, cui titulus *Museum
Ethico-Politico-Oeconomico-Christianum in Polia Concen-
tu 1.0. tom. 1. per totum*) multorum auxilio opus fuit, dicehe-
te Henningo Artisqeo in *Doctrina Politica lib. 1. cap. 1.* Vt
caris indigere Majestatem, quo pertinet nobile dictum Re-
gis Castellae Alphonsi l. 1. 2. tit. 1. partit. 2. Et Emperador, a
el Rey maguer se an granados Senores no puede hacer cada
uno de los mas que un Ome; item & illud Iuliani Imperato-
ris in l. Magistros & C. de professo. Et medi. libi 1. o. Sed quia
adesse singulis Ciuitatibus ipse non possum, & crediebant ad
Moylen Exodi cap. 18. Cur solus sedes? Et omnis populus

27

prastolatur de mane usque ad vesperam, ultraiores tuas est
negotium, solus illud non poteris sustinere, & constituti sunt
Magistratus quibus ius dicendi onus incumbit Thesauri in
prafa. Decisi. nu. 1. 2. Belluga in Specu. Princi. rubri. 2. 2. S. Et
quia nu. 5. 3. Menochi. de arbitr. iudi. q. 2. nu. 6. Mastril. de

28

Ma-

60 Don Raphaelis de Vilosa

- Magistra.lib.3.cap.1.n.101.* Pareja de instru.editi.tit.1.lib.2.
resol.6.speciali.1.nu.122.Salzedo de lege Politi.lib.1.cap.13.
nu.12.51.Solorza.de India.guber.10.2.lib.4.cap.3.nu.11.
Fontanel.decis.1.nu.19.Don Michael de Cortiada decis.39.
nu.1.par.1.Idem Solorz.emble.61.nu.37.5 seq. Salgado de
reg.protect.par.1.cap.1.o.pralu.3.nu.97.Imo.& ipsi Ioui fin-
ixerunt antiqui daros fuisse Assessores Natalis Comes lib. 2.
Misericordia cap. 2. Osual..ad Donel.lib.18.comment.cap.2.
litt.B. notauit Don Laurentius Matheu iam Collega noster
in Supremo Aragonum Consilio Regens, de regi. Reg. Va-
len.cap.6.5.nu.9.tit.1.& hoc contingit Moysi, ut cap.18.
Exodi legitur. Et electis viris strenuis de cuncto Israel con-
stituit eos Principes populi, qui iudicabant plebem omni tem-
pore, & Deutero:cap.18. dicitur *Judices*, & Magistros con-
stitutes omnibus portis tuis ut iudicent populum iusto iudicio.
¶ Hi veluti oculi, aures, manusque Principis ad tantum mi-
nisterium explendum fideliter, grauiterque cōmodati sunt
D. Abruscus loco citato, vbi conditiones Ministrorum latē
retexuit, & ut dicebat Rex ille Gothicus apud Cassiodorum
lib.8,epif.18. Legum peritos Judices ordinare quia vix potest
negligere, qui nouit equitatem, nec facile erroris vitio sorde-
scit quem doctrina purgauerit, id quod antea rescripsierunt
Theodosius, & Valentinianus Imperatores in l.humanum,
8.C.de legib.ibi Benè enim cognoscimus quod cum uestro cō-
silio fuerit ordinatum id ab beatitudinem nostri Imperij, &
ad nostram gloriam redundare, vnde merito in l.1.S.1.D.de
offici.Pretor. leguntur illa aurea verba, quæ licet vulgaria in
ore omnium habeantur, sunt tamen propria huius loci.Cre-
didiit enim Princeps eos qui ob singularem industriam explo-
rata eorum fide, & gravitate ad eius officij magnitudinem
adhibentur, non aliter iudicaturos esse pro sapientia, ac luce
dignitatis sua, quam ipse foret iudicaturus vidēdus Donel.
lib.28.com.iur.ciuii.cap.6.vbi Osual.litt.V.
31 Certum autem est omnia Cōsilia, siue Auditoria, Regias
Audientias, vel Senatus ita instituta fuisse ut sententiae ex
maioris partis Senatorum voto dicātur l.siquod s.ibi Atque
id

Dissertatio Tertia.

61

*id quod maioris partis probauerit assensus solēnis firmet au-
toritas C. delegatio.lib. 1 o. l.item 17. S. principaliter, ibi inue-
nitur pars maior cuius arbitrio stabitur l. diem 27. S. si plures
ibi sed si maior pars consenserit, ei stabitur D. de recept. ar-
bitr. l. duo 28. l. Pomponius 36. l. dno 39. ibi statutum duorum sē-
tentia D. de re iudi. l. nominationum 45. ibi quod à maiore
parte ordinis salubriter fuerit constitutum, vbi Nouari. C. de
Decurio. lib. 1 o. l. quod maior 19. ibi, quod maior pars Curia
efficerit pro eo habeatur, ac si omnes egerint D. ad municip.
l. aliud 160. S. refertur, ibi refertur ad uniuersos quod publi-
cè fit per maiorem partē D. dē reg. iur. l. unica ibi vbi autem
diuersa sententia proferuntur potius numerus vincat auto-
rem C. Theodo. de respons. Pruden. cap. cum inter. 21. ibi ma-
ior, & sanior pars, de electio. cap. 1. ibi pluribus, & saniori-
bus de his qua fiunt à maio. par. Capit. & obseruo tex. à ne-
mine ad hoc institutum expensum in l. spurijs 6. S. fin. ibi qui
pluribus eodem tempore suffragijs iure Decurionis decorati
sunt D. de Decurio. Plini. lib. 6. epis. 13. sic ait: Singulos inte-
gra re dissentire fas est, peracta quod pluribus placuisse, cun-
ctis tenendum. Appianus, tam in comitijs, quam in iudicijs
vincit pars maior. Prudentius*

*Vox cedat numeri, paruaque in parte quiescat
videndi Cuia. lib. 1 2. obserua. cap. 1 6. Anto. Faber in Codice
tit. de Senato. defi. 2. Afflic. decis. 1. Riccius collect. 31 6. Alciat.
lib. 9. parer. cap. 1 4. Bouadilla lib. 3. Politica cap. 7. nu. 52. Ro-
landus à Valle cons. 90. nu. 19. lib. 1. Auendaño de exequend.
mend. par. 1. cap. 1 9. nu. 6. Fontanella de pact. nuptia. clau. 3.
glos. 3. nu. 73. tit. 1. Stephanus Garon ad Constit. Medio. ad
tit. de Senator. cap. 11. num. 53. Excellentissimus Dominus
Vicecancellarius Don Christophorus Crespi obser. 10. nu. 9
† Idque factum quia præsumptio stat pro sententia plurium,
vt litibus imponatur finis, & inter Senatores discordiae sedi-
rentur Gamma decis. 1. num. 2. Alciat. d. cap. 1 4. & Faber d.
defini. 2. † Non licere autem disputare his qui dissentient
postquam iam ius dictum est potest probari ex eleganti Li-
uij loco qui ait: *Nam dicendi, ac suadendi quodquisque aut
velit**

32

33

62 Don Raphaelis de Vilosa

velit, aut optimū puer nunc occasionem esse antequam aliquid decernamus, ubi semel decretum erat omnibus id etiam quibus antea displicuerit pro bono, atque utili fadere defendendum.

34 Sed non est prætermittendus casus disparitatis votorum, cū ex septem Iudicibus tres reum ad mortem damnant, duo relegant, & duo absoluunt quem tradit Plinius iunior lib. 8.

35 *epis. 14.* † cuius integrum epistolā referam vt potè sentētijs plenam Cum sis, inquit Plinius Aristoni, peritissimus, & priuati iuris, & publici, cuius pars senatorium est, cupio ex te potissimum audire, errauerit in Senatu proximè nec ne? nō ret in præteritum (serum enim) verum ut in futurum, si quid simile acciderit, erudiar. Dices, cur queris quod nosse debeas? Priorum ieporum seruitus ut aliarum optimarum artium, sic etiam iuris Senatorij obliusionem quaudam, & ignorationem induxit. Quotus enim quisque tam patiens, ut velit discere quod in usu non sit habiturus? Adde quod difficile est tenere qua acceperis, nisi exerceas. Itaque reducta libertas rudeis nos & imperitos deprebendit, cuius dulcedine accensi, cogimur quadam facere antequam nosse. Erat autem antiquitus institutum ut à maioribus natu nō auribus modo, verum etiam oculis disceremus qua facienda, mox ipsi, ac per vices quasdam iradenda minoribus haberemus. Inde adolescenti statim castrenisbus stipendijs imbuebantur ut impereare parendo, duces agere dum sequuntur adfuererent. Inde honores petituri adsistebant Curia foribus, & consilij publici spectatores, antequam confortes, erant. Suus cuique parens pro magistro, aut cui parens non erat maximus quisque, ac vetustissimus pro parente. Quæ potestas referentibus, quod censentibus ius, quæ uis Magistratibus, qua cateris libertas, ubi dicendum, ubi resistendum, quod silentij tempus, quis dicens modus, quæ distinctio pugnantium senteniarum, quæ exequitio prioribus aliquid addentium, omnem denique senatorium morem, quod fidelissimū percipiendi genus, exemplis docebantur. At nos iuuenes suimus quidem in castris, sed quum suspecta virtus, inertia in prelio, quum Ducibus au-

tho-

thoritas nulla, nulla militibus verecundia, nusquam imperium, nusquam obsequium, omnia soluta, turbata, atq; etiam incontrarium versa, postremo obliuiscenda magis quam tenenda, idem prospexit curiam, sed curiam trepidem, Et cingulum cu dicere quod velles periculofum, quod nolles miserum esset. Quid tunc disci posuit, quid didicisse iuvit, cum Senatus aut ad orum summum, aut ad summum nefas vocaretur, Et modo ludibrio, modo dolori retentus, nunquam feria, tristia sape censeret? Eadem mala iam Senatores, iam participes malorum multos per annos vidimus, tulimusque quibus ingenia nostra in posterum quoque bebetata, fracta, contusa sunt. Breue tempus (nam tanto brevius ante quanto feliciter est) quod liber scire quod sumus, liber exercere quod sumus, quod iustius peto, primum ut errori, si quis est error, tribus veniam, deinde medearis scientia tua, cui superfuit cura, sic iura publica ut priuata, sic antiqua, ut recentia, siccara, ut assida tractare. Aque ego arbitror illis etiam quibus plurimarum rerum agitatio frequens, nihil esse ignotum patiebatur. Genus questionis quod adfera ad te, aut non satis trium, aut etiam inexpertum fuisse, hoc Et ego excusator, si forte sum lapsus, Et in dignior laude, si potes id quoque docere, quod in obscuro est, an didiceris. Referebatur delibetis Afranij Dexiri Consulis incertum sua an suorum manus scelere, an obsequio perempti, hos alius quis? Ego (sed nibil refert) post questionem suppicio liberandos, alius in Insulam relegandos, alius morte puniendos arbitrabatur. Quarum sententiarum tanta diuersitas erat, ut non possent esse nisi singula. Quid enim commune habet occidere, Et relegare? Et non Hercule magis quam relegare, Et absoluere, quamquam proprior aliquanto est sententia relegantis, qua absolutum quamqua occidit, viraque enim ex illis vitam relinquit, hanc admit, cum interim Et qui morte puniebant, Et qui relegabant una sedebant, Et temporaria simulatione concordia discordiam differebant. Ego postulabam ut tribus sententijs constaret suus numerus, nec se breuisbus iudicijs dua iungerent. Exigebam ergo ut qui capitali suppicio adficiendos putabant, discede-

rent à relegante, nec interim contra absoluētes mox dissensiū congregarentur, quia parvulum referret an idem discipleret quibus nō idem placuisse. Illud etiam mihi permirum videbatur eum quidem qui libertos relegandos, seruos supplicio adficiendos censuisset coactum esse diuidere sententiā, bunc autem qui libertos morte multaret cum relegante numerari. Nam si oportuisset diuidi sententiā unius, quia res duas comprehendebat, non reperiebam quemadmodum posset iungi sententia duorum tam diuersa censem̄tum. Atque adeo permette mibi, sic apud te tanquam ibi, sic peracta re, tanquam adhuc integra, rationem iudicij mei reddere, quaque tunc carptim multis obſtrepentibus dixi, nunc per otium iungere. Fingamus tres omnino Iudices in hanc causam datos esse, horum unius placuisse perire libertos, alteri relegari, tertio absoluī, utrum ne sententia dua collatis viribus nouissimam prement, an separatim unaquaque tantundem quantum altera valebit? Nec magis poterit cum secunda prima connecti, quam secunda cum tertia. Igitur in Senatu quoque numerari tanquam contraria debent qua tanquam diuersa dicuntur, quod si unus atque idem ē perdendos censeret, ē relegandos, num ex sententia unius, ē perire possent, ē relegari? Num deniq; omnino una sententia putaretur qua tam diuersa coniungeret? Quemadmodum igitur cum alter puniendos, alter censeat relegandos, videri potest una sententia que dicitur à duobus, qua nō videretur una si ab uno diceretur? Quid? lex, non aperi docet dirimi debere sententias occidentis, ē relegantis, cum ita decisionem fieri iubet? Qui hac sentitis, in hanc partem, qui alia omnia, in illam partem ite qua sentitis. Examina singula verba, ē expende, qui hac censetis, hoc est qui relegandos putatis, in hanc partem: id est in eam, in qua sedes qui censuit relegandos. Ex quo manifestum est non posse in eadem parte remanere eos qui interficiendos arbitrantur. Qui alia omnia animaduertitis, ut non contenta lex dicere alia, addiderit omnia, num ergo dubium est, alia omnia sentire eos qui occidunt quam qui relegant? in illam partem ite qua sentitis. Nonne videtur ipsa lex eos qui dissentiant in cōtra-

Dissertatio Tertia.

65

irariam partem vocare, cogere, impellere, nō consulere etiam ubi quisque remanere, quo transgredi debeat non tantum solemnibus verbis sed manu, gestuque demonstrat? At enim futurum est ut si diuidantur sententia interficientis, & relegantis, praeualeat illa que absoluunt. Quid istud ad censemtes? quos certè non decet omnibus artibus, omni ratione pugnare, ne fiat quod est mitius, oportet tamen eos qui puniunt, & qui relegant, absoluenteribus primum, mox inter se comparari, scilicet ut in spectaculis quibusdam fors aliquem se ponit, ac seruat, qui cum victore contendat, sic in Senatu sunt aliqua prima, sunt secunda certamina, & ex duabus sententijs eam que superior exierit, tercia expectat. Quid quod prima sententia comprobata cetera perimuntur? Qua ergo ratione potest esse non unus atque idem locus sententiarum, quarum nullus est? Postea planius repetam, nisi dicente sententiam, eo qui relegat, illi qui puniunt capite, initio statim in alia discedunt, frustra postea dissentient ab eo cui paulò ante consenserint. Sed quid ego similis docenti cum discere velint a sententijs diuidi, an iri in singulas oportuerit. Obtinui quidem quod postulabam, nihilominus tamen quero an postulare debuerim, an abstinere, quemadmodum abstinuit is qui vtiuum supplicium sumendum esse censebat. Nescio an iure, certè aquitate postulationis mea victus, omissa sententia sua accessit releganti, veritus scilicet ne si diuideretur sententia (quod aliqui fore videbatur) ea qua absoluendos esse censebat, numero praualeret. Etenim longè plures in hac una quam in duabus singulis erant. Tum illi quoque qui autoritate eius trahebantur, transeunte illo destituti reliquerunt sententiam ab ipso auctore desertam, sequentique sunt quasi transfugam, quem Ducem sequebantur. Sic ex tribus sententijs dua facta, tenuisque ex duabus altera, tercia expulsa, qua cum ambas superare non posset, elegit ab utra vinceretur. Vale. Hæc Plinius. Videndi de hoc casu Cuiacius d. cap. 16. & Thesaur. decis. 1. nu. 10. & nouissimè Franciscus Sadarinus Mediolanensis Iuris Consultus eximus, amicus noster, Secretarius illius Excellentissimi Senatus, vir sanè eruditus in

i 2

responso

66 Don Raphaelis de Vilosa

responso 48. vbi rem hanc ex professo tractat, & quatuor sententias diuersorū Authorum numerat. Primam afferentium præualere debere sententiam capitalem, inter quos Cuiacius lib. 12. obser. cap. 16. quam impugnat Stephanus Garanus *de Senatoribus in Preludijs cap. 11. nu. 59.* afferens maiorem numerum sumendum esse relatiuè, & complexiuè ad omnes Senatores, qui suffragia ferunt, non autem distributiuè ad tenētes vnam, vel alterā opinionem Franc. Marc. *quest. 69 o. par. 1.* Blanc. *de compromi. quest. 9. num. 66. vers. contrarium tamen.*

Secunda opinio est medium sententiam relegationis amplectendam esse, quasi duæ ultimæ sententiaz in qua reperiuntur quatuor suffragia vniuantur, & præualeant aduersus illam quæ capite damnat, cum certum sit quatuor illos Iudices voulisse ne reus moriatur, & quatuor debet vincere tres, sic & Polybius refert Posthumium in roganda sententia Senatus coniunxisse suffragia eorum qui Græcos damnabant, & qui ad tempus eos retinendos censebant, ut absoluētum vota superaret, & rationem huius sententiaz eam etiam esse tradunt, quod in maiori pēna inest minor, sicuti de minori summa dicitur *in l. diem 27. §. si plures D. de recep. arbitr. vbi ex tribus sententijs quarum prima quindecim, secunda decem, tertia quinque damnat Vlpianus docet tertiam sustinendam quia in quinque omnes consenserunt, quidquid dicat Vincētius de Franchis obseruari in Sacro Consilio Neapolitano *decis. 356.* licet *tex. in l. inter pares 38. §. 1. D. de re iudi.* dicat dictam summam vti minimam attendēdam esse *cap. 1. de arbitris.* Hanc sententia acriter impugnat Plinius, ut vidimus in illis verbis, quemadmodum igitur cum alter puniendos, alter censeat relegandos videri potest una sententia qua dicatur à duobus, quæ non videretur una si ab uno diceretur?*

Tertia sententia est mitiorem pēnam præferēdam fauore rei Cabedus *decis. 7. par. 1.* qui apud Lusitanos peculiari lege hoc statutum afferit.

Quarta sententia vult numerum Iudicū augeri debere
juxta

iuxta illud quod dicitur in l. duo Indices 28. D. de re iudic. quam probabiliorem existimo, & in eam inclinare videtur Robertus Titius Burgensis de locis controvërsis lib. 1. cap. 1. Thesau. d. decis. 1. nro. 12. Caballus resolu. crimi. casu. 119. & Anto. Faber in Codice lib. 1. tit. 7. de Senato. defi. 3. vers. idem que est. videtur hanc sententiam amplecti, dum negat posse coniugi sententias damnantium ad relegationem, & ad penam mitiorem, vel pecuniariam, *eis* enim, inquit, videantur omnes in eo consentire ut capitalis pena absolutio sequatur, qua tamen pena irroganda sit, ex scientiarum numero discerni non potest, quod neque pares sint, neque si omnes iungantur alia alijs superior, non enim unum penarum genus in alio continetur, sed distincte sunt, prorsusque separata ut delictorum, ita penarum species, quod & sentire videtur Hugo Grotius de iur. belli lib. 2. cap. 5. §. 19. dum ait. Sed nec absoluente cum relegansibus coniungentur, quia *eis* non interficiendum reum consentiunt, id tamen non est illud ipsum quod dicit sententia, sed per consequentiam id elicetur, at qui relegat, non absolvit. Sed quia quæcunq; dici possunt, dicta & expensa sunt à Plinio in d. epis. ideo articulum hunc omittimus.

At in hac re omnino videndus Dom. Don Carolus Calà Dux Diani in hoc supremo Collaterali Cōsilio Regens vir omni scientiarum genere ornatus, & alibi à me, licet nunquam satis laudatus, à Don Hieronymo Calà eius fratre adductus, & relatus in erudito tractatu post hanc scripta ut ipse est testis, typis mandato de restitutio. in integr. minor. quandoque denega. quest. 30. in fine, ubi an priuilegium istud ut in paritate votorum sententia pro reo feratur habeat locum, non solum in criminalibus, verum & in ciuilibus latè pertractat.

Quando autem adest paritas votorum, tunc variè obseruatū inuenimus: † etenim Imperatores Theodosius, & Valentianus in l. unica C. Theodos. de Respon. Pruden. eam partem vincere decreuerunt in qua excellentis ingenij vir Papinianus emineat. † In supremo nostro Aragonum Cōsilio pars in qua numeratur votum Vicecancellarij in omnibus

36

37

68 Don Raphaelis de Vilosa

bus tam iustitiæ, quam gratiæ negotijs præualet, vt tradit ipse met Vicecancellarius Crespi in admonit. ad Lectores curiosos ante suas obseruationes insertanum. 25. Et obseru. 10. nu. 99. & de Præside Pedemontū Thesaur. decis. 1. nu. 5. & de Præside Senatus Mediolani Garonus de Senato. pralud. 11. nu. 57. Sadarinus d. respon. 48. nu. 22. qui refert Constitutionem Imperatoriam sic disponentem Cabedo decis. 6. nu. 3. † In Regno Neapolitano in Regia Camera Sumariæ, in qua Præsidis, seu Locumtenentis Magni Camerarij munere nullis meis meritis, sed Regia clemētia fungor, obseruatur dispositio l. inter pares 38. ibi Inter pares numero Iudices si diffonæ sententiæ proferantur pro reo obtinere oportet D. de re iudica. cum qua concordare videtur l. si pars 10. D. de inoffi. testamen. dum pro testamento in paritate votorum deciditur, cum idem sit, quod pro reo decidere, vt notauit Cuiacius ad lib. 17. Pauli ad Edictum in d. l. inter pares 38.

Et lib. 12. obserua. cap. 16. est etiam tex. in cap. vlt. de senten. Et re iudic. notarunt obseruari sic in Regia Camera Regens Aponte deci. 31. num. 7. Riccius collect. 512. nu. 1. Rouitus in pragm. 1. nu. 3. de causis decidendis, Et conf. 7. nu. 7. Amat. conf. 27. num. 2. Carolus Petra super Ritu 98. num. 5. Thoro par. 3. vers. sententia proferenda Regens Tapia decis. 46. nu. 1. quod etiam apud Romanos obseruari probant præter super citata iura Cicero orat. pro Cluenti. ibi: In Consilium erant ituri Iudices triginta duo, sententia decem Et sex absolutio confici poterat. & Plutar. in Caio Mario: Acerbiore s. erant in eum Iudices, postremo die prater opinionem absolutus est cum sententia pares essent.

39 Et in casu paritatis in lite libertatis fauore ipsius declaratur, est text. in d. l. inter pares 38. & probat text. in l. lege Iunia 24. ibi: Si diffonantes pares Iudicum existans sententia pro libertate pronuntiari iussum D. de manumis. d. cap. vlt. de sent. Et re iudi. l. duobus 30. D. de liber. cau. licet ibi non de duobus Iudicibus, sed de duobus iudicijs agatur, vt notauit Cuius ad Paulum lib. 17. ad Edictū in d. l. inter pares 38.

40 † Alcia. lib. 1. Parer. cap. 14. existimauit d. l. inter pares 38. locum

Dissertatio Tertia. 69

locum habere solum in criminalibus, sed tex. clare loquitur in liberalibus, & in alijs causis, & in publicis iudicijs, unde omnes comprehendit, & notauit Cuiaci. lib. 1. 2. obser. cap. 18. *¶ Mastril. decis. 183.* † Nec minus feliciter se gessit idem Alciatus dum tex. in d. l. inter pares 38. affirmavit solum procedere quando Iudices sunt omnino pares numero, & dignitate, nam si unus esset dignior, ut potè quia antiquior altero, tunc maior ratione temporis præfertur: etenim præfata intelligētia metaphysica est, ut animaduertit Antonius de Luca ad Vincent. de Franchis decis. 252. nu. 1. dum moraliter impossibile est inter plures Iudices rep̄eriri poſte paritatem in dignitate, & antiquitate officij.

41

In Sacro Consilio Neapolitano licet olim præponderaret sententia cui adhærebat Præses Consilij: tamen hodie in vim Pragmaticæ 1. cap. 6. tit. de causis decidendi facta per Cardinalem Granuela 4. Junij 1547. non finiuntur Adiuncti Michael Surgeant de Neapoli illustr. cap. 25. nu. 28. & solum dubium fuit quando Adiuncti sunt Præsidentes Regiæ Cameræ an tunc debeat habere locum dispositio d. l. inter pares 38: † & quia Adiuncti, seu Associati reputatur eiusdem naturæ cuius est Consilium, siue Tribunal cui assitantur Vincent. de Franchis decis. 252. nu. 5. Rouitus cons. 7. nu. 7. *¶* 2. mōster Vicecancellarias obserua. 10. nu. 94. † Hinc tunc non habet locum dispositio d. l. inter pares 38. † contrarium dicendum quando Regiæ Consiliarij dantur in Adiunctos, seu Associatos Regiæ Cameræ (quod quando contingere potest mox dicemus) nam tunc in paritate votorum vineit reus Regens Rouitus cons. 7. nu. 4. *¶* ibi in suis observationib. Blasius Altimarus nu. 10. Vincent. de Franchis decis. 252. vbi Additionatores præcipue Antonius de Luca † ea reddita ratione quod Præsidentes Regiæ Cameræ habeant iurisdictionem ordinariam, Consiliarij vero Consilij Sanctæ Claræ habent delegatam Petra in ritu 53. nu. 10. *¶* ritu 98. num. 5. Regens Galeota lib. 2. controu. 58. & sic in istis debet obseruari dispositio tex. in Lduo 39. D. de re iudi. *¶* cap. fin. de sententi. *¶* re iudi. † sed hanc rationem scilicet Iudices Consilij

42

43

44

45

46

47

silij habere iurisdictionem delegatā impūgnat validissimis argumentis Blasius Altimar *in obserua. ad cons. 7. Regentis Scipionis Rouiti nu. 1.* & si institutū permitteret, illam pluribus alijs medijs destruere possemus. Videndus Carleual *de iudicij lib. 1. tit. 1. disp. 2. quest. 8. sect. 4. nu. 1152.* Non negamus Præsidentes Regiæ Cameræ esse Iudices Ordinarios, non vero hanc esse rationem quare pro reo in casu paritatis ius dicitur, euidenter probatur, † quia quando lis est inter partes absque interesse Fisci, (quod euenire potest quoties cessante interesse Fisci partes incompetentiam Regiæ Cameræ non adlegendat, licet meis temporibus eo cessante ex officio fuit interpositum decretum : Partes adeant Sacrum Consilium,) & Præsidentes sunt in pari numero votorum, non seruantur dispositio *d. l. inter pares 38.* sed vel ex absentiis alicuius Præsidentis aduentu terminatur, vel ex Proregis iussu aliquis ex Regijs Consiliarijs adiungitur si credimus M. Antonio Surgent *in Neapoli illustrata cap. 25. num. 28.*

48

† Quo circa alijs magis placet sententia eiusdem Surgent d. nu. 28. quam eo nō laudato adducunt Altimarus *ad d. cons. 7. Rouiti nu. 8.* & Carolus Petra *super ritu 98. nu. 5.* eam insinuavit tantum Aponte *d. decis. 31. nu. 7. E 8.* Quia scilicet in causis vertentibus in Regia Camera interesse regulariter est Regijs fisci, quo casu in rebus dubijs (vti sunt illæ in quibus paritas votorum concurrit) pro reo est iudicandum, & non pro Fisco (cuius causa nunquam est mala nisi sub bono Principe, vt inquit Plinius *in Panegy. ad Traianum*) *l. non puto. 1 o. D. de iur. fis. iuxta communem Doctorum sensum Couar. lib. vari. cap. 16. in princ. E nu. 1.* Negusant *de pigno. par. 2. mem. 4. nu. 118.* Barbosa *in l. 1. par. 2. nu. 11. ex verj. ad complementum D. solus. matrim.* Farina *in frag. crimi. litt. F. nu. 188. E 189.* Menochi *de presump. lib. 2. presump. 72. per totam,* licet in fauorem Fisci interpretetur subtiliter tex. illum post Couar. *d. cap. 16.* & alios à se adductos Carleual *de iudic. lib. 1. tit. 2. disp. 1. nu. 35.* *† Vel potius dicendum imputandum hoc esse publicæ misericordiæ, & humanitati ut pro reo in pari causa ius dicatur iuxta illud Senicæ epis. 1. in fine :*

49

Reum

50

Reum, inquit, paribus sententijs absolui, ac semper quidquid dubium est, humanitate in melius inclitare, Cuiaci ad Paulum lib. i 7. ad Edictum in d. l. inter pares 38. † vbi notauit hoc in Areopago seruatum fuisse perpetuo, & inde vulgo iactatum Prouerbium illud Minerua suffragium, Minerua sententia, quasi reo iudicato paribus sententijs pro eo Minerua suffragium suum superadijciat, vt suo suffragio pars absoluendium exsuperet partem condemnantium, & ex-Eletra Euripidis tradit idem Cuiaciūs hęc verba: Lex posita est semper reuti vincere paribus sententijs, & nihil mirum cum varijs priuilegijs rei in Iudicijs gaudeant, † vt est illud quod auctore non probante reus veniat absoluendus l. actor 23. C. de probatio l. qui accusare 4. C. de edendo Ant. Gomez lib. 3. vari. cap. 13. nu. 28. Mascär. de probatio conclus. 36. 65 1224. Don Ioan. de Castillo lib. 7. de tertij cap. 7. nu. 2. Barbosa axio. 10. nu. 2. Couar. lib. 1. vari. cap. 1. nu. 8. Ant. Faber de error. pragmā. deca. 19. et. v. Farina. in frag. crimin. par. 1. tit. A. nu. 26. Religiosissimus pariter, & Doctissimus Antistes Don Antonius Frances Vrriagoiti Episcopus Barbastreni tract. de Intrusi. quaff. 70. num. 2. † & fauorabiliores semper fuisse causas reorū sunt iura in l. fauorabiliores 125. vbi plura Petrus Faber D. de reg. iuris seruum 91. 5. sequitur 3. D. de verbo. obliga. l. verum 11. 5. item queritur 6. D. de minor. cum alijs traditis à Valenzuela conf. 18. nu. 90.

Sed vt veniamus iam ad Cathalonię practicā ea est. In casu paritatis non pro reo, sed Prorex emittere debet votum suū, † quæ antiquū illū originē habet à tempore Moysis, vt dicitur Exodi cap. 18. ibi Quidquid autē grauius erat referebant ad eum, vel vt dicebat Simmachus lib. 10. epis. 40. Dinino arbitrio Numinis Regij sūmam negotij reseruandam. Nihil enim magis nostro casui adaptari potest. Moyses enim cum nō posset solus cunctos populos iudicare, electis viris, vt supra vidimus, strenuis de cuncto Israel cōstituit eos Principes Populi qui iudicabāt plebēm omni tempore. Sic Rex noster quia non poterat ipse solus, vt supra etiam diximus, iudicare, elegit Senatores qui vniuersum populum omni tē-

72 Don Raphaelis de Vilosa

56

pore iudicarent, sed quidquid grauius erat, ut solent esse lit-
tes in quibus paritas votorum reperitur, referunt ad eum hoc
est ad Regem, seu Proregem, qui eius vices sustinet, ut vo-
tum suum emittat, † quod mihi probat de iure cōmuni tex-
à nemine ex his qui ingenia super hac quæstione in nostra
Prouincia non modicè fatigarunt animaduersus *in d. Luni-
ca C. Theodosia. de Responſo Prudentum*, cuius verba sunt
hæc. *Vbi autem pares eorum sententiæ excitantur, quorum
par censetur autoritas.* (hic est casus noster) *quod sequi do-
beat eligat moderatio Iudicantis*, & loco illius verbi *Iudic-
antis*, legit Jacobus Gothofredus diligens Commentator,
& Illustrator Codicis Theodosiani, *Moderatoris, seu Recto-
ris Prouincie*, qui apud nos est Prorex.

57

Sed difficultas quæ insurrexit in Audientia Cathalonie, me iam in Supremo Regnum Coronæ Aragonum Consilio Regente, fuit an Prorex posset in casu disparitatis voto-
rum votū suum in causis ciuilibus proferre. Tempore enim
Regiminis Excellentissimi Ducis de Olsuna vertente quæ-
dam lite inter Excellentissimos Ducem de Ixar ex una, &
Ducem Albae, & Marchionem de Aytona summis titulis à
me colendum, virum ob magnam in pauperes charitatem,
& eximias animi dotes longiori vita dignum à nobis *intrac-*
de Fugitiis cap. 20. nu. 6. 3. laudatum, ex altera partibus exi-
stentibus tribus tantum Iudicibus habilibus in Aula, cum
duo in fauorem Ducis Albae, & Marchionis de Aytona vo-
uissent, alias in fauorem Ducis de Ixar, noluit Prorex per-
mittere ut sententia publicaretur prætendendo votum suū
emittere. Re in Regia Audientia iunctis tribus Aulis agita-
ta, in varias abierunt Senatores sententias, & licet maior pars
dixerit non posse Proregem vovere, quia versabatur in cau-
sa ciuili, & in casu disparitatis votorum, contrarium multi
sentierunt, acriterq; re in illa Audientia disputata, omnibus
visum fuit indigere Regio rescripto, quod postea à Supre-
mo Regnum Coronæ Aragonum Consilio, me in eo exi-
stente, fuit emanatum ut infra dicetur. Pro cuius rei intelligen-
tia supponendum est Serenissimum Regem Ferdinandum

Secun-

Secundum *in Constit. 1. tit. De forma del vutar* quam laudat Michael Ferrer 1. parte obseruan. cap. 8 6. vers. pro intentione, & vers. sed sic est disposuisse quod Locumtenens Generalis, Cancellarius, Vicecancellarius, Regens Cancellariam, dum p̄̄est in Audientia Regia Ciuali, vel in Consilio criminali, teneatur concludere omnes causas, & pronuntiare omnes sentētias tam definitias, quam interlocutorias cum voto maioris partis Senatorum, in casu autem paritatis votorum dat qualitatem voto illius qui in dicta Regia Audientia Pr̄̄ses erit, quam qualitatem idem Rex Ferdinandus sustulit postea *in Constit. 7. tit. de Elect. nombre, y examen delos Doctores dela Real Audiencia.*

Supponēdum etiam est quod *in Capitulo duodecimo Curiarum anni 1599.* disponitur sub his verbis: *Quia Maiestas Vestra* (adloquitur Curia Dominum Regem Philippum Tertium æternæ memoriaz) *in Regno Maioricarum sua Regia Pragmatica Sanctione stabiliuit, ut in causis tam ciuilibus, quam criminalibus dicti Regni suus Locumtenens Generalis nullum votum habeat, dignetur etiam ordinare cum approbatione praesentis Curiae, vi in hoc Principatu, & Comitatibus Rossilionis, & Ceritanie idem obseruetur, prouidendo quod in casu paritatis votorum vocentur alij Senatores ex antiquioribus alterius Aula, unus, vel plures arbitrio Locūtenētis Generalis, & suo casu Gerentis vices Generalis Gubernatoris.* Decretum verò Suæ Maiestatis super hoc Capitulo est huiusmodi. *Quia Locumtenens Generalis in praesenti Principatu, & Comitatibus est alter nos, obseruetur solium.*

Ex hoc textu deducimus Proreges in Cathalonia nō posse emittere votum suum in casu disparitatis votorum, cum certo certius sit quod petitio Curiæ solū fuit respectu prohibitionis in casu paritatis. Si votum habuisset in casu disparitatis, & illud pr̄̄ponderaret, certum etiam est Curiam illius quoque prohibitionem petiisse. Huius rei non meminit Curia, sed solum instat in casu paritatis de modo, & forma quibus dissolui debet. † Nec valet opponi per Suam.

Maiestatem dictum fuisse quod Prorex uti ALTER NOS
 debeat seruare solitū , quasi diceret quando quidem quia est
 ALTER NOS nostram immediate representans personam ,
 solitū seruare debet , vobis nēpē in casu paritatis , adeo de-
 cēt Principem , cū res est grauis (vt solēt esse casus in quibus
 interuenit paritas) emittere votum , vt de Moyse diximus :
Quidquid autē grauius erat referebant ad eum . Et licet vi-
 mentis vim orationis nostræ longissimè superet , vt ad aliud
 institutum dicebat Cuiacius ad Papinianum lib. 19. *Quaestio-*
nūm in l. vnum ex familia s. si de Falcidia D. de leg. 2. nullū
 tamen verbum aptius inuenerunt antiqui Legislatores ad
 explicandam ideninitatem personarum Regis , atque Prore-
 gis , quam illud verbum ALTER NOS , + ita apud nos ap-
 pellatur Prorex Olibanus de iur. fis. cap. 4. nu. 58. ♂ 61. Can-
 cerius par. 3. varia. cap. 3. n. 329. D. Accacius de Ropol vari.
 cap. 1. nu. 11. ♂ de Regalijs cap. 1. nu. 13. ♂ cap. 21. nu. 29. ♂
 in addition. ad Praxim Don Ludouici de Peguera rubr. 27.
 nu. 77. Xammar de offi. Iudi. par. 1. quaest. 7. nu. 97. Berart in
 Specu. visita. cap. 9. nu. 2. Fontanella decis. 3. num. 17. & alij
 61 quo refert Cortiada decis. 10. nu. 3. par. 1. + & ita repræsen-
 tat personam Domini Regis , vt sit idem Rex repræsentatus
 Ramires de leg. Regia s. 11. nu. 3. Berart in Specu. visita. cap.
 9. nu. 1. ♂ 2. Ropol de Regalijs cap. 11. nu. 27. Fontanel. deci.
 433. nu. 18. par. 2. Cancer. par. 3. resolu. cap. 3. nu. 329. Solor-
 za, de guber. India. 10. 2. lib. 4. cap. 9. nu. 6. ♂ 7. & alij laudati à
 62 Cortiada d. decis. 10. à nu. 3. + Nō obtinet secundum locum
 à Domino Rege , sed eundem Oliba. de iur. fis. cap. 4. nu. 61.
 ♂ 64. Cancer. d. cap. 3. nu. 329. Andraeas Bosch delos titulos
 de Honor. lib. 2. cap. 36. §. 3. in fine, ♂ §. 39. vers. El Tribunal.
 Ropol in addit. ad Praxim Don Ludouici à Peguera rubri.
 27. nu. 77. Xammar de offi. Iudi. par. 2. quaest. 7. nu. 97. ♂ in
 Ciuiti doctri. sine de Priuileg. Ciuiti. Barcinona s. 7. nu. 4. Fon-
 tanel. decis. 433. num. 18. par. 2. Carolus de Grassis except. 1.
 nu. 43. Ramires de lege Regia s. 11. nu. 3. Belluga in Speculo
 Princi. rubri. 6. nu. 4. Matheu de Regi. Reg. Valen. 10. 1. cap. 2.
 s. 1. nu. 22. Mastril. lib. 2. de Magistra. cap. 6. nu. 34. Berart in
 63 Specu.

Dissertatio Tertia.

75

Specu. Visua. cap. 9. nu. 4. Cortiada d. decis. 10. nu. 7. videnda hæc, & alia de dignitate Proregis à me scripta in Disserta. de crimi. Lese Maiesta. par. 1. arg. 3. sicque conueniens est ut habeat Regaliam vñēdi in çasu paritatis, & hoc est quod dixit tex. supra laudatus: Vbi autem pares eorū sententia recitantur, quorum par censetur autoritas, quod sequi debeat, eligat moderatio Moderatoris, seu Rectoris Prouincie.

Sed vt medullius patefiat sensus dicti Capituli 12. 64
Curiarum an. 1599. de quo supra, scire oportet quid obseruabatur in Regno Maioricarum, meminit enim, ut in contextu legitur, Pragmaticæ sanctionis super hac re respectu illius Regni factæ, † fuit autem edita 11. Maij 1576. super institutione Regiæ Audientiæ illius Regni, & extat in libro Ordinationum, & Priuilegiorum dicti Regni ibidem typis mandato an. 1663. fol. 153. in cap. 4. illius leguntur sequentia verba. In votandis autem causis, Et negotijs dicta Regia Audientia statuimus, Et ordinamus quod Relator causa, siue negotij de quo tractabitur sit primus, Et deinde in causis ciuilibus secundum votum præbat modernior Consiliarius, Et post eum reliqui ordine successivo, ita ut Vicecancellarius, vel Regens Cancellariam, vel antiquior Consiliarius suo casu sit ultimus in uotando. Et in cap. 9. dicitur. Item sancimus, Et ordinamus quod tam dictus noster Locumtenens Generalis, quam Regens Cancellariam, Et suo casu antiquior Consiliarius in decisionibus causarum tam ciuilium, quam criminalium, Et aliorum negotiorum, qua in dicta Regia Audientia tractabuntur, cocludere habent cum voto dictorum Consiliariorum, vel si discordes fuerint cù voto maioris partis eorum, Et dictam maioris partis determinationem sequi, Et exequi iuxta iuris dispositionem, aut Franchisiarum, Priuilegiorum, Et Pragmaticarum dicti Regni tenentur. Et si dicti Consiliarij pares fuerint in votis volumus, Et decernimus vota illa praualere cum quibus dictus Vicecancellarius, Et Regens Cancellariam concurret, etiam si præsideat in dicta Regia Audientia noster Locumtenens Generalis. Idemque seruari in Regno Sardinie ex alia Pragmatica tradit De-

xart

65

65

xart ad Capitula illius Regni lib. 3. tit. 5. cap. 5. pag. 606.

Prosequitur autem Pragmatica Maioricensis, & in cap. 10. sic ait: *Insuper quia maximè conuenit bona administratio iustitia quod dicti nostri Consiliarij cum libertate vota sua in omnibus negotijs, & causis præbeant, atque explicent, statuimus, & ordinamus quod noster Locumtenens Generalis qui nunc est, & pro tempore fuerit in dicto Regno, directè, vel indirectè, per interpositas personas, aut alias tam in tractatu negotiorum, & causarum in dicta Regia Audientia, quam extra eam intentum, aut votum suum non aperiat dictis Consiliarijs, nec inter votandum eos interrupat, nec alia faciat per qua dicti Consiliarij minus liberè vota sua præbeat, super quo dicti nostri Locumtenentis Generalis conscientiam oneramus.*

66

Ex hac Pragmatica Sanctione nā leuia emanarunt dubia in ortu Regiæ illius Maioricarum Audientiæ super quibus consulitur Dominus Rex, qui cum voto Supremi Consiliij Regnum Coronæ Aragonum alia Regia Pragmatica (quæ etiam extat in dicto libro Ordinationum fol. 169.) Dat. in Aranjuez 25. Aprilis 1582. illa resoluit in hunc qui sequitur modum. *Item quia ex verbis illis primi Capituli dicta nostra Regia Pragmatica, ibi cui Regia Audiētia præsit, &c. dubitatur an Locumtenens Generalis votabit in causis ciuilibus, & criminalibus, & facit dubium quod disponitur in Capitulo quarto supra quod ultimus in votando sit Regens Cancellariam, & in cap. 9. Quod in casu paritatis præualeant vota cum quibus Regens Cancellariam concurret, etiamsi præsideat Locumtenens Generalis in Regia Audientia, & nihilominus in cap. eodem nono dicitur quod dictus Locumtenens Generalis concludere debeat, &c. & in cap. 10. quod dictus Locumtenens Generalis intentum, aut votum suum non aperiat. Sancimus, & declaramus quod per dictam Regiam Pragmaticam non datur votū Locumtenenti Generali, sed sola Præsidentia, assistentia, & interessentia in Consilijs tam ciuilibus, quam criminalibus, & quod habeat concludere, nō interfici votum, neque ex eo quod dicitur quod Locumtenens*

Gene-

Dissertatio Tertia.

77

Generalis intentum, aut votum suum non aperiat, datur ei votum, sed imponitur ei lex, ne Consiliarij intellecto animi sui voto iniuriantur, vel ad complacēdum eidem impellantur.

Ex geminis illis Pragmaticis colligitur nunquam in Regno Maioricarum in dubium reuocatū fuisse Proreges non habere votum in casu disparitatis votorum, sed solum extitisse dubitatum an illud haberent in casu paritatis, & declaratum fuit hoc casu eis denegandum, cumq; Capitulum 12. nostrarum Curiarum se referat ad Consuetudinem, seu ad illud quod in Regno Maioricarum erat dispositum, & illic fuerat damnata petitus, vt in casu paritatis non vouerent, quia in casu disparitatis nullum erat dubium, hinc in nostra Cathalonia solum supplicatum fuit, vt eis tolleretur votum in casu paritatis, nam in casu disparitatis non erat necessarium, quia illud, vt diximus, non habebant, iuxta vulgatissimum Axioma. Relatum est in referente cū omnibus suis qualitatibus. affe. voto. D. de bared. insti. Mascar. de probatio. conota. 13 r. 9. nu. 22. Peregr. de fiduciam. art. 6 nu. 1. i. 1. Fontanet. de pact. nuptiato. reclam. q. ylos. 18. pdr. 2. nu. 22. E 28. Cancer. par. 3. varia. cap. 3. de Privile. à nu. 224. Valenzue. conf. 51. nu. 17. 10. 1.

67

68

69

Verum, vt clarius innotescat dictum Capitulum 12. quatenus dicit, quod obseruetur solitum, debere intelligi de voto in casu paritatis, ultra supra tradita, expendo formulas illas in principio propositas, quibus vti solent nostri Scribae mandati. Hi enim cum adeat paritas ita dicunt: *Et Excellensissimus Dominus Locutus Generalis pro obseruantia Constitutionis concludit, &c.* Videamus nunc de qua Constitutione loquuntur non vtique de antiqua, nam vt vidimus, solum loquitur de casu disparitatis votorum, & de casu paritatis quando aderat voto cum qualitate, non vero quando interuenit paritas absque qualitate votorum, qui est casus noster, & in quo dicit Scriba mandati, *E pro obseruantia Constitutionis, igitur de hoc Capitulo veniunt ista verba intelligenda, quod licet non sit Constitutio (quæ ab omnibus tribus brachijs fit, sed Capitulum Curiæ quod duo tantum faciunt)*

78 Don Raphaelis de Vilosa

faciunt) tamen facili negotio potuit hoc nomine vocari, vel equiuocari, cum in Codice Constitutionum hæc Capitula inueniantur, & Codex in quo reperitur, vulgo Codex Constitutionum anni 1599. appellatur.

- 70 Non omittendum est quod institutum expedi potest de-
sumptum ex Instructionibus secretis (sic vulgo nominan-
tur) quæ dantur Proregibus Cathaloniz in cap. 22. illarum,
sic legitur. Y porque con vuestra presencia, y autoridad no
solo se despacharan muchas mas causas ciuiles, y criminales,
pero pôdremos en cuidado a los Iuezes para que mejor lo vean,
y entiendan, y conocereis los ingenios, letras, y zelo de cada
uno, y lo que se les puede encomendar, y para lo que es, y assi os
lo encargamos, y mandamos que en todo caso os halleis a los
Consejos, y assistais los mas dias que pudieredes no solo en la
Sala endonde se tratan las causas criminales, pero aun en las
otras en que se tratan las ciuiles, assenyaladamente quando
huiere alguna de mucha importancia, entrando los unos dias
en una Sala, y lo otros en la otra, como os pareciere que sea
mas a propósito. Hinc colligitur non habere votum Prore-
gem in casu disparitatis: certum enim est quod ei preſcribe-
retur modus quo hac præminentia vti deberet, & licet ex
hoc inferri posset, nec habere votum in casu paritatis, † &
sic esse hoc argumentum ex illis quæ nihil probant, quia ni-
mis probant, quorum meminit Excellentissimus Dominus
Vicecancellarius Crespi obserua. 15. nu. 309. Attamen duo-
bus respondetur modis. † Primò leges omnes, quarum no-
mine donari possunt quæ cõtinentur in Instructionibus se-
cretis Proregum, non respicere ea quæ raro eueniunt, vt est
paritas votorum, l. his 4. l. nam ad ea 5. D. de legibus Robert.
lib. 3. senten. iur. cap. 12. Carleual de iudicijs tom. 2. lib. 1. tit. 3.
3. disput. 2. nu. 6. † Secundò quia opus non era in casu pari-
tatis votorum, præcipue in Senatu Cathaloniz (qui Supre-
mus potest appellari, cum ab eo non detur ad alium appel-
latio, sed ad seipsum supplicatio) admonere Proregem, quia
ipsa paritas probables reddit ambas sentētias, † licet etiam
in eo casu debeat Proroges peritissimum consulere, vt ani-
maduer-

Dissertatio Tertia.

79

māduerit Gabriel Berart in *Specu.visita.cap.9.nu.23.* Michael Ferrer par. 1. *obseruan.cap.86.nu.4.* ad quod expendi possunt verba Vlpiani in *l.1.D.de iusti. Et iur.* ibi: *Iustitiam namq; ipsi colunt, Et boni Et aqui iustitia proficiuntur, equum ab iniquo separantes, licetum ab illico discernentes, & obseruatione digna est practica qua vti deberent hoc in casu Prorege inuenta in Archiuio Regio Barcinonensi die 12. Iulij 1570. in quoddam casu paritatis votorum, vbi hæc habentur. Et Excellētissimus Dominus Locumtenens Generalis attenta paritate votorum predictorum, de consilio Magnifici Antonij Negrell Regij Senatoris qui lectura dicti processus non interfuerat, & sic iuxta Cathaloniæ proxim vouere non poterat, adhæsit voto dicti Magnifici Michaelis Ferrer, Et aliorum eius voto adharentium, + & Imperatorum qui Iuris Consultos consulebant meminit Ioānes Chockier lib. 3. thes. polit. apho. cap. 8.*

75

76

Sed iam supereft vt videamus quid de hac quæstione nostri Pragmatici senserint. Cōueniunt nobiscum omnes ferè qui huius articuli meminerunt, & imprimis Jacobus Cancerius par. 1. vari. cap. 21. nu. 55. in *Codi. additio.* vbi sic ait: *Nec ipse habet (loquitur de Prorege) in cognitionibus causarum nisi interuenitionem, Et votum decisuum in casu paritatis votorum Regiorum Senatorum. Ad stipulatur Ioannes Petrus Fontanella 10. 1. de pact. nuptia. clau. 3. n. 35. inquiens. Qui, loquitur de Prorege, votum habet quando Regij Consiliarij sunt aequalis in voto, & meminit decis. 234. nu. 3. in fine dicens: Et quod plus est fuerunt vota diuisa, Et propter ea habuit votare Excellētissimus Locumtenens Generalis ut paritatem tolleret. Suffragatur quoq; Iosephus Ramonius conf. 3. nu. 114. Licet Locumtenens Generalis non habeat votum in decisionibus causarum nisi data paritate, tamen absurdum est affirmare non habere iurisdictionem actualem. Non dissentit Michael Ferrer par. 1. *obseruan.cap.86.nu.4.* ita concludens. Ad materiam reduco in practica quod Locūtenentes Generales Domini Regis non solent iudicare in disparitate numeri votorum, sed solum quando Doctores Regij Con-*

1

silij

80 Don Raphaelis de Vilosa

silijs sunt in numero pari votorum, & tunc, & non alias soteno
votare. Quid clarius, quid apertius ad decisionem nostri ar-
ticuli? Sequitur etiam nostram sententiam Don Michael de
Cortiada decif. 18. num. 38. inquiens. *In Cathalonia suspecto
Prorege, non est suspectus Senatus, sed proceditur ad ulterio-
ra in causa excluso Prorege ab eius tractatu, & interuentio-
ne, ac voto in casu paritatis, & decif. 27. num. 41. Proreges,
seu Locumtenentes Generales Domini Regis in negotijs iusti-
tia & votum non habent, imo resolutionem maioris partis Sena-
torum de necessitate sequi tenentur de iure Cathalonia, quid-
quid aliter contra tot doctissimorum vitorum firmatas sen-
tentias, & seipsum sentiat decif. 36. n. 117. Nobis etiam fauer
Gabriel Berart in Speculo visitationis cap. 6. nu. 23. vbi haec
ait. *Et quia Excellentissimi Proreges solent in hoc Principatu
votum suum prebere in causis ciuilibus, & criminalibus in
Regia Audientia vertentibus quando Senatores eiusdem sunt
in numero pari votorum.**

77 Hoc idem sensere plurimi non contemnenda autoritatis
Doctores in terminis Proregis Cathaloniæ Dō Garcias Ma-
stril. de Magistra. lib. 5. cap. 9. nu. 39. qui de Prorege haec di-
cit. *Quamuis in paritate votorum possit suum dare votum
ad tradita per Fontanellam de paet. claus. 3. glof. 3. nu. 33. fol.
13. qui loquitur in Locumtenente Cathalonia. Don Ioannes
de Solorzano de India. gubern. lib. 4. cap. 10. nu. 26. sic firmat:
Quia licet suffragium in illis causis non habeant, plurimum
tamen eorum interuentio, & autoritas ad rectam ipsarum
determinationē prodeesse solet, & inferius: Quod tamen Nea-
poli, Sicilia, & Cathalonia ipsis conceditur, ubi Senatores sunt
in paritate uotorum, & idem tenet in Politi. Indiana lib. 5.
cap. 13. uers. en quanto, & uers. el qual fol. 876. idem robo-
rat Pater Ioannes Madariaga lib. del Senado, y su Principe
cap. 10. qui licet explicitè non nominet Cathaloniam im-
plicitè tamen de ea videtur loqui. Por esto no tienen uoto los
Presidentes, y algunos Vireyes en los Consejos, y Chancella-
rias de España sino es en caso de igualdad de votos en los Co-
sojeros.*

Et

Dissertatio Tertia.

81

Et quamvis ex supradictis nonnulli vtantur verbo *nō solum*
leni ei tamen adiungunt dictiones *solum*, & *tunc*, imo clau-
ſulam *nō alias*, quæ ex ſuī naturā inducunt formam, reſtrin-
gunt quoq; & limitant diſpoſitionem ad caſum diuitiaxat
paritatis, iuxta tradita per Barboſam *dictio.* 378. Et *dictio.*
409. Et *clauſ. 81.*

78

Neque omittendum eſt quod ad institutū refert Jacobus
Cancerius par. 1. varia. cap. 15. de præſcriptio. nu. 62. in fine
in Codici. additio. vbi in quadā cauſa in qua Senatores fue-
runt in ſententia diuſſi, & numero pares de mense Januarij
1612. opus habuit informare Proregem, cum certum ſit, &
notum in illo foro versantibus inſolitum eile Proregem in-
formare niſi in caſu paritatis, ex quo videtur eo caſu tantum
votum habere.

79

Etiā ſatorum virorum authoritas ſufficere deberet ad ro-
borationem noſtræ ſententiæ, non contemnenda tamen ſe-
quens eſt ponderatio. Non leuiter inter Theologos, & Iuris
Canonici Doctores ambigitur, an Iudex Ecclesiasticus, ſiue
Ordinarius ſit, ſiue Delegatus, caſu quo eius iurisdičtio per-
turbetur, aut nolit ſecularis contentionem firmare, ſuppo-
ſita noſtra Regnorum Coronæ Aragonum inter ambas iu-
risdičtiones concordia, poſſit ſententiam excommunicatio-
nis in personam Proregis proferre. De qua queſtione pro
affirmatiua videndi ſunt Dionysius de Puertocarrero *in al-*
legatione pro Iurisdictione Inquisitorum Maioricenſium nu.
52. Diana, & ab eo relati resoluſio. moral. par. 3. tract. 1. reſo-
lu. 9. verſ. ſed his. Fermosi. in cap. 2. queſt. 17. à n. 5. de iudici.
Solorza. de Indiar. gubern. tom. 2. lib. 4. cap. 10. à nu. 66. Et *in*
Politi. India. lib. 5. cap. 13. verſ. lo que fol. 883. Pro negatiua
ſtat noſter Michael Ferrer par. 3. obſeruan. cap. 174. Dexart
ad Capiula Regni Sardinie fol. 688. n. 7. Cutel. ad II. Siculas
fol. 499. Cortiada *decif.* 27. n. 38. to. 1. etiā Solorzanus afferat
nullū vidiffe Authorem pro ſententia negatiua, & predictus
Michael Ferrer *d. cap. 174.* tradit modum quo cum Iudice
Ecclesiastico proceditur cum in eius litteris cēſuras in Pro-
regem fuerit cōminatus, & Don Michael Cortiada *d. decif.*

80

1 . 2

Sed

82 **Don Raphælis de Vilosa**

refert praxim quæ vsus est in hisce casibus Senatus Cathaloniae.

81 Sed quidquid sit de hac cōtroversia, quā intactam vt potè
quæ ad institutum nostrum non pertineat, relinquimus, in-
ficiari nequit nō posse dici rationem opinionis negatiæ es-
se supremam illam representationem regiæ personæ quam

82 habere Proreges sæpius diximus, † quia vt firmat idem
Cortiada d. decif. 37. num. 42. nec in personam Vicege-
rentis Generalis Gubernatoris in Cathalonia potest Iudex
Ecclesiasticus, siue Delegatus sit, siue Ordinarius remedio
83 censurarum vti, † & tamen vulgatissimum est non habere
Generalis Gubernatoris Vicergusonem, etiamsi Viceregia,
vt dicitur, procedat, eandem representationem quam habet
Prorex, vt notauit idem Cortiada licet non exactè in addi-
tio. ad d. decisio. 10. ad nu. 75. quæ inueniuntur post secun-
dam partem.

84 Genuina igitur ratio quare in personam Proregis nō de-
bent dirigi censuræ est, quia excommunicatio, vt multi te-
nent infligenda non est, nisi interueniat peccatum can. ser-
uetur, can. nemo Episcoporum can. nullus, can. Episcopi 11.
quest. 3. can. resecanda can. corripiantur 24. quest. 3. Couar.
in cap. Alma mater par. 1. cap. 9. nu. 1. Thomas del Bene de
parlam. dubi. 4. secti. 13. Et de immu. Ecclesi. 10. 2. cap. 10. du-
bit. 4. nu. 21. Gutierrez canon. questionum lib. 1. cap. 7. nu. 23.
24. Et lib. 2. cap. 16. nu. 16. Et 17. Serauia de iurisd. adiuncto.
quest. 15. n. 1. † Cumque Proreges in hisce negotijs votum

85 nō habeant cum sint iustitiæ, imo cum teneantur maiorem
partem sequi votorum, vt ex Const. 1. tit. Dela forma del vo-
tar Fontanel. de pact. nupti. tom. 1. clau. 3. glas. 3. num. 47. Ra-
mon conf. 27. nu. 9. & tradunt quamplurimi relati. à Cortia-
da decif. 27. nu. 41. non modo peccatum, verum culpam ali-
quam contrahere non posse iuris indubij est, multo minus
excommunicationis fulmen in eos cadere iuxta tradita per
Thomam del Bene de immunit. Ecclesiast. tom. 2. cap. 10.
dubita. 4. nu. 41. Gutierrez canon. questio. lib. 10. cap. 7. nu.
23. Et 24.

His

His absolutis superest videamus modū in nostro Regno Cathaloniæ alias obseruatum, † certum est enim obseruantiam subsequitam esse veram legis interpretēm Fontanel.	86
<i>decis. 504. nu. 10. par. 2.</i> non quia illa sit ius separatum, † sed ut pars, & portio illius legis cuius est obseruantia Ramon.	87
<i>conf. 64. nu. 28.</i> Et <i>conf. 65. nu. 21.</i> Giurba ad Consuet. Mef- sanens. in proœ. par. 1. nu. 30. <i>Fonta de pact. nupt. claus. 6. gl. 3.</i>	
<i>par. 2. nu. 44.</i> Et <i>decis. 48. nu. 9. par. 2.</i> † habetque magnam, vim ad declarādum quodlibet dubium ex lege ortum, quia habetur, ac si in eadem lege esset scripta obseruantia, quæ sequuta fuit Fontanella <i>decis. 303. nu. 15.</i> Et seq. Et <i>dec. 457.</i> nu. 4. Et <i>9.</i> Et <i>decis. 482. nu. 9.</i> Et <i>de pact. nuptia. clau. 1. glof.</i> 1. nu. 39. Xammar de offici. Iudi. par. 2. quest. 7. num. 71. Et 72. Excellentissimus Dominus Vicecancellarius obser. 1. n. 215.	88
<i>Et 273.</i> † etsi contrarium extitisset de iure verius Fontanel.	89
<i>d. decis. 457. nu. 9.</i> Handedæ. <i>conf. 92. nu. 30. lib. 1.</i> † & quod stetur magis obseruantię, quam proprietati verborū ipsius legis docent Crauetta in respon. pro Genero nu. 318. vers. usque adeo Menochi. <i>conf. 390. nu. 10.</i> Fontanella <i>decis. 457.</i> num. 11.	90

Verum ut clariori methodo procedamus distinguenda, sūt tempora ante nempè annum 1599. in quo dictum fuit *solitum* feruari debere, & post illum annum, † cum certum sit eo efficaciorem esse obseruatiam subsequitam ad interpretandam legem, quo proximior est legi, vt ex Baldo in proœ. *Digestorum* nu. 7. tradit Ludouisi. *decis. 325. nu. 1.* vbi Beltraminus nu. 26. Xammar de officio. *Aduoca. par. 2. quest. 7. num. 44.* Plura exhibita sunt exemplaria quibus innotuit cum esset præsens Prorex, & votorum interueniret disparitas, non dedit votum, præsertim die 18. Januarij, & 30. Maij 1600. quæ exemplaria cum sint immediata anno 1599. in quo fuit dictum obseruari *solitum*, arguunt, & probant obseruatiam. Ad sunt alia die 4. Junij 1602. die 29. Martij 1613. die 21. Nouembris 3. Februarij 27. Maij 1630. Non desunt antiquiora quæ nostrum institutum maximè probant vide- licet 19. Octobris 1535, 15. Ianuarij 1536, 26. Augusti 1536,

84 **Doñ Raphaelis de Vilosa**

1536, 27. Septembris 1539, 8. Octobris 1539, 3. Decembris
 1539, 20. Martij 1540, 17. Aprilis 1542, 11. Maij 1542,
 20. Augusti 1543, 9. Iunij 1544, 5. Nouenbris 1544, 14.
 Iunij 1554, 20. Februarij 1555, 9. Octobris 1557, 30. Ju-
 lij 1562. 25. Maij 1565. 13. Iunij 1565, 11. Januarij 1578,
 6. Martij 1579, 14. Iunij 1581, 11. Julij 1581, 5. Maij 1582,
 16. Iunij 1582, 13. Octobris 1582, 8. Decembris 1582, 18.
 Februarij 1574, 14. Nouembris 1584, 8. Aprilis 1588, 28.
 Aprilis 1589, 28. Iunij 1595, 13. Martij 1597, 8. Aprilis 1599,

92 Quæ omnia autentica exhibita fuerunt, † et si non ignore-
 mus ad obseruantię subsequutę probationem b̄inos, aut tres
 actus intra decem annorum spatiū absolutos sufficere, vt
 sentiunt melioris notæ Doctores Lara de anniu. **E** Capella.
cap. 5. nu. 49. Giurba ad Consuetu. Messanen. in pro. nu. 28.
 Farina. *decis. 419. nu. 6.* **E** 448. nu. 3. tom. 1. recentio. Larrea
decis. 45. nu. 24. Gutierrez *conf. 2. num. 10.* Fontanella *decis.*
48. 2. num. 12. par. 2. **E** de pact. nuptia. clau. 1. num. 47. vbi in
 quibusdam notis ipsius Authoris manu propria exaratis, quas
 cum p̄nēs me habeam, non parui facio, addit plenē de hac
 re tractantem Franciscum de Ponte *conf. 41. per totum*, quæ
 potiori iure tot supra relata ferè per integrū s̄eculum exe-
 quutioni mandata conuincere debent. Post felicissimam re-
 ductionem totius Cathaloniæ Regni ad debitam obedien-
 tiā Domini nostri Regis tres cognouimus Proreges, & nos
 qui præsentes s̄e per suimus plenam fidem facere possumus
 nūquam in casu disparitatis votorum, votum suum emisisse,
 bene vero in casu paritatis.

93 Ad corroborationem aduersariæ sententiaz sex in tanti
 temporis fluxu exemplaria adducuntur, omnia tamen ante
 annū 1599. & inter ista aliqua sunt facta iunctis tribus Au-
 lis, quæ magis ad gubernium, quam ad iustitiam pertinent,
 & quamvis inuenirentur plurima alia, solum pro aduersa-
 rijs induci posset ex eis varietas obseruantiaz, † quo in casu
 attenditur quod frequentius fuerit obseruatum, vt docent
Castillo controuer. iur. lib. 5. cap. 93. §. 7. num. 15. Rojas *decis.*
279. nu. 12. Xammar de offi. Iudi. par. 1. quest. 15. nu. 78. Tu-
 scus

Icus conclus. 59. nu. 96. litt. O. Noster Vicecancellarius Cre-
spi obser. 60. nu. 717. Fontanella decis. 573. num. 20. par. 2.
† vel quod ultimo loco est obseruatum, vt sentiunt alij Va-
lenzuela conf. 78. nu. 60. noster Vicecancellarius d. obser. 60.
nu. 117. Fontanella decis. 573. nu. 21. par. 2. Larrea decis. 47.
nu. 52. Et alleg. fisc. a. 119. n. 17. 10. 2. Rojas, Castillo, & Xamar
ubi proxime Caualcanus decis. 482. in fin. Quo quo nos ver-
timus, noster utique probatur intentus, nam ut vidimus per
integrum supra seculum, & iugiter obseruatum fuit non
emittere Proreges votum suum nisi in causis paritatis vo-
torum.

95

Obiectio, qua vrgent cōtrarij, & in qua difficultatis car-
do sistit, ex *Constit. 1. tit. Dela forma del votar deducitur*, cu-
ius verba sunt hæc: *Prouidemus, & ordinamus quod Praeses*
in Audientia, & Consilijs quicunque ille sit sine Locumtenens
Generalis, siue Cancellarius, Vicecancellarius, aut Regens
Regiam Cancellariam suo casu (exceptis nobis, & Serenif-
sima Regina nostra uxore, & filijs ex legitimo matrimonio
procreatis, & natis) debeat concludere lites ciuiles, & crimi-
nales, ita tamen quod in causis criminalibus debeant esse sex
vota dicti Consilij ultra illud Vicecancellarij, vel Regentis
suo casu, vel proferre sententias tam interlocutorias, quam
definitiueras cum voto maioris partis dicta Audientia, aut Cō-
siliij eorum qui praesentes erunt. Hucusque inclytæ recorda-
tionis Rex Ferdinandus Secundus, cuius sunt verba quæ re-
tulimus, voluit astringere Locumtenentem Generalem, ,
Cancellarium, Vicecancellarium, vel Regentem Cancella-
riam, vt teneantur concludere sententias cum voto maioris
partis, ab hac tamen obligatione excepit propriam personā,
itemque Reginæ, & filiorum legitimorum, nec hucusque
dat votum Locumtenenti Generali, potuit enim conclude-
re & non voulere. Sequuntur deinde verba vnde oriri diffi-
cultas potest: *Et quoties votum Praesidiscum alijs dicta Au-*
dientia, vel Consilij in dictis causis ciuilibus, & criminalibus
faciet aqualem numerum, ordinamus quod præualeat, & de-
beat cum illo concludi. Quibus verbis arguunt aduersarij di-
cendo,

86 Don Raphaelis de Vilosa

cendo, en quomodo datur votum Præsidi, siveque Locumtenenti Generali etiam in casu disparitatis votorum? Sed respondetur verbum illud *Præsidis* nō compræhendere Proregem, sed dumtaxat Cancellarium, Vicecancellarium, aut Regentem, qui duabus Aulis præsunt, vnuusquisque suæ, & ratio est manifesta: nam si voluisset ut votum Proregis haberet præponderationem, seu ut vulgo dicitur, qualitatem nō vtique propriam personam, Reginæ, & filiorum ab hac regula exciperet, imo si hoc verum esset, quādo postea *in Constit. 7. tit. Dela Elecion dels Doctors dela Real Audiencia* auferetur qualitas hæc, seu præponderatio Cancellario, Vicecancellario, & Regenti, tolleretur quoque Locumtenenti, non loquitur de eo, signum est quod non intelligebatur cōpræhensus in prima illa Constitutione, in qua qualitas voto Præsidentium tributa fuit, & hoc est quod supradiximus stādum esse magis obseruantia interpretatiæ, quam proprietati verborum ipsius legis, ut ex Crueta, Menochio, & Fontanella obseruauimus supra, † & quamuis pro regula generali habeatur obseruantiam interpretatiæ procedere solūm in dispositionibus dubijs, non in claris, ut post alios docet Fontanel. *decis. 457. nu. 7.* Et *decis. 481. num. 15. par. 2.* Suelues *conf. 33. nu. 22. lib. 2.* Ludouisius *decis. 162. n. 3.* Et 4. & alij plures, † attamen licet verba sint clara, si inueniantur in aliqua parte ab obseruantia correcta, vel mutata, est illi standum, ita ex Alexandro, Mascardus *de generali Statuto. interpre. conclu. 2. nu. 143.* Parifius *con. 56. nu. 34. lib. 2.* obseruat Fontanel. *claus. 1. num. 40. de paci. nuptia.* his verbis. Et hac interpretatiæ consuetudo nēdum dicitur quādo ut vulgo intelligitur inducitur pro explicatione alicuius dubia dispositionis, vel alicuius verbi dubij in ea contenti, sed etiam Et quando per eam corrigitur dispositio respectu alicuius rei tantum, eadem dispositione in reliquo firma manente. Magistraliter noster Vicecancellarius Crespi *obser. 1. nu. 115. vbi sic ait: Secundo principaliter notandum est hanc obseruantia interpretationem eam vim habere, ut etiam si videatur contra verba fori,* Et aliquo modo corrigi in aliqua parte, ea sequenda

97

98

quenda sit, perinde ac si in ipsis verbis fori fuisse scriptum id quod est obseruantia declaratum, hac enim interpretatio non diuersa, sed eadem dicitur dispositio, & eandem vim habet. Cumque supradicta Conſti. i. diuersos casus distinguat, contineatque diuersas partes, potuit obseruantia interpretativa illam in ea parte voti corrigere, firma in alijs remanente, & hoc est quod voluit dicere noster Iosephus Ramon. d. conf. 3.nu. 114. Proregem nostrū nullam habere iurisdictionem circa Decisiones causarum, cum sit ei ablata per conſtitu. i. tit. Dela Audiencia, y Consell Real licet indecidendis causis interdum habeat iurisdictionem aetū, ut potè data paritate votorum.

Neque obstat si dicatur aliud esse videri cōtrariam, aliud esse contraria. Etenim Autores supracitati loquuntur in terminis quando obseruantia est contraria, ut patet ibi *Quādo per eām corrigitur dispositio*, & ibi, & aliquo modo corrigi in aliqua parte, & facit quod Fontanella in d. claus. i. nu. 44. ait loquens de hac obseruantia: *Licet enim*, inquit per Conſtit. i. o. tit. de obseruar conſtit. sit prohibitum allegare conſuetudines, & obseruantias quascunque contra dictas Constitutiones, & iura Patriæ, nihilominus hæc de qua agimus interpretativa conſuetudo admittenda erit, etiamsi per eām aliquid detrahatur de illorum dispositione, & verba repugnant, & malus resultet intellectus, & alia obſtare videātur, de quibus superius dictum est.

Et iuxta nostrā ſententiam fuit res decisa per Suam Maieſtatem, prævia cōſultatione nostri Sacri Supremi, Regijq; Cōſilij Regnorū Coronæ Aragonum, regio reſcripto transmiſſo Excellentissimo Duci de Oſſuna tunc Proregi meritiſſimo Regni Cathalonię in hunc qui ſequitur modum.

La Reyna Gouernadora: Iluſtre Duque de Oſſuna primo Lugartiente, y Capitan General del Principado de Cataluña, &c. Para la recta administracion dela Iuſticia me ha parecido resoluer por Punto general que mis Lugares inientes Generales en eſſe Principado fe abstengan de votar en los pleitos ciuiles ſino es en caſo de paridad de votos de mis Mi-

nistros, particularmente hauiendose obseruado en essa Provincia en esta conformidad por vuestros Antecesores, y assi hareis se registre esta resolucion en los libros delos Acuerdos dela Audiencia.

I porque se me ha representado por el Marques de Aytona mi Mayordomo mayor que en un pleito que pende mas ha de cien años en essa Real Audiencia entre los Duques de Ixar, y Alba en el qual es interessado el Marques llegandose a votar en presencia vuestra, y dado sus votos los Ministros dela Sala donde pende, al tiempo de llamar al Escrivano de Mandamiento para dezirle la resolucion dexò de bañerse por pretender vos que os tocava votar, siendo assi que no concurredio sino tres votos habiles no parece podia hauer paridad, suplicandome mande se guarde el estilo acostumbrado, y se de la resolucion al Escrivano de Mandamiento, ha parecido encargar, y mandar os que siendo assi como el Marques refiere, os abstengais de votar, y dexais correr la justicia segun se ha acostumbrado. Dat.en Madrid a 15.de Febrero 1669.
Yo la Reyna, Vidiit Don Christophorus Crespi Vicecancellarius, Vidiit Don Petrus Villacapa Regens, Vidiit Don Georgius de Castellui, Vidiit Exea Regens, Vidiit Fernandes ab Heredia Regens, Vidiit Don Raphael de Vilosa Regens, Vidiit Don Antonius Ferrer, Don Didacus de Sada Secretarius.

101 Postea autem amplius re hac discussa aliud emanauit Regium rescriptum Duci Sessae tunc Proregi tenoris sequentis.

La Reyna Gouvernadora: Ilustre Duque de Sessa, Soma, y Baena Primo, mi Lugartiniente, y Capitan General. Siendo como es conforme ala recta administracio delas Justicias q mis Lugares tinientes Generales en esse Principado, y Condados se absiengan de uotar en los pleitos ciuiles que se ofrescan, sino es en caso de hauer paridad de votos delos Ministros dela Sala en que se trataren, como mande aduertirlo en carta de 15. de Hebrero de este año al Duque de Osuna vuestro Antecesor en essos cargos aunque me represento lo que se le ofrecia, y remitio los papeles que las Salas le fizieron sobre este punto para que yo le resolviesse. Hauiendo considerado las razones que

con-

contienen, y todo lo demas que se ha ofrecido en la materia en orden alas Constituciones que hablan en ella. Ha parecido de Ziros que non encueniran ni enbarazan esta disposicion, y assi os encargo, y mando los obserueis absteniendo os de votar en las causas ciuiles que se ofrecieren, sino es en caso de paridad de votos delos Ministros que se hallaren en la Sala donde se trataran, como en dicha orden se dispuso, y para que en adelante la obseruen tambien los que nombrare en eßos cargos haremos se registre esta orden en el libro de las Acordadas de eßa Real Audiencia ala qual escriuo lo mismo. Dat.en Madrid a 30.de Noviembre 1669. Yo la Reyna, Vedit Don Christophorus Crespi Vicecancellarius, Vedit Don Petrus Villacampa Regens, Vedit Exea Regens, Vedit Don Raphael de Vilosa Regens, Vedit Don Antonius Ferrer, Vedit Marchio de Castelnou, Don Didacus de Sada Secretarius. † Simile 102 rescriptum fuit directum Regiae Audientiae.



Don Raphaelis de Vilosa
DISSERTATIO QVARTA
DE IVRE ADHÆSIONIS

AN SCILICET VILLA FRANCA,
 & Vallis Confluentis in Cathalonia adhæreat Comitatui
 Ceritaniae, an vero Comitatui Ruscinonis, diebus 11. &
 12. Septembris elaborata pro tractatu Pacis Irunensis,
 quam vulgo Pirynçorum appellant, mandato Excellen-
 tissimi tunc Cathaloniæ Proregis Marchionis de Olias,
 & Mortara.

S V M M A R I V M.

- 1 *In ultimo Pacis tractatu inter Sereniss. Reges Hispanie, & Gallie, Comitatus Ruscinonis remansit penes Christianissimum, Comitatus Ceritaniae penes Regem Catholicum Dominum nosirum.*
- 2 *Thesis disputanda, Terra Confluentis in quo Comitatus connumerari debeat?*
- 3 *Controuerſiam non leuis momenti Author afferuit, etſi quidam Aulicus aliter ſentijſſet.*
- 4 *Aulicus carpitur, & ſe allucinatum oſtenditur, & nu. 6.*
- 5 *Confluentis Vallis deſcribitur.*
- 7 *Pluribus medijs demonſtrat Author, Confluentem mem- brum eſſe Ceritaniae, non Ruscinonis.*
- 8 *In Cathalonia Comites olim, & Reges Aragonum tribus personarum Statibus leges, & edicta condebant.*
- 9 *Comites olim Ceritania totum Comitatum Ceritaniae, & Confluentis nſimul in pace poſuere, nulla mentione de Comitatu Ruscinonis.*
- 10 *Verba uſatici ad materiam recenſentur.*
- 11 *Probatur ex uſatico dependentia Confluentina Vallis à Ceritania, & independentia à Ruscinone.*
- 12 *Cœnobia duo Benedictina poſita, & ſita ſunt in territorio Confluentis.*
- 13 *In*

Dissertatio Quarta.

91

- 13 In alieno solo edificare nemo præsumitur.
- 14 Ædificium cedit solo.
- 15 Cœnobiorum conditor Grifus, seu Guisfridus Ceritaniae Comes fuit.
- 16 Verbis Chronologi Cathalani id ostenditur.
- 17 Pariter Epitaphio sepulchrali, cuius verba recensentur.
- 18 Inscriptiones in lapidibus multum probant.
- 19 Similiter ex Priuilegio Caroli Magni, quod integrum transcriptum est.
- 20 Verba enunciativa in antiquis, & in probatione situs adiuncti probant.
- 21 Roboratur Thesis tribus testamentis Comituū Ceritaniae.
- 22 Primū testamētū Guifridi Ceritaniae Comitis adducitur
- 23 Alterum Gulielmi Raymundi conditum anno 1095.
- 24 Tertium Gulielmi Iordā anno 1102. cum eius peculariis verbis.
- 25 Vir nobilis donare non præsumitur ea, que sua non sunt.
- 26 Infinitus numerus hominum pro allodijs possessis in Confluenti Sacramentum, & homagium Comiti Ceritaniae præstiterunt.
- 27 Sacramentale Raymundi Riculfi Gulielmo Comiti Ceritaniae.
- 28 Gulielmus Raymundus Arrianos in partibus Barrida, & Vrgelet debellavit.
- 29 Sacramentale quod præstítit Arnaldus de Pereperusa supradicto Comiti.
- 30 Præfatus Gulielmus facultatem cōcessit habendi forum in Villafranca Confluentis ipsius popularibus.
- 31 Unica recognitio facta per emphiteutam sive domino utili, sive directo, probat dominium.
- 32 Instrumentum inter Iacobum Aragonum Regem, & Ludouicum IX. Gallie ad literam recensetur.
- 33 Copulativa (y) natura est sequentibus antecedentia iungere.
- 34 Comes Raymundus Berengarius in anno 1131. in divisione statuum primogenito assignauit Comitatum Ceritaniae,

ritania, & Confluentis, nulla mentione Ruscinonis, qui
à Gofredo possidebatur.

35 Ex Cosmographia descriptione Cathaloniae Confluentanae
Regio qua?

36 Sardones Ceritaniae populi.

37 Cosmographis tabulis praestatur fides.

38 Ludouicus Pius Imp. Comitatū Barcinonen. Grifo dedit.

39 Omnia intra fines cōtentā, illius sunt, cuius sunt confinia.

40 Andreas Boscch commendatur, & n. 49.

41 Doctori attestanti de Consuetudine in sua patria creden-
dum.

42 Praesertim de rebus ad historiam pertinentibus.

43 In antiquis validior probatio per scripturas, quam per
homines.

44 Aduersariorum argumentis obſtitur.

45 Vſualis moneta Confluentis Vallis est eadem, quæ Comi-
tatus Ruscinonis.

46 Moneta Cusso de regalibus est.

47 Facultatem crudendi habuisse Comites Ruscinonis.

48 Item Comites Ceritaniae.

49 Argumentum, moneta hec vſualis est in hoc Regno, ergo
Regnum illius est, cuius est moneta, fallax.

50 Causa appellationum Iudicum Ordinariorum Vallis Cō-
fluentis tractantur in Villa Perpiniani.

51 Post unionem Comitatum Ceritaniae, & Ruscinonis à
quibus, & quomodo Iustitia administratio exerceatur.

52 In Comitatu Ruscinonis ubi congregabantur Curia, in-
terueniebant homines Confluentis, & quomodo.

53 Comitatus Ruscinonis ubi olim in pignus datus, an Vallis
Confluentis, includebatur?

54 At contrarium ex multiis ostenditur.

55 Ex iis causa legitur, & lugetur.

56 Vallis Confluentis Comitatus est appellanda.

57 Praesertim quia patria est D. Francisci Reuerterij.

58 Eiusdem D. Francisci praeconia percurrunt.

Cum

C Vm in tractatu Pacis Piryneorum dudum inter Augu-
 stissimum Regem nostrum, & Christianissimum ab-
 soluto cap. 42. stabilitum fuisset pro exequutione cuiusdam
 negotiationis Matriti celebratæ iam de anno 1656. quæ
 predicto tractatui regulam dedit, vt Montes Pirynei essent
 termini diuisorij inter Hispanias, & Gallias, fuit etiam con-
 uentū, vt Comitatus Ruscinonis remaneret pēnes Regem
 Christianissimum, Ceritaniae verò Comitatus pēnes nostrū
 Potētissimum Monarcham, † & sic extitit hæsitatum apud
 Pacis compositores non mediocriter an Villafranca, & Val-
 lis Confluentis cōnumerari deberet in Comitatu Ruscino-
 nis, an vero in Comitatu Ceritaniae, quibusdam in illo, alijs
 verò in hoc vltimo numerandum affirmantibus, † nos de
 controvērsia notitiam quam primum habentes non leuis
 momenti eām diiudicauimus, et si quidam in hoc magis Au-
 licus, quam miles (cuius nomen, & Patria honestatis causa
 subtricitur, illud quia adhuc in humanis agit, hæc verò quia
 maximè veneror) aliter suadere conatus sit Excellētissimo
 Domino Ludouico ab Haro Marchioni del Carpio, sūmo
 Pacis directori, & compositori, & Regis nostri primo Mi-
 nistro, † à quo sciscitatus, rem modicam tanto Monarchæ
 esse respōdit, immemor damnorum, & præiudiciorum quæ
 cessio hæc secum adferebat. Quare non potui quin in eum
 acriter excandecerem, & præiudicia ob oculos demonstra-
 rem. † Sita est Villa (quæ & Ciuitas appellari potest) Villæ-
 franchæ Confluentis, vt à capite exordiamur, in Valle Con-
 fluentana, quæ opportunum ad Comitatus Ruscinonis recu-
 perationem præbet ingressum. Est Vallis viginti milliarium
 longitudinis, latitudinis verò quindecim, quam irrigat flu-
 men quod Teth appellatur, ferri ferax ob plurima minera-
 lia quibus abundat. Caput Vallis, & totius districtus, vt dixi
 est Villafranca. Residet in ea Tribunal Regium, nec desunt
 qui Comitatum hanc Vallem vocant. Componitur ex cen-
 tum, & terdecim Oppidis. Geminis insignibus decoratur
 Cenobijs, ijsque vetustissimis, Ordinis Sācti Benedicti (quo-
 rum Monachos, Claustrales vocamus) in quibus quāplures
 huius

huius Congregationis, quam Terraconensem nominamus, degunt. Vnum dictum Sanctus Michael de Cuxiano, alterum Sanctus Martinus de Canigo quia in Monte, qui hoc nomine vocatur, extitit fundatum, Mons celebris, & mirificus ob multa peculiaria, quin & incredibilia, quæ de illo narrant Historici apud Hieronymum Pujades in *Chronica Catha.lib.1.cap.4.* Beuter *lib.1.cap.6.* Hiero. Paul. de *Montibus Luci. Marinæ. Siculus lib.1.cap.de fluminibus.* † En modicum illud de quo tractatur, verum experientia docuit, & quod magis est, docebit quantū intererat totius Monarchiæ Vallem hanc non cedere, sed illam nostro Comitatui Ceritanæ habere vnitam. † His ita decursis superiora retexamus, reuocato stylo vnde digressus est, sicque per legitimos, & historicos tramites demonstrabimus Confluentem Vallem, & membrum esse Comitatus Ceritanæ, & non Ruscinonis.

6

7

8

9

Primum sit argumētum: In Cathalonia, & Comitatibus supradictis cum olim Comites, & exinde Rēges Aragonū, qui eis successerunt, conuocabant tria Estamenta, seu Status personarū pro celebrandis Curijs ad condendas leges (quas usaticos eo tempore appellabant, quia prima constituērunt ex usibus, moribusque non scriptis) publicare solebant quoddam Edictum Generale, quo in pace, & tregua ponebant terram illam cuius causa leges condendē erant, ut eiusmodi Magnates, Barones, milites, ceteriq̄e, quibus componebantur Curiæ, libere possent, & absque aliquo impedimento ad Ciuitatem, vel locum vbi Curia celebrabatur, accedere. Latè tradit, & materiam hanc prosequitur eruditissimus Don Philippus Vinyes Regens in Supremo nostro Aragonum Consilio in *discursu 8.super Curijs à nu. 10.* † Atqui Comes Ceritanæ Don Raymundus Berenguer anno 1120. (quo tempore Comes erat Ruscinonis) Vuifredus cognomento Grife, ut testatur Andrēas Bosch in *lib.de Honors de Cataluña lib.2.cap.18.vers.lo que escriu Zurita*) in pace, & tregua posuit totum Comitatum Ceritanæ, & Cōfluentis cum consilio Magnatum, & militum dicti Comitatus Ceri-

Dissertatio Quarta.

Ceritaniæ, & Confluentis absque interuentione illorum de Ruscinone, ut est textus expressus *in usatico cunctis pateat* & *in constitut. Cathaloniae tit. de pace*, & tregua, & cuius verba sunt. *Omnibus videntibus, & audientibus hanc scripturam sit notum, quod Ego Raymundus Dei gratia Comes Barcinona, & Marchio, & Dominus Petrus Episcopus Elnensis cum confilio omnium Magnatum, & militum totius Comitatus Ceritania, & Confluentis ponimus pacem in dicto Comitatu, &c.* quo edicto bella, & dissensiones, quæ inter Baronies illius Comitatus erant debebant quiescere sub pena in Edicto contenta. Sequitur Comitem Ceritaniæ, & non Ruscinonis Dominū esse Cōfluentis dum pax in terra Ceritaniæ, & Confluentis, & non in Ruscinone ponitur, igitur Confluentis Vallis continetur sub dominio Comitis Ceritaniæ, non Ruscinonis.

Vim huius argumenti non parum roboret, quod *in usatico &c. eiusdem tituli* legitur: cum enim ibi tractaretur de condendis legibus, quæ comprehendérent homines Comitatus Ceritaniæ, & Conflentis, & Curiæ celebrarentur in Prato de Toluges, qui situs est in Comitatu Ruscinonis, necessaria fuit assistentia Comitis Ceritaniæ, vnde colligitur dependentia quam Confluenta Vallis habet à Ceritania, & independentia quam habet à Ruscinone. Hoc argumento vtitur Andreas Bosch lib. 1. *Dels titulos de Honor. cap. 20. §. 1. in fine.*

Secundum sit argumentum: Negari haud poterit supradicta vetustissima Monasteria Benedictina Sancti nempe Michaelis de Cuxiano, & Sancti Martini de Canigo sita esse, & posita in dicta Valle, seu territorio Cōfluentis, id enim probant omnes Geographi Catalaunici, neque à Gallis inficiatur, si ergo probabimus insignia hæc Cœnobia fundata à Comite Ceritaniæ tempore quo nō erat Comes Ruscinoris, nonne in probatis erimus Cōfluentem partem esse Ceritaniæ? & cum nemo præsumatur ædificare in alieno territorio, certumq; sit soli dominum habere intentionem fundatam *Mascard. conclus. 590. num. 1. de probatio.* & ædifi-

10

11

12

13

14

n

cium

ciū cedere solo vulgatis iuribus s. cū in alieno I. de rer. diui.

- 15 Quod autem Cenobiorum conditor extiterit Grifus, seu Guifredus Comes Ceritaniae, non solum probat Pater Vincentius Domenech Ordinis Prædicatorum in Historia Generali Sanctorum Cathalanorum *in vita Sancti Gualdarici*
- 16 fol. 103. colu. 1. † hisce verbis *Anno Domini 1014. Don Grifus Comes Ceritaniae filius Don Oliba Cabreta Comitis Bisulduni postquam adificauit Monasterium Canigonense Ordinis Sancti Benedicti, & illud dotauit magnis diuinitatis misit duos homines ad perquirendas sanctas Reliquias quibus illustrare, & decorare posset Ecclesiam illam.* † Sed Epitaphium Sepulchri dicti Comitis Grifi, seu Guifredi quod legitur intra dictam Ecclesiam Sancti Martini Canigonensis, illudq; refert maguus noster Historicus Stephanus de Corbera in *Catalonia illustrata manuscripta quam (Deo dante) mox typis mandamus lib. 3. cap. 24. in fine: & est huiusmodi: Anno millesimo quadragesimo nono Incarnationis Domini pridie Kalendas Augosti obiit Dominus Guifredus quoddam Comes nobilissimus, qui sub titulo Beati Martini P. hunc locū iussit adificari, unde & Monachus fuit annis decem, & octo nomine Domini nostri Iesu Christi, cuius dicti Domini Comitis, & eius uxoris Elisabeth Comitissae corpora traslatari fecit in hoc monumento D. Berengarias de Columbario Abbas istius loci anno Domini 1302. † multum enim probant inscriptiones in lapidibus antiquis, vt tradit glos. in cap. cum causam de probatio. Mascar. conclus. 105. nu. 10. post Baldum conf. 310. lib. 5. & post plures Rota Romanae decisiones Barbosa in collecta. ad d. cap. cum causam nu. 7. de probatio. & in terminis de lapidibus sepulchralibus tenet Paul. de Castro in l. si sepulchrum nu. 6. C. de religio. & sumpti fune. Menochi. lib. 3. præsump. 130. nu. 31. Knichen, in *Encyclopediæ* cap. 14. nu. 9.*
- 18 19 Sit tertium argumentum validissimum, quod cum nitatur verbis Caroli Magni Gallorum Regis à Gallis nequam inficiabitur. Præsciendum est Cenobium hodie nuncupatum Sanctus Michael de Cuxiano appellatum olim fuisse

fuisse Sancti Andreæ de Exalada, fundatum tempore Pipini, & restauratum sub Carolo Magno, ut constat ex quodam antiquissimo Priuilegio eiusdem Regis hęc omnia enarrantis in libro quem Viridum vocat fol. 2. & seruatur in Archivio dicti Conuentus, cuius verba sunt hęc: *In nomine Sancte, & indiuidua Trinitatis Karolus gratia Dei Rex, & Imperator Narbonensi Archiepiscopo, nec non Episcopis Elnensi, & Vrgelitano simul, & Comitibus, seu Vicariis, atque Iudicibus nostris salutem perpetuam ad obtēperādum hoc praeceps. Notum sit omnibus vobis quod quidam Archidiaconus cognomen Prothasius ex Parochianis vestris ad nos venit cum aliquibus Monachis denuntians nobis casum nimis lamentabile cuiusdā scilicet destructionem Cenobiū, & periclitationē, atq; inundationē Diluuī, quod erat sitū in adiacentia Ceritaniæ in Valle Cōfluentis iuxta fluuiū Teth in honorem Sancti Apostoli Andreæ in loco qui antiquitus vocabatur Exalata, quod & p̄fissimus Pater noster Pipinus roborauerat per suum praeceptum regale, &c. Huic priuilegio ob eius antiquitatem, & quia est reconditum in Archivio illius Cenobiū præstandam eis fidem probat Gratia discep. forens. cap. 582.nu.1.tom.1. Mascar. de probat. conclus. 111.nu.9. & 10. & pluribus laudatis Pareja de instru. editio. resol. 3.S. 3.nu.27. tom. 1. imo non parum illud roborant tradita à Guillelmo Catel in Historia de Llegandoch fol. 860. & à magno illo Historico Fr. Antonio Yipes in Crononica Generali Sancti Benedicti tom. 3. centu. 3. cap. 4. à nu. 745. pag. 126. Ex quibus colligitur ipsummet Regem Franciæ esse in confessis Confluentem partem esse adiacentem Ceritaniæ, † & quamuis verba sint enunciatiua: tamen cum simus in antiquissimis, & in probatione situs bonorum in aliquo territorio, plenè probant Decius conf. 146.nu. 14. Iason conf. 23. colu. 2. lib. 3. Mascar. conclu. 106.nu. 4. Gratia discep. foren. cap. 883.nu. 9. 10. 5.*

20

Quartum argumentum tribus nütitur testamentis Comitum Ceritaniæ, quorum primum est Guifredi cōditum sexto Idus Nouēbris anno quinto Henrici Regis Franciæ (quo tempore adhuc separatus existebat Comitatus Ceritaniæ à

21

22

Comitatu Ruscinonis) in quo inter cætera sequentia verba leguntur: *Volo atque præcipio ut Comitatus Ceritaniæ cum ipsa terra quam teneo de Redes, & Comitatus Confluentis cù ipsa terra sit filij mei Raymundi. Comitatus vero de Bergnitano, Castrum Sancti Stephani de Castro follit, & Puigalio, & alia castra filio meo Bernardo hoc modo quod si sine filijs decedit veniant in manu dicti Raymundi filij mei, & si iste mortuus fuerit sine filijs, veniant in potestate eius qui Comitatum Ceritaniæ tenuerit. Deinde lego Guifredo Archiepiscopo filio meo omne alodium de Coma in Confluenta cum terminibus suis cum ipsa Ecclesia, cum decim. s. & primitijs, & omnibus sibi pertinentibus, & postremo fecit alia legata de Terris Comitatus Ceritaniæ. Testamentum hoc registratū est in lib. 2. feudorum recondito in Archiuio Regio Ciuitatis Barcinonæ.*

23

Alterum testamentum est Guillelmi Raymundi Comitis Ceritaniæ, non Ruscinonis, compositum nonis Octobris anni 35. Philippi Francorum Regis, qui est annus 1095. Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, hic enim postquam legavit plurima Ecclesijs, & Monasterijs Confluentis hæredem instituit Guillelmum Jordanum suum filium in Comitatu Ceritaniæ, & Confluentis cum omnibus pertinentijs, eique præcipit ut à Villa Villæfranchæ Confluenti (quam, affirmat, se fundasse,) nō petat Usaticum nisi semel in principio anni. Hoc testamentum comperimus registratum in lib. 2. feudorum recondito in Regio Archiuio Ciuitatis Barcinonæ fol. 150. & in Archiuio Patrimonij Regij Ruscinonis, & Ceritaniæ R. 2. fol. 106. huius quoque meminit Pater Franciscus Diago Ordinis Prædicatorum lib. 2. historia Comitum Barcinona cap. 97. Zurita lib. 1. cap. 35. & 36. & Andraas Bosch lib. de honoris de Cataluña lib. 2. cap. 22.

24

Tertium testamentum est Guillelmi Jordà Comitis Ceritaniæ, & non Ruscinonis, factum Idibus Aprilis anni 42. Philippi Francorum Regis, qui est annus 1102. à Virgineo partu, in quo post plurima legata diuersis Ecclesijs præser-tim sape dictis Cœnobijs Sancti Michaelis de Cuxiano, &

San-

Sancti Martini Canigonensis relicta; sic effatur: *Post obitum meum relinquo omnem meum honorem quem habeo in Ceritania, vel Bergitano, nec non in Confluenta, & omnes Rocas Puggios, & omnes fortitudines, quae in eis sunt sitae, aut antea erant Bernardo fratri meo, & post obitum dicti Bernardi sine filiis descendentis, volo quod ei succedat Ayanzicus meus Auunculus, & post mortem dicti Ayanziqui, quod sit Bernardi Comitis Bisulduni, & post dicessum dicti Comitis Bisulduni relinquo Raymudo Berengario Comiti Barcinonensi consanguineo meo.*

Huius testamenti mentionem fecit Diago *dicto cap. 97.*
& est registratum in supra memorato secundo libro feudorum existente in Archivio Regio Barcinonensi. Successionem autem horum trium Comitum Ceritaniae comprobavit etiam Thomich *cap. 34.* & Diago *d. cap. 97.*

Ex quibus testamentariis dispositionibus clarè liquet Confluentem partem esse Ceritaniae, non Ruscinonis: etenim Comites Ceritaniae disponebant de illo ut de re propria, & tunc non erant Comites Ruscinonis, ut probauimus, si enim ius non presumit quod persona nobilis donet rem quae sua non sit, ut tenent Tuschus *conclu. 116. nu. 4. & 5. & nu. 111. 116. & 126. lit. D.* & Farina *in recentio. to. 1. decif. 400. nu. 4.* Nec presumendum est Comites Ceritaniae testamētum fecisse de re non propria, maximè cum affirment plures præcipue Andræas Bosch *in lib. dels Honors de Cataluña;* & Doctor Ludouicus Palau *in celebri illa allegatione quam scripsit in favorem amborum Comitatuum ad illos separandos à Deputatione Cathalonia nu. 9.* tam Comitem Ceritaniae, quam Ruscinonis Principes Supremos esse.

Quintum argumentum eo liquet, quia infinitus, ut ita dicam, numerus hominum qui pro terris, ad locisq; possessis in Confluenti sacramentum, & homagium Comiti Ceritaniae, tempore quae non era Comes Ruscinonis, præstiterunt. Reperiūtur hæc registrata in quoddam libro, qui inscribitur: *Instrumentorum Comitum Ceritaniae in saepè memorato Archivio Regio Barcinonæ recondito.* Descripti sunt in eo libro

- bro Posseffores locorum de Vallmaña, seu Figols, Ioch, Ro-
des, Peracol, Real (hos autem esse sitos in Valle Confluenti
testantur Andræas Bosch *d.lib. I. cap. 20. S. 1.* & Don Ludo-
uicus à Peguera *in Stylo, seu Practica celebrandi Curias in*
fine) qui sacramenta, & homagia præstiterunt dictis Comi-
tibus Ceritaniæ, † & præfertim sacramentale, quod fecit
Raymundus Riculfi Castellanus Castris de Ioch Guillelmo
Comiti Ceritaniæ, aliaq; quamplurima, quæ consultò omit-
timus, & conducit quod tradit Tomich *cap. 33. sua Historia,*
vbi refert tempore Raymudi Berengarij huius nominis se-
cudi, † Comitis Barcinonæ fuisse Comitem Ceritaniæ Gui-
llelmum Raymundum, quo tempore, Arrianos sistentes in
partibus Barridæ, & Vrgelet dicto Comiti validè obstitisse,
quem cōstat auxilio cuiusdā equitis nomine Arnaldi de Pe-
repertusa, aliorūq; nobilium, militūq; Arrianos debellasse,
& Castra in quibus se receperant recuperasse, eaque dedisse
præfato Arnaldo de Perepertusa, ♂ *fol. 23. pag. 2.* † extat sa-
cramentale quod præsttit dictus Arnaldus supradicto Comi-
ti pro Castro de Ioch. Extat etiam in eodē libro *fol. 46. pag. 2.*
carta venditionis quam Guifredus Comes Ceritaniæ fecit
Gualterio de quodam allodio, quod habebat in Valle Con-
fluente, in Valle Molegica in loco, cognominato *Crescellos*
facta 14. Kalend. Martij anno trigesimo regnante Roberto
Rege.
30 Visitur etiam in eodem libro *fol. 49. pag. 2.* carta popula-
tionis Villæ liberae Confluentis (ita appellabatur tunc Vil-
lafranca Confluentis caput totius Vallis) in qua Guillelmus
Raymundus Comes Ceritaniæ concessit facultatem haben-
di forum (vulgo dicimus Mercado, o Feria) in eadem Villa
populatoribus ipsius.
31 Si ergo vnica recognitio facta per emphyteutam, seu vti-
le dominium habentem domino allodiali, seu directo pro-
bat ipsum dominium, ut adstruunt Sola *in constitut. Sabau.*
tit. de iure emphyte. 2. par. glos. 5. num. 8. Petrus Franciscus de
Tondutis *questionum ciuilium par. 2. cap. 18. per totum volu.*
2. & in Cathalonia id seruari probat Cancerius *par. 1. varia.*
- cap. II.*

cap. 11. nū. 21. in fine in codi. additio. quo potiori iure probabunt tot recognitiones à possidentibus allodia in Valle Cōfluenti exhibitæ Comiti Ceritaniz?

Sextum desumptum argumētum ab ijs quę plena manu congerit Guillelmus de Catel Autor Gallus in *Historia de Lenguadoch* fol. 29. † Vbi præ alijs ad litteram refert instrumentum pacis initæ inter Serenissimum nostrum Iacobum Aragonum Regem, & Lodouicum Nonum Galliæ, qui innumeris suffragantibus meritis Sanctorum numero adscriptus est. Instrumenti verba hæc sunt: *Sit omnibus notū quod cum inter nos Iacobum Dei gratia Aragonum, &c. Regem ex una, & Lodouicum eadem gratia Francia Regem partibus ex altera otra esset controuersia super eo quod Rex Franciæ afferebat ad se pertinere Comitatum Barcinona, Vrgeli, Bisulduni, Rofcinonis, Ampuritanæ, Ceritanæ, & Cōfluentis, Gerunda, & Ausonia cum earum pertinentijs, e contra nos dicebamus habere ius in Carcasona, & Carcasses, in Redis, & Redes, &c. tandem deuenit est ad concordiam, & transactionem qua medianie dictus Rex renuntiat per se, & suos heredes omni iuri quod habere potest in feudijs, & Comitatus prædictis Barcinona, Vrgeli, Bisuldini, Ampuritani, Ceritanæ, Confluentis, Gerunda, & Ausonia cum omnibus honoribus, & homagijs, &c. Acta fuerunt Barcinona in Palatio nostro 16. Kalend. Augusti 1258. † Hinc colligitur, Confluentem Vallem cum Ceritania, & non cum Rofcinone vnitam esse; eam enim numerat cum Ceritania adiecta copulatiua (&) quæ solum in ultimo loco debebat poni, cuius natura est antecedentem iungere cum sequenti, vt notat *Gratia. discep. foren. tom. 1. cap. 147. nū. 16. Barbosa de dictio. dictione 110. nū. 7. Surd. cons. 315. n. 17. lib. 3. Rūin. cons. 133: nū. 3. lib. 1. Rebuffus in l. coniunctionem 29. col. 2. post medium vers. octauo coniunctio D. de verbor. signi. sicque affirmare, Ceritaniam, & Confluentem, idem est ac dicere Confluentem partem esse Ceritaniz.**

Septimum argumētum elicitor ex eis quæ refert Hieronymus Zurita *Histor. Arago. tom. 1. lib. 1. cap. 51. Comitem nempe*

nempè Raymūdum Berengarium anno 1131. in diuisione suorum Statuum quam inter filios egit, Primogenito qui eodem Parentis nomine cognominatus erat Raymundus Berengarius assignasse Comitatum Ceritaniæ, & Confluentis; nulla mentione facta Comitatus Ruscinonis, qui adhuc se iunctus possidebatur à Vifro, seu Gofredo, ut testatur Andræas Bosch *lib. titulo. honor. Cathalonia lib. 2. cap. 18.*

- 35 Octauum argumentum ex Cosmographa Cathaloniæ descriptione deducitur, quam Pater Franciscus Diago absoluit, hic enim postquam de Perpiniani Villa loquutus est, in hæc prorumpit verba: *Confluenta Regio mox ad Occasum occurrit, qua ad Sardones etiam spectat in magna, & angusta Valle Theti fluuo irrigua.* † Quod autem Sardones sint Ceritaniæ populi, probat Pujadas in *Chronica Cathalonia lib. 2. cap. 1.* Andræas Bosch *d. lib. 1. cap. 20.* At lucidius institutum corroborat Author maioris Athlantis, seu noui Theatri Orbis typis editi Amstelodami apud Ioannē Ianssonium anno 1639. vbi in tabula Ruscinonis, & Ceritaniæ affirmit Confluentem portionem, siue membrum esse Ceritaniæ. † Et quod his Tabulis detur fides plurimis Rotę decisionis probat Augustinus Barbosa in *collectaneis ad cap. cum causam 13. nu. 5. de probatio.*
- 36 Firmat pariter supradicta quod tradit Tomich *cap. 24.* sua historia Regem nempè Ludouicum cognomento Pium dedisse Comitatum Barcinonæ cuidam equiti cognomine Grifo an. 843. qui erat Castrum de Arrià in terra Confluentis intra limites Ceritaniæ. En modo illius portio: omnia enim intra fines contenta illius esse cuius confinia sunt tradunt Mascar. *concl. 393.* Signoro. Homodę. *conf. 60.* Tuschus *conclusione 698. nu. 6. litt. C.* Gratian. *discip. forens. cap. 657. à num. 26.*
- 37 40 Ultimum argumentum, quod apud me validissimum est, munitur autoritate Andreæ Bosch celebris Iuris Consulti, quin & Ciuis honorati Ville Perpiniani, Iudicis quoque primarum appellationum Comitatum Ruscinonis, & Ceritaniæ, cui danda maior fides est ob summam illorum Comitatum

Dissertatio Quarta.

103

tum peritiam. Hic lib. 1. titulorum Cathaloniae cap. 20. vers.
 tota e^{ta}lla, & s. 1. per totum, Confluentem portionem esse ait
 Comitatus Ceritaniæ. † Quod autem Doctori attestanti de
 Consuetudine in sua propria Patria credendum sit post Bart.
 Paulum de Castro, & alios docent Fontanel. de pact. nuptia.
 claus. 7. glos. 2. par. 9. nu. 8. Pareja de instru. editio. par. 1. tit. 2.
 resol. 2. nu. 53. Mascar. conclu. 426. & conclus. 528. nu. 6. Surd.
 conf. 74. nu. 14. Beltrami. ad Ludouisi. decis. 374. nu. 7. Ben-
 nius de priuile. Iuri spr. par. 3. priui. 81. nu. 3. vers. declaratur
 ieratio, † præcipue de rebus ad Historiam pertinentibus fir-
 mant Valenzuela conf. 33. nu. 84. Barbosa in cap. cū causam
 nu. 4. de probatio. Sesse decis. 162. nu. 4. tom. 2. ex cap. 1. & ibi
 glos. verbo propter historiam, de sacra vñctio. maximè cum
 Autor iste sit Perpinianensis, qui et si iuxta naturalem incli-
 nationem, & affectum Patriæ affirmare debebat, Confluen-
 tem partem esse Ruscinonis, vi tamen veritatis compulsus
 contrarium censuit. Et quamvis autoritate tanti Doctoris de-
 stituti essemus adhuc sufficeret probatio per instrumentum
 quod supra retulimus: † in antiquis enim melior est proba-
 tio per scripturas, & instrumenta, quam per homines Are-
 tin. conf. 65. col. 2. vers. quinimo Tuschus conclus. 771. lit. P.
 nu. 5. Trentacinquis lib. 2. var. resolu. tit. de fide instru. resol.
 8. nu. 1. vers. quarto nota Pareja de instru. editio. tit. 5. resol. 2.
 num. 7.

Supereft ut obiectis quæ in contrarium proponuntur fa-
 ciamus satis, & primum cui multum insistitur, † est quod
 hodie in Confluente Valle moneta visualis est eadē quæ Co-
 mitatus Ruscinonis. At facile respondetur, certum enim est
 in dicta Valle etiam monetam visualēm esse illam excusam
 in Comitatu Ceritaniæ, & Barcinonensem, † & licet mo-
 netæ cussio vna sit ex supremis Regalibus, quæ in Cathalo-
 nia Principi competunt, vt post plures probant Ropol de
 Regalijs cap. 45. in princ. Peguera in praxi crimi. cap. 16. in
 princ. Calicius in Margaritta Fisci dub. 8. nu. 82. † hancque
 habuisse Comites Ruscinonis, vt affirmat Bosch d. lib. 2. cap.
 20. & Zurita lib. 7. cap. 55. † tamen negari haud potest Co-
 o minit

miti Ceritaniæ etiam competiſſe , docet *Vſaticus cunctis pateat 6. tit. de Pace, Et tregua in Consitu. Caſhaloniæ*, vbi Comes Ceritaniæ indicit monetam à ſe excuſā in ſuis ter-
 49 rīs, hocque fatetur idem *Bosch d.lib.4.cap.27.* † ſed nec va-
 lidum eſt argumentum hæc moneta vſualis eſt in hoc Re-
 gno , ergo Regnum hoc illius eſt cuius eſt moneta ; nam
 varijs in locis experimur monetam Hispanicam eſſe vſui in
 illis ſicuti & Gallicam in alijs,& tamen nec vna,nec alia Hi-
 spano,aut Gallico Imperio ſubiecta eſt . Introducitur ſæpè
 moneta vnius Regni,aut vnius iurisdictionis in alia ob inco-
 larū comoditatē, præſertim quando moneta eſt iuſti po-
 deris,& valoris; ſicuti etiam non probatur hodie dominium
 Ruscinonis reſpectu Ceritanię quia in Ceritania vtitur mo-
 neta Ruscinonis.
 50 Secundum obiectū quo nituntur aduersarij hoc eſt, quia
 cauſæ appellationum Iudicū ordinariorū Vallis Con-
 fluentis traſtantur in Villa Perpiniani, quæ eſt caput Comi-
 tatus Ruscinonis, ex quo defumunt Comitatum Confluen-
 tis pendere à Comitatu Ruscinonis, non à Ceritania. Hoc
 argumentum ex illis eſt quæ extrinſecus magnam vim ha-
 bere videntur, intrinſecus nihil probant . † Præſciendum
 51 enim eſt, quod poſt vniōne dictorū Comitatum, per Do-
 minū Regem noſtrum vir conſpicuus nominatur qui vices
 gerit Generalis Gubernatoris, quem communiter Guber-
 natorem amborum Comitatum dicimus, hic residere ſolet
 in Villa Perpiniani in qua ſuam habet Curiam,quæ compon-
 nitur ex vno Aſſeffore togæ habitu inſignito, & vno Aduo-
 cato Fiscali,nominat quoque Dominus Rex duos Iurisperi-
 ritos pro cauſis appellationum amborum Comitatum, qui
 dicto Gubernatori affident , vt notauit Doctor Ludouicus
 Palau in *allegatione* (cuius ſupra meminimus) *facta ad con- sequendam separationem dictorum Comitatum à Depula- tione Cathaloniæ qua incipit El Doctor Luys Boldò num. 5. vers. affiſte affiſi miſmo.* Sicque per accidens ſe habet, quod cauſæ appellationum traſtentur i Ruscinone, quando enim Gerens vices Gubernatoris moram trahet in Ceritania ibi
 tra-

tractandæ erunt causæ non solum Confluentis, sed & Ruscinonis.

Tertium aduersariorum obiectum ex eo elicetur, quod quando in Villa Perpiniani, seu in Comitatu Ruscinonis cōgregabantur Curiæ interueniebant homines Vallis Confluentis, vnde eliciunt dependentiam ab illo Comitatu. At huiusmodi obsistitur, aut hæ Curiæ (quas adstruunt contradictores) fuerunt vocatæ, seu congregatæ tempore quo erat separatus Comitatus Ruscinonis à Comitatu Ceritaniæ, & tunc cōstanter negamus interuenisse in eis Curijs homines Vallis Confluentis, aut huiusmodi Curiæ fuerunt celebratæ tempore quo iam Comitatus Ruscinonis, & Ceritaniæ vniūti erant, & tunc mirum non est si assistebant homines Vallis Confluentis, interueniebant enim vti mēbra, & portio Comitatus Ceritaniæ, quandoquidem vt supra probatum est, vt leges condicæ in Comitijs Ruscinonis anno 1125. comprehendenderent terram Confluentis opus fuit interuentu Comitis Ceritaniæ, & in omni casu nullus actus hominum Confluentis præiudicium inferre potuit Comiti Ceritaniæ Cancerius 3: pān. varia cap. 1. o. nu. 33.

Vltima oppositio est, quoties contigit, datum fuisse in pignus Comitatum Ruscinonis, fuit etiam in pignus concessa Vallis Confluentana.

At duo diximus oppositionem extrema requirere vt probet, primū datū fuisse in pignus aliquoties solum Comitatū Ruscinonis. Secūdum eo in casu in consequentiam pignus fuisse Vallem de qua agimus. † Sed vtrumque procul vero est, semper enim ambo Comitatus in pignus dati fuerunt, teste Doctore Ludouico Palau in *allegati supra citata nu. 8. uersf. Muriò*. Sic pariter quando Serenissimus Rex Aragonum Ioannes Secundus anno 1462. dedit in pignus Ludouico XI. Regi Francorum Comitatum Ruscinonis fuit etiā cum Comitatu Ceritaniæ, vt affirmant Zurita tom. 4. lib. 17. cap. 38. Scipio Duplex in *historia Galliae Caroli Octavi* pag. 156 tom. 3. Ioannes Samblancatus in *Indice Comitum Ruscinonensium in Ludouico Rege Francorum*, & Comite Ru-

*scinonensi 21. Caseneuve en la Catalogne France cap. 13.
nu. 13. Doctor Ludouicus Baldò in Aclamatione pia, & iusta
composita anno 1627. que incipit Muy por los cabellos cap. 3.
num. 213.*

- 55 Ex quibus omnibus clarius innotescit Cōfluetanam Vallem portionem esse Comitatus Ceritaniae, non Ruscinonis. At frustra tantum laborem sumpsimus. Vicit enim Aulicus ille, cuius supra meminimus, qui dum constanter afferere, quin insistere ausus est parui momenti Regi nostro rem esse, in causa fuit ut hęc Vallis remaneret pēnes Christianissimum, in illo tractatu Pacis, qui tot rationibus infastus Hispaniae fuit. Adeò cæcutit sāpē humana prudētia, quæ dum futura non præuidet, in errorum scopolos patenter impingit. De duobus dumtaxat admonitum beneuolum Lectorem volumus. † Primò non sine maximo fundamento posse Vallem hanc Confluetanam appellari Comitatum (quidquid incontrarium afferat Bosch) nam in supra memorato testamēto Guifredus Comes Ceritaniae Vallem hoc titulo Comitatus appellat ut vidimus.
- 56 Secundò est hanc Vallem, seu Villāfrancam Confluetanā Patriam fuisse illius celebris Iuris Consulti Dō Francisci Reuerterij, qui à Cesarea Maiestate Imperatoris Caroli V. ad plura Delegatus, in Regno tandem Neapolitano Præsidens fuit in Regia Camera Summariae, subinde Locumtenens Magni Camerarij in ea (est idem quod Præses illius Tribunalis) insuper Regens in Supremo Collaterali Consilio, & post plura de sua integritate, & litteratura relictā testimonia, diem clausit extēmum, grauis ut annis sic meritis; duos tomos Decisionum hic reliquit qui dudum non aspexerant lucem, donec vir præclarissimus Donatus Antonius de Marinis Regens in Supremo Italię Consilio, nō solum in lucem protulit, verum varijs, doctissimisq; obseruationibus illustravit. Quis ergo Vallem hanc appellauerit, quæ tam eminentem virum præterito sāculo, & futuris genuit?
- 57
- 58

DIS-

DISSE^TRAT^IO QVINTA

SVPER IVRE SORTIENDI.

AN SCILICET REGENTES REGIAM CANCELLARIAM in Supremo Regnorum Coronæ Aragonum Consilio pro Cathaloniæ Regno, qui reperiuntur in ea Provincia insaculati (licet barbaro vti vocabulo) in Officio Deputatorum, habilitari debeant ut sorti ad illud Officium committi possint.

PLVRA DE SAC. SVPREMO REGIO ARAGONVM
Consilio, & de Vicecancellario illius Præside adducūtur.

§. I.

S V M M A R I V M.

- 1 *Sacrum Supremum Regnorum Coronae Aragonum Consilium, à quo, & quando institutum.*
- 2 *Regia Pragmatica institutionis illius refertur.*
- 3 *Ex quibus componatur.*
- 4 *Quid de Sardinia Regno.*
- 5 *Additio Consiliarij unius pro unoquoq; ex tribus Regnis.*
- 6 *Negotia quomodo tractentur, & dividantur.*
- 7 *Singulare Priuilegium Regentium pro Cathalonia.*
- 8 *Vicecancellarius est Praeses illius Supremi Senatus.*
- 9 *Qualitas Vicecancellarij an debeat esse naturalis Coronæ Aragonum omessa ab Authoribus.*
- 10 *Vicecancellarius est substitutus Cancellarij.*
- 11 *Antiquitus Notarium, vel Scribam significabat.*
- 12 *Romanorum tempore Cancellarius magna Dignitas erat.*
- 13 *Continebatur sub nomine Quaestoris Candidati.*
- 14 *Is qui legebat Principi libellos dicebatur Cancellarius.*
- 15 *Rescripta, & responsa Principis suscipiebat, & male scripta cancellabat.*
- 16 *Can-*

- 16 Cancellario sigilla Regia commissa fuerunt.
- 17 Mediolani conseruatur hac Dignitas sub nomine Magni Cancellarij.
- 18 Auctor meruit condecorari hac Dignitate.
- 19 Praeminentiae referuntur, &
- 20 Verba Regis Alphonsi de hac Dignitate.
- 21 Alia Francisci Lanouij.
- 22 Aman, & Mardochaeus hanc Dignitatem habuerunt.
- 23 Daniel Regis Balthasaris.
- 24 Joseph Pharaonis, & Josephat Dauidis.
- 25 Verba Budai, & Lanouij traduntur.
- 26 Assessor Domini Regis appellatur, & verba Ramirez referuntur.
- 27 Habet votum in omnibus negotijs iustitia, gratia, & gubernijs, & praeualet in paritate sententia cui ipse adharet.
- 28 Sedit in scamno in praesentia Regis.
- 29 Libera electio ad officia est suprema Regalia.
- 30 In Regnis Corona Aragonum ex Regia benignitate restringitur.
- 31 In Principe obseruantia legum non minuit potestatem.
- 32 In Cathalonia ex vi Constitutionum omnes iudicantes debent esse Cathalani excepto Cancellario, & Vicecancellario.
- 33 Postea statutum ut Cancellarius, & Vicecancellarius debent esse Corona Aragonum.
- 34 Hac Constitutio fuit facta in Curij Generalibus.
- 35 Et sic venit obseruanda.
- 36 Leges non egent disputatione, sed obseruantia.
- 37 Statuta in non subditos non possunt extendi, & quomodo intelligatur nu. 40.
- 38 Dominus Rex in Cathalonia condit leges una cum Curia.
- 39 Principatus Cathalonia est membrum principium totius Corona.
- 41 Statuta in favorem Clericorum facta a Laicis valent, & illis uti possunt si volunt.
- 42 Vicecancellarius de quo loquitur Constitutio an sit ille

COM-

Dissertatio Quinta.

109

communis Vniuersitatis Coronae, an particularis Cathaloniae.

- 43 Officiales in Cathalonia debent esse Cathalani.
- 44 Quod apud omnes Nationes approbatum fuit.
- 45 Disparitas habitus, & lingua inducit differentiam animalium.
- 46 Nemo in propria Provincia Assessor esse poterat.
- 47 Ad instar sacrilegij habebatur.
- 48 Indulgentia Principis concedebatur.
- 49 Vel ubi consuetudo est incontrarium.
- 50 Velsi est Civis eminentissima scientie.
- 51 Cōcessio quod in Cathalonia omnes Officiales sint Cathalani non est odiosa, quia est fauore Vassallorum.
- 52 Beneficium Velleiani licet respectu creditorū sit odiosum, dicitur favorabile quia est inductū fauore mulierum.
- 53 Rex Petrus Tertius in Ordinationibus Domus Regia cōstituit unam Cancellariam, & nominauit unum Prelatum in Cancellarium.
- 54 Qui nō potuit semper Curiam sequi, & sic in eius locum idem Rex substituit Vicecancellarium.
- 55 Referuntur verba Ordinationis Regia.
- 56 Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.
- 57 Non possunt intelligi Ordinationes de domo Regia solius Cathaloniae, sed totius Corona.
- 58 Officiales qui creantur in Ordinationibus sunt pro tota Corona.
- 59 Cancellaria adhuc conseruatur una in omnibus Regnis illius.
- 60 Magister Rationalis Cathaloniae adhuc retinet nomen vniuersale.
- 61 Generalis Thesaurarius, & Prothonotarius Corona in eo officio Cathalonia computa reddunt.
- 62 Explicatur dicta Constitu.4.
- 63 Cancellarius, & Vicecancellarius unusquisque præsidet in sua Aula.
- 64 Omnes Indices in Cathalonia tenentur iudicare iuxta leges Patria.
- 65 Iu-

- 65 *Iuramentum quod hodie prestat Vicecancellarius quid continet.*
- 66 *Aliud argumentum proponitur, & dissoluitur circa constitutionem Vicecancellarij.*
- 67 *Vicecancellarius praecessit Cancellario anno 1599.*
- 68 *Hic Magistratus est mixtum compositum ex simplicibus diversam naturam habentibus.*
- 69 *Mixtum continetur sub simplici cum de viroque est facta expressa disposicio.*
- 70 *Vel quonies militat eadem ratio.*
- 71 *Aliud argumentum ex Constit. 2. tit. de offi. Protho. adducitur, & ei respondetur.*
- 72 *Aliud argumentum ex cap. 5. Curiarum an. 1599. refertur, & responsum ei datur.*
- 73 *Antonius Oliba fuit electus Fisci Aduocatus in Supremo Consilio.*
- 74 *Quomodo sit intelligendus quando duplicem Cancellariam constituit.*
- 75 *Consuetudo interpretativa ex obseruantia inducitur.*
- 76 *Duo Vicecancellarij Cathalani tosius Corona adducuntur.*
- 77 *Hieronymi de Coll qui Authores meminerint.*
- 78 *Verba Priuilegij Petri Clariana de Ceu referuntur.*
- 79 *Refertur Priuilegium Sereniss. Alphonsi Quarti in favorem Valentini Clauero.*
- 80 *Plura ex dicto Priuilegio colliguntur.*
- 81 *Ioannes de Funes quo tempore fuerit Vicecancellarius.*
- 82 *Mercurius Gatinara, & Perennoitus Granuela non fuerunt Vicecancellarij, sed Magni Cancellarij.*
- 83 *Regna Italiae Aragonia Regibus erant supposita, & per illorum Consilium gubernabantur.*
- 84 *Separatio Consilij Supremi Italiae quo tempore fuerit facta.*
- 85 *Vnionis predicta qui meminerint.*
- 86 *Ex quibus probetur.*
- 87 *Antiquitus apud Aragonenses Cancellarius, & Vicecancellarius poterant esse exteri à tota Corona dum non exercebant iurisdictionem.*

88 *Sed*

Dissertatio Quinta.

11.1

- 88 Sed Fori loquuntur de particularibus Regni Aragonum.
89 Officium Cancellarij in Corona nō fuit cognitum absque jurisdictione.
90 Nec valet dicere quae spectabant ad Cancellariam acta fuisse per Maiordomum.
91 Fori qui loquuntur de Cancellario, & Vicecancellario particularibus Regni Aragonum.
92 Episcopus Barcinonensis fuit Cancellarius Regis Iacobi I.
93 Aragonenses se gratos anno 1626 ostendunt Cathalanis
94 Æquum est ut si habes bonum propter me, & ego habeam propter te.
95 At an. 1646. obliti huius beneficij pro Aragonensibus solis hoc Officium Vicecancellarij petierunt.
96 Petitio traditur.
97 Sed Rex noster ex tribus Regnis Corone posse assumi decrevit.
98 Quando non adeat Vicecancellarius omnia decreta à Rege diriguntur Prothonotario, nisi Thesaurarius habeat vices Presidis.
99 Verba decreti Regij referuntur.
100 Alia petitio oblata Domino Regi ab Aragonensibus.
101 Regium super ea decretum.
102 Decretum generale quo respondeatur petitioni gratiarū.
103 Alia petitio Aragonensium pro confirmatione dictarum gratiarum.
104 Regium ad illam Responsum.
105 Nominatio Vicecancellarij facta in persona D. Mathie de Bayetola, & Cauanillas.
106 Nominatio Vicecancellarij facta in persona Don Christophori Crespi.
107 Decretū Serenissima Regina Domina nostra quo offert nominare in Vicecancellarium unū ex Regnis Corone.
108 Sed an debeat esse unius vel alterius Regni nihil inveniatur statutum.
109 Reges nostri semper usifuerunt aequitatem & qualiter diuidendo pramia.

P

110 Viz

- 110 *Vt i fit in Officio Auditoris Rota Romana.*
- 111 *Et in Officio Consiliarij in Supremo nostro Consilio antea omnibus Regnis concederetur, idem erat statutum.*
- 112 *Bonus Princeps nihil differt à bono Patre.*
- 113 *Interpretatur Vlpianus in l. si ita 12. D. de cōdi. ē demo.*
- 114 *In Hispania seclusis Maioratibus bona aequaliter inter filios diuiduntur.*
- 115 *Imitatur Princeps Deū qui aequaliter omnibus consulit.*
- 116 *In medio ambulare debet.*
- 117 *Sicut manus, aut index Horologij.*
- 118 *Hinc Serpens apud Agyptios depingebatur.*
- 119 *Princeps est amator aequalitatis.*
- 120 *Hac aequalitas in aequitate habet radices.*
- 121 *Aequitas habet locum ubi ius deficit.*
- 122 *Explicatur Ciceronis locus.*
- 123 *Aequitas dicitur legis moderatio.*
- 124 *Opponitur apicibus iuris.*
- 125 *Iustitia etiam in aequitate vulnerata inuenitur.*
- 126 *Quando dicitur quod una opinio procedit de aequitate, ē alia de rigore iuris idem est dicere quod una opinio est vera, alia vero falsa.*
- 127 *Aequitas naturalis idem est quod iustitia, vel*
- 128 *Iustitia duliore misericordia temperata.*
- 129 *Expenditur l. bona fides 31. D. depositi.*
- 130 *Forma cognoscendi aequitatem.*
- 131 *Intelligitur l. 1. D. de solutio.*
- 132 *Idem est dicere quod seruetur Edictum Quodquisque iuris, ē c. quod dicere quod seruetur aequalitas.*
- 133 *Indicia Dei nituntur aequitati.*
- 134 *In corpore humano si mēbrū excresceret, licet, esset principale, ē nobilis deformitati solum proficeret.*
- 135 *Noua sententia duorum Aragoniensium proponitur.*
- 136 *Petrus III. Rex Aragonum nominat Casaraugustam caput Regni Aragonie.*
- 137 *In foris loquuntur Reges aliquoties ad importunas process congregatorum.*
- 138 *Aliud*

Dissertatio Quinta.

113

- 138 Aliud argumentum proponunt illi duo Aragonienses.
- 139 Sed faciliter dissoluitur.
- 140 Eorūdem Aragoniensem sententia, quod ex Aragonia
sint assumēdi plures Vicecācellarij, quā ex alijs Regnis.
- 141 Gentis Aragoniae laudes.
- 142 Inquiritur cur rem nouam prætendant.
- 143 Mortuo Alphonso I. Aragonum Rege quid factū fuerit.
- 144 Berengarius IV. Comes Barcinona matrimonium con-
trahit cum Patronilla filia unica Regis Aragonum.
- 145 Alphonsus Rex Castella Aragonia Vrbes inuadit.
- 146 Alphonsus Comes eas recuperat.
- 147 Aragonia Regnum in dotem ei datur.
- 148 Antiquum instrumentum adducitur.
- 149 Instrumentū aliud donationis à matre filio facta referuntur.
- 150 Dispositio Regine defuncto Rege, & Comite.
- 151 Testamentum sacramentale eiusdem traditur.
- 152 Matrimonium illud utile fuit Regno Aragoniae.
- 153 Pactum initum fuit ut insignibus Cathalonia, deinceps
Aragonie Regnum viceretur.
- 154 Huius mutationis causam ignorauit Author Germanus
- 155 Origo dictorum insignium.
- 156 Zurita facit meliorem locum insignia Cathalonie ha-
bere debere.
- 157 Probatur ex Blancas.
- 158 Inscriptio Riuipulli ad rem.
- 159 Unio Aragoniae cum Cathalonia fuit aquè principaliter.
- 160 Quid sit unio accessoria.
- 161 Quid si est aquè principalis.
- 162 In dubio præsumitur unio aquè principalis.
- 163 Antiquitas originis Aragoniensem.
- 164 Episcopus Casaraugusta fuit suffraganeus Ecclesiae Tar-
raconen.
- 165 Ioannes XXII. in Metropolim erexit Ecclesiam Cas-
raugstanam.
- 166 Coronatio Regum Aragoniae fieri debet ab Archiepiscopo
Tarraconensi.

- 167 Non quad. Archiepiscopus Coronam Regis capiti impo-
nat, sed eam ab altari accipit idemmet Rex.
- 168 Rex Iacobus I. appellavit Tarragonam caput omnium,
fuorum Regnum in spiritualibus.
- 169 Amplitudo Regni Aragonia, & Cathalonia.
- 170 Res gesta Aragonensium, & Cathalaniorum comparantur.
- 171 Res gesta Cathalaniorum remissiæ.
- 172 Celebre eorundem encomium Hieronymi Blancas.
- 173 Aliud Hieronymi Zurita.
- 174 Quid operati fuerint in obsidione Valentia.
- 175 Maioricarum Insula à Cathalaniis populata.
- 176 De Murcia, Oriola, Elche, & alijs idem dicitur.
- 177 De Sardinia remissiæ.
- 178 Nihil deest Cathalonie ut Regnum appellari possit.
- 179 Comes Barcinone non recognoscit in terra Superiorum.
- 180 Doctores plures Cathaloniam Regnum appellant.
- 181 Princeps dicitur Rex, & Rex dicitur Princeps.

1

Antequam ad elucidationem Articuli accedamus sup-
ponendum est Sacrum Regium Supremum Regno-
rū Coronæ Aragonum Constitutum p̄entes Suam Maiestatem
Dominī nostri Regis residens fuisse à Serenissimo Rege
Ferdinando apud nos Secundo, & Catholico appellato in-
stitutum die 19. Nouembris 1494. Regia Pragmatica teno-
ris sequentis.

2

Nos Ferdinandus, &c. Queriendo entender, y con eficacia
proueher, y otorgar nuestro Real Consejo en nuestra Corte por
la expedicion de las causas, y negocios de nuestros Reynos, y
Señorios dela Corona de Aragon, y dar orden, y forma como
en la dicha nuestra Corte adonde quiera que seremos, el dicho
nuestro Real Consejo sea ordinariamente tenido, y celebrado
con idoneo, y suficiente numero de Letrados en lugar commo-
do, y cierto adonde la justicia sea con la autoridad que con-
viene administrada a los que la pidieren, y a nuestra Mage-
stad recurrieren a servicio de Dios Omnipotente, y nuestra
bonra, y reputacion de nuestra Real Dignidad. Por tanto mo-
vidos

uidos con este buenzelo, de nuestra cierta scienza deliberadamente, y consulta hazemos institucion, y ordenamos las cosas siguientes. Primeramente statuimos, & ordinamos que en el dicho nuestro Real Consejo sean las personas siguientes Micer Alonso la Caualleria nuestro Vicecanciller, Micer Bartholome de Veri, Micer Felipe Pons, Micer Geronymo Albanell Regente de nuestra Cancillaria, Micer Thomas Malferit Doctor en cada un drecho, y si algun otro, o otros acordamos añadir, y poner en el dicho Consejo por los quales juntamente se hayan de oyr, examinar proueher, y despachar los dichos negocios, y causas en esta forma, y manera. Que todos los susodichos Dotores del dicho nuestro Consejo de aqui adelante todos los dias no feriados sean en el lugar que por nos sera dedicado para tener, y celebrar el dicho Real Consejo es a saber el primero dia del mes de Octubre hasta Pasqua de Resurreccion desde las ocho horas hasta las onze, y delas dichas fiestas de Pasqua hasta por todo el mes de Setiembre de las siete horas hasta las diez, los quales dichos Dotores ni alguno dellos no puedan abogar, ni tomar pension, ni salario de aduocacion alguna. Item queremos, statuimos, y ordenamos que en el dicho Consejo se hayan de leher todas las suplicaciones, y tratar todas las causas que por las partes se daran, e introduziran, y lehidas el Vicecanciller, y todos los otros del dicho Consejo concordes hayan de hazer las prouisiones a las dichas suplicaciones, y causas, que hazer se deueran, y si todos no se cōcertaren en un parecer que las dichas prouisiones se hagan a votos, y con parecer dela mayor parte de dicho nuestro Consejo. Pero si los votos, y pareceres fuesen pares queremos que con la parte que el dicho Vicecanciller hara paridad se hagan las dichas Prouisiones. Las quales prouisiones (las que segun los fueros, constituciones, y leyes de nuestros Reynos deuen ser signadas por nuestro Vicecanciller) se signen por el, y sean señaladas por el nuestro Vicecanciller, y por todos los otros del dicho nuestro Real Consejo, y que no se pisen dan proueher, ni signar, ni señalar las dichas Prouisiones en casa delos dichos del Consejo, antes todas se hayan de hazer proueher,

uehor, signar, señalar en el lugar donde dicho Consejo se inuiere, sino en caso que alguno de los fuese indisposto, en el qual caso, y no otra manera queremos que pueda signar, y señalar en su casa. Item ordenamos que si tales y tantos negocios concurrieren por los quales fuese menester amprarse de los dias despues de comer, que los dichos de nuestro Consejo sean tenidos en los lunes, miercoles, y viernes sino seran feriados ir en el lugar del dicho Consejo, y en aquel estar es a saber en tiempo del Invierno de las dos horas despues de medio dia hasta las quatro, y en Verano de las tres hasta la cinco, y assi prouicher lo necessario segun arriba es ordenado. Item queremos, y ordenamos que en el dicho Consejo se lean, y hayan de leher todos los Processos, y Actos de las causas, y negocios que seran introducidos, y alli se trataran, y despues de lehidos dichos Processos, y Actos que sean votados por los del dicho Consejo las prouisiones, y sentencias que dar se huiieren. Y si alguno de dichos Dotores quisiere mejor ver, y reconocer los dichos Processos, y Actos, el que vorase difiera, y haga de diferir para otro dia si a todos los del dicho Consejo sera visto deuense diferir. Pero que no pueda dilatar mas su voto de dos dias porque la causa no se alargue. Item ordenamos que quando todos los del dicho Consejo seran concordes, y se ordene la sentencia, o sentencias que en el dicho Consejo se daran no se puedan publicar sino las que deuen ser signadas por nuestro Vicecanciller, sean signadas por el, y señaladas de todos los otros del dicho Consejo, y si todos no seran concordes en un voto se haya de hazer la conclusion con el voto de la mayor parte de los del dicho Consejo reseruada la forma susodicha en caso de paridad, o se haga de ello relacio à nuestra Magestad porque en el dicho caso si nos fuere visto bagamos la conclusion adheriendo a aquella parte en la qual nuestro Real animo, y conciencia mas se reposara. La qual sentencia, o sentencias en qualquiera de los dichos casos concordes se hayan de signar, señalar por el Vicecanciller, y por todos los del dicho Real Consejo. Item ordenamos que algunas causas, o prouisiones tocantes a interes de nuestro Fisco, o Patrimonio Real no se puedan intentar

intentar, ni determinar en el dicho Real Consejo sino con interencion de nuestro Thesorero General, o de su Lugarteniente en su ausencia. Para lo qual el dicho nuestro Thesorero queremos que sea llamado. Item ordenamos que si de alguna sentencia, o prouision que por el dicho Consejo de aqui adelante sediere, y fiziere fere suplicado, la tal causa de suplicacion se haya de hazer, y determinar en el dicho Consejo con interencion delos dichos Dotores del dicho Consejo. Pero que sea en facultad nuestra de aplicar a ellos otros Dotores fuera del dicho Consejo, e hayan de interuenir por el dicho Consejo con los Ordinarios del dicho Consejo, y que las dichas causas de suplicacion se hayan de tratar, votar, y concluir en el dicho Consejo en la forma ya dicha. Item quanto a los salarios de las sentencias, y prouisiones que en dicho nuestro Consejo se haran, y daran ordenamos que a dicho nuestro Vicecanciller, y los del dicho nuestro Consejo hayan, y reciuan salarios de las sentencias, y prouisiones que segun los Fueros Constituciones, y leyes de nuestros Reynos, y las Ordinaciones de nuestra casa pagar se deuen, y las quantidades que segun las dichas leyes, y ordenanzas pagar se deueran, y no mas, ni en otra manera. Las quales quantidades sean partidas entre todos los de nuestro Consejo en esta manera. Que fecho el numero delos que seran en el dicho nuestro Consejo añadida una parte mas delos que seran en aquel en esta forma. Que si seran dos Dotores en el dicho Consejo, y el dicho Vicecanciller que seran tres que se hagan quattro partes iguales del dicho salario, y el dicho Vicecanciller haya las dos partes, y los otros Dotores las otras dos. Y si seran en el dicho Consejo tres Dotores, y el Vicecanciller que seran quattro que se hayan cinco partes iguales, y las dos partes aya el dicho Vicecanciller, y los otros las tres, y assi subiendo en numero se hayan de multiplicar las partes, y el dicho Vicecanciller todavia aya dos partes, y los otros todos sendas partes, y antes que se haga relacion de qualquier causa la parte, o partes postulantes hayan de depositar el salario en poder del Escriuano del proceso, y despues sea a cargo de aquel de dar a cada uno delos dichos Dotores su parte en la forma,

forma ya dicha antes que la dicha sentencia se publique. Item queremos, y ordenamos que los Doctores, y Notarios que se huieren de examinar se examinen, y prouean en el dicho nuestro Consejo en la forma susodicha. Item ordenamos que en el dicho Consejo se tenga un libro, en el qual se continuen, y escriuan todos los votos, y condiciones de las causas que en dicho Consejo se haran, y que los Escriuanos de Mädamiento ayan de hazer sus Deitarios siguiendo ordenacion de nuestra Casa, y que vayan al dicho Consejo al tiempo, y horas susodichas demanera que alomenos nunca falte uno de los que sirua, y escriua las Conclusiones, y Prouisiones que en dicho Consejo se hizieren. Item que un Verguero, o Portero de Mazza aya de ser presente en el dicho Consejo alas dichas horas, y tiempos. Item ordenamos, y mandamos que todas las Prouisiones, letras, y sentencias que del dicho nuestro Consejo emanaren, y seran signadas, y señaladas se hayan de sellar con el sello de nuestra Cancillaria que tiene por Nos nuestro Protonotario, y que el dicho Protonotario no pueda sellar, ni reseñar, ni nuestros Secretarios, o Scriuanos puedan referendar letras, prouisiones, ni sentencias algunas sino es que sean signadas, o señaladas por todos los del dicho Consejo en la forma ya dicha, y en las que tocaren interes de nuestro Fisco, o Patrimonio haya de hauer Videl del dicho nuestro General Thesorero si ya que por Nos a boca les fuese mandado. Por tanto co tenor de las presentes de nuestra cierta scientia, y expresamente dezimos, y mädamos a los dichos nuestro Vicecanciller, Regentes de nuestra Cäcellaria, Doctores de nuestro Cösejo, Protonotario, Secretario, Escriuanos, y otros qualesquier aquien pertenezca, y acate pertenecer, y acatar pueda so incurrimiento de nuestra ira, y indignacion que las presentes nuestras ordinaciones, y todas las cosas en aquellas contenidas sigun su serie, y tenor tengan, seruen, y guarden, tener, seruar, y guardar hagan en todo, y por todo, y contra aquellas, ni cosa alguna dellas no hagan, o vengan a hazer, o venir permitan por alguna causa, o razon. Delo qual a cautela les quitamos todo poder, y facultad con decreto de nullidad. En testimonio
dello

de lo qual mandamos hazer la presente de nuestro nombre
firmada, y con nuestro sello sellada. Dat. en la nuestra Villa
de Madrid a 19. dias de Nouiembre en el año dela Natiu-
dad de nuestro Señor de mil quattrocientos nouenta, y quatro.
Yo el Rey.

Hanc Regiam Pregmaticam cōfirmauit postea Inuictissimus Imperator Carolus Quintus alia Regia Pragmatica. Dat. Bruxellis 20. Aprilis 1522. cum aliquibus additionibus. Meminerunt institutionis nostri Cōsiliij Rodericus Médez Silua in *Catalago Regio Genealogico Hispaniae* fol. 131. Andræas Bosch in *lib. titul. honor. Cathalonia lib. 2. §. 37.* Ferdinandus del Pulgar in *Historia Regum Catholicorum cap. 113.* Ægidius Gonçalez de Auila in *Theatro Matritensi pag. 419.* Refert vtrasque Pragmaticas Don Franciscus Didacus de Sayas in *anna. Arago. cap. 64. fol. 467.* In eis expresse est constitutum vt Vicecancellarius sit loco Præsidis. † Componitur supradictū Supremum Consilium ex duobus Regentibus pro unoquoque Regno ex tribus principalioribus Coronæ Aragonum, videlicet duobus togatis pro Aragonia, duobus pro Cathalonia, & duobus pro Valentia Regno, uno Thesaurario Generali, uno Prothonotario, uno Advocato Fisci, & tribus Secretarijs Madariaga de Senatu, & Principe cap. 3. pag. 41. Calixtus Ramirez de lege Regia S. 10. nu. 27. cum seq. qui hoc Sacrum Consilium appellat namum capitis politici Principis, quia per illum odorum omniū species ad cerebrum feruntur.

3

Exinde refellendus venit Camillus Borellus de prestan. Reg. Catho. cap. 66. nu. 30. qui solum ex quinque Consiliarijs componi hoc Consilium affirmat. In alijs multis Borrellum carpit Calixtus Ramirez d. §. 10. n. 9. Sed & refellendus venit Don Ioannes Franciscus Montemayor de Cuenca tract. de summar. inuestiga. origi. & priuile. Aragonien. in epis. Dedicatoria fol. 128. † Vbi præter sex Regentes togatos additum vel Sardiniae, vel Maioricæ, nunquam enim Maioricenses in eo Consilio sedem habuerunt, sed Regentes Cathalani, vt mox dicemus, pro Cathalonia, & Maiorica se-

4

q

dunt

dunt, sed nuper additus est vnuſ vel Regens, vel Consiliarius ad libitum Domini Regis pro Sardiniae Regno, nō perpetuus, iuxta tradita per Don Ioan. Dexart *ad Capitula Regni Sardinie lib. 3. tit. 2. cap. 2.* ¶ 3. vnde nō bene Borrellus *vbi supra nu. 26.* dixit negotia Sardiniae tractari in Supremo Consilio Italie.

- 5 Additi etiam fuerunt tres Consiliarij vnuſ pro Valentia, alius pro Aragonia, & tertius pro Cathalonia (hos vulgo *Conſejeros de Capa, y Espada* vocamus) qui in omnibus votum suū habent, præterquam in rebus quæ iudicialiter tractantur. Dominus Vicecancellarius Crespi *in suis obserua. in epis. curiosa ad Lectore n. 41.* notauit Andræ. Bosch *in lib. tit. hono. Catha. lib. 2. §. 37.* & multis ab hinc annis proposuit Dō Franc. Gilabert *in Discur. super inclinatione Cathalano- rū discur. 1. n. 81. ¶ 83.* licet id adimpletū suo tempore nō viderit. ¶ Negotia diuiduntur in Prouincias, & vnuſquisq; Regens, & Consiliarius appellatur Prouincialis sui Regni, iijke in negotijs sui Regni, vel Prouinciae tanquam melius informati (turpe enim esset Patritio, & Nobili viro ius in quo versatur ignorare *l. 2. §. Seruius 43. D. orig. iur.*) primo vota sua emittunt.

- 6
7 Singulare tamen est in Regentibus, & Consiliario pro Cathalonia, quod isti non solum dicuntur Prouinciales sui Principatus, verum, & Insularum Maioricæ, & Minoricæ, & Ebusi (quam Iuiçam vulgo vocant) & etiam Regni Sardiniae quādo nō habebat Regētem, vel Consiliarium in Cōſilio, vel quando nunc qualibet de causa abest à Consilio etiam propter infirmitatem, ex quo Regna ista Sardiniae, & Maioricarum reputantur tanquam membra, & partes Cathaloniæ. Imo quia Episcopus, & Capitulū Barcinonense tot tantaque auxilia, & pecunias subministrarunt Serenissimo Regi Iacobo Primo ut prædictum Regnum Maioricarum consequi posset, eo adquisito fuit declaratum per Abbates Cœnobiorum Populeti, & Sanctarum Crucuum Ordinis Cisterciensis, Iudices ad hanc causam per prædictū Regem datos, ut prima Episcopi Maioricensis nominatio ad Regem spe-

spectaret, deinceps vero ad Episcopum, & Capitulum Barcinonense, qui de gremio dicti Capituli eligere deberent, habili autem in eo non inuento, tenerentur digniorem ex Canonicis Maioricensibus eligere, idemque esset obseruandum quoties captis Minorica, & Ebusa, succederet aliquam ex Ecclesijs dictarum Insularum erigi in Cathedralem, ita refert Bernardinus Gomez Miedes *in histo. Iacobi Primi lib.7.cap.8.pag.mihi 144.*

Præst, vt dixi, huic Supremo Senatui Vicecancellarius loco Præsidis, vt tradit Ibandus de Bardaxi *ad tit.de offi. Cancel. Et Vicecancel.nu.3.* Don Laurent. Matheu *de regim. Reg. Valentia tom.1.cap.2.S.2.nu.157. Et nu.163.* Madariaga *de Senatu cap.3.versi. Sigue se el Consejo pag.41.* & late Admonitio *ad curiosos Lectores posita in principio Observationum* Don Christophori Crespi de Valldaura, † vbi licet Præminentias, & Prærogatiwas huius excelse Dignitatis referat, nihil tamen de qualitate illa an sit eligendus Iurisperitus naturalis Coronæ Aragonum, an vero possit eligi exterus, quæ non fuerunt omissa vti inopinata, & incogitata, nostris enim temporibus acriter disputata extiterunt, sed nescio quo facto prætermissa.

Antequam tamen promissa adimplere incipiamus, oportet aliqua de Cancellarij dignitate præmittere, eadem enim in Vicecancellario procedunt, † cum nihil certius sit, quam hunc illius locū substituere, & licet antiquissimis illis temporibus nō denotabat verbum hoc dignitatem, vel officium præminens, † sed Notarium, vel Scribam significabat, vt probat tex. *in Rubr. C. de ass. Et domesti. Et Cancella. Iudi.* vbi glos. *Et in l.3. vbi glos. ver. Cancellarios C.eo. Couar. in practi. cap.4. num. 10. ad finem* inde deducto nomine quod eius officium, idest cellula illa in qua scribere consueuerat cancellis quibusdam munita esset, ad effectū vt qui ad cellulam illam confluenter, ad ipsum Scribam proximè approximare nequirent, optimè Gothofredus *in glos. ad l. nullus 8. verbo Cancellarij C. de assesso. Et domes. Et can. Iudi.* vt sic Notarius ipse à periculo amittendarum chartarum libera-

- 1122 *retur, prout tradit Thesaur. lin. Lat. ver. Cancellarius, & Volphan. Lazijs lib. 2. comment. de Repub. Philip. Beroald. de offi. Scriba Petrus Gregor. lib. 47. syntag. cap. 29.* † Tamen certius est etiam Romanorum tempore hoc nomen Cancellarium magnam dignitatem praeferre, ut probat Couar. d. cap. 4. n. 10. † licet sub nomine Quæstoris candidati, ut pluribus conatur probare Hieronymus Portulez *ad Molinam vers. Vicecancellarius*, & latè post eum Petrus Ludouicus Martinez *in allegatio. pro Regno Aragonia super Prorege extero à nu. 88.* Camillus Borrellus *ad Bellugam rubri. 6. lit. G.* Et apud Hispanos, Gallos, & Anglos maximæ authoritatis semper fuit, † & quemadmodum iij qui iudicibus libellos supplicatorios offerebant, & legebant Cancellarij dicebantur, sic & is qui eos Principi legebat Cancellarius dictus fuit, quod videtur significare voluisse Paul. Æmil. lib. 3. dc. Reb. Franco. qui illum Praefectum iuris appellat, † cuius officium etiam postea fuit rescripta, responsa, decretaq; Regis suscipere, & malè scripta, aut expedita cancellare, id est transuersis lineis, veluti cancellis, expungere, & illinire l. r. Et 3. D. de his qua in testa. delen. l. si chirographum 24. D. de probatio.
- 116 Hinc deinceps apud omnes ferè gentes inualuit ut huic dignitati Reges, & Imperatores quia valdè in ea cōfidebant sigilla sua committerent. Cassanç. in Catalo. glor. mun. par. 7. consid. 7. Guillel. Benedic. in cap. Raynuntius in vers. Et uxorem par. 2. nu. 193. Petr. Grego. lib. 47. syntag. cap. 29. Redin de Maiesta. Princi. ver. legibus nu. 71. Anto. Roscius lib. 3. memora. cap. 7. Schedulare Magistra. ciui. tit. de Quæstor. Pirrus de Magistra Roma. par. 1. num. 10. Et par. 2. num. 8. Petr. Bellus de re milit. lib. 2. tit. 22. nu. 10.
- 117 Sic & in Mediolanensi Statu conseruatur hodie hæc dignitas sub nomine Magni Cancellarij, † (qua mierui Regia munificentia decorari anno 1670.) cum retentione Regentiae in Supremo Aragonum Consilio, † praest enim omnibus Magistratibus, & præcipue Senatu Mediolanensi in omnibus concessibus publicis, Regios Praesides Senatus sci-
licet
- 118
- 119

Dissertatio Quinta.

123

licet, & utriusque Magistratus Ordinarij, & Extraordinarij præcedit, in Consilio Secreto præsente etiam Generali Gubernatore negotia tractâda, eius nomine proponit, Regiam Cancellariam omnino moderatur, sigilla Regia custodit, vox ipsius Gubernatoris est, per ipsū enim omnia disponit.
 † Sed nullus melius sublimitatem excelsæ dignitatis Cancellarij explicauit, quam Serenissimus Alphonsus Rex Castellæ: is etenim in l. 4. tit. 9. par. 2. dixit, quod sicut Sacerdos est mediator inter Deum, & homines, sic Cancellarius inter Regem, & subditos, & ibi Gregor. Lopez, † & ut dicebat Franciscus Lanouius *ex Ordine Minimorum in libello de Sanctis Cancellarijs Francia*.

20

21

*Hic est qui leges Regni cancellat iniquas,
 Et mandata p̄ij Principis aqua facit
 Si quid obest populo, vel legibus est inimicum
 Quidquid obest, per eum definit esse nocens.*

Lucas de Penna *in rubri. de Quæstor.* Ioan. de Platea *in l. 2. nu.*

3.C. *de bonor. petiti. sub. lib. 10.* † Hoc erat officium Aman respectu Regis Assuerij, regium enim sigillū tenebat, & prouisiones ab eo emanatas sigillabat, & Mardochæus ei in hoc officio successit, ut dicitur *in lib. Esther cap. 8. § 9.* † Sic & Daniel Regis Balthasaris Cancellarius fuit, ut apparet *ex lib. Danielis c. 5. § 6.* † & Ioseph Regis Pharaonis, & Iosephat

22

Regis Dauidis *ex lib. 3. Regum cap. 8.* Redin de Maiest. *Principis ver. legibus num. 89.* Guillel. Benedic. *vbi supra* Petr.

23

Grego. *lib. 47. syntag. cap. 29. à nu. 4.* Ludoui. Martinez *in allega. pro Regno Aragoniæ super Prorege extero nu. 881.* † Et

24

vt dixit Guillelmus Budæus *de aſſe. lib. 5. circa fin.* *Est Magistratus inter togatos ſumus, cuius domus iuris custodia, legum, ac conſtitutionum praſidium, oppreſſorum aſylum, flagitiorum ſcopulus, aequitatis officina, ara ſupplicum, § iure ſummo laporum adminiculum eſſe debet,* plura de Cancellario Cathaloniæ Cortiada *decif. 10. à nu. 39.* Verum multo magis hanc dignitatem extollit Lanouius *vbi supra* his verbis. *Dicerem, § oculos Regis eſſe, ut cui rerum prouidentia credita fit, adeo in eminentiſſima ſpecula ſit collocatus ut à longe*

25

à longe dispiciat quod futurum in rei communis vel salutem; vel perniciem immineat, nisi satius esset (ne ultra constitutos terminos transgrediamur) uno verbo concludere idem Cancellarijs, atque Regis esse Officium ut Rempublicam saluam, florentemque præstet. Quod enim Regi ut domino, Cancellerio ut Procuratori efficiendum incumbit.

¶ Sed & Calixtus Ramirez de lege Regia § 10.nu. 26. & Don Laurentius Matheu de Regi. Reg. Valen. tom. 1. cap. 2. §. 2.nu. 163. vocant Vicecancellarium nostrum, Assessorem Domini Regis per quem ille loquitur, quia ad eum, prosequitur Ramirez, tanquam Regem representantem grauissima queque referuntur, & ea omnia ipse cum Regijs Confiliarijs confert. Eiusq; muneri præcipue incumbit operam dare diligentem ne quod rescriptum, edictum, decretum contra ius, aut Rempublicam impetretur, cum ad eum spectet litteras Regias subscribere, & obsignare. Non facit ut Regis voluntati resistat, vel regiae clemētia, & largitatis censorem, & moderatore m se præbeat, sed ut pro potestate sibi à Rege concessa, tanquam eius sumus Magistratus, & Officialis caueat nequid eliciatur ab occupato grauioribus negotijs Rege, vel non satis attento per obrepitionem supplicantium, aut inuercundam petentium inhiationem qua plerunque Principes constringuntur nō concedenda concedere.

¶ Sed & vti Præsidem, nostrum supremum Vicecancellarium habere non solum votum in omnibus negotijs siue iustiam, siue gratiam, vel gubernium respicientibus, & præualere sententiam in casu paritatis votorum, cui ipse adhæret, & in hoc excedere alios Præsides supremorum Tribunalium, diximus supra in Dissertatione tertia nu. 37. † & in scanno sedere in præsentia Domini nostri Regis, quando cum eius Maiestate negotia tractat, tradit Admonitio sæpe citata *apposita ante Observationes Domini Vicecancellarij* *Don Christophori Crespi de Valldaura* plura congerit Don Ioa. Fraciscus Montemaior de Cuenca in *Sumaria Inuestigatione Nobiliū Aragonia in Prophonetica pag. 129.* & seq. & litteratis. Don Ioa. Chrysostomus de Vargas Machuca in hoc

hoc Regno Neapolitano Regius Consiliarius infra laudandum in Considerationibus practicis pro Sindicatu Iustitia Aragonum in epist. Dedicatoria.

His suppositis, ut ad institutum veniamus non negamus, supremam potestatem, & regaliam nostri Supremi Monarchæ circa creationem Magistratum, & liberam, ac nullis subiectam legibus personarum ad illam electionem. † Sed hanc profitemur tribus in Regnis Coronæ Aragonum ex regia benignitate in multis restrictam, & signanter in electione Officialium, quæ debet fieri de naturalibus, hoc autem non cedit in diminutionem Regiæ Maiestatis, (ut de Juramento quod à Principibus præstatur, non tantum ad ea quæ pertinent ad eorum officium, sed etiam quando potestati suæ certos limites ponunt, male sentit Hennigius Arnisœus de iur. Maies. cap. 6. nu. 1.) est enim non tam non posse, quam nolle posse, ut ait Calixtus Ramirez d. trac. de lege Regia §. 22. nu. 12. † non enim in Principibus obseruantia legum etiamsi iuramento roboretur minuit eorum potestatem Hennigius Arnisœus d. cap. 6. nu. 4. sicut nec in populo obediētia Regibus debita minuit eius libertatem Morlanes in Responso pro Aragonia Regno super Prorege extero par. 1. n. 81. inde Imperator in l. digna vox C. de legib. Dignam esse, inquit, Maiestate regnantis vocem indicauit se legibus alligatum profiteri. Licet enim ut dicebat Andreas Isernia in prælud. feudo. quæst. 2. nu. 30. aliqui sint qui alias non teneantur seruare leges ut leges, tenentur tamen eas ut rationes seruare, & licet aliquis sibi legē imponere non possit l. quod autem 7. §. uxori D. de donatio. int. vir. l. ille à quo 23. §. tempestuum ibi: Ipse se cogere Prator non potest quia triplici officio fungi nequit suspectam dicentis, & coacti, & cogentis D. ad Trebelli. Tamen non alligatum Principem esse legibus fatemur, sed eo dignum esse dicimus ut se alligatum profiteatur, licet non sit, ut ait Iustinia. in §. vli. I. quib. mod. testa. infir. ibi: Licet enim legibus soluti simus, attamen legibus vivimus, & Alexander Imperator in l. ex imperfecto. ibi: Licet lex Imperij solemnibus iuris Imperatorem soluerit, nihil tam

29

30

31

*mentem proprium Imperij est, quam legibus vivere C. de-
testam. & licet Cæsar ad Tribunum, ut animaduertit Plutar.
in Cæsa. sit hoc de iure suo remittere: tamen ut ait Symma-
chus lib. 10. epis. 54. maiorem gloriam Principes adquirere
scribit, si contra morem patrum nihil sibi intelligent licere,
& Plini. in Panegy. ad Traianum, ut felicitatis est posse quā-
tum velis, sic magnitudinis velle quantum possis, quod Ger-
manus lib. 8. de reb. ges. Trid. sic imitatus est.*

*Nam nihil, ut verum fatear, magis esse decorum,
Aut Regale puto, quam legis iure solutum
Sponte tamen legi se se supponere Regem.*

32 *Est ergo indubitatum in Codice Constitutionum Catha-
lonie, & in Curijs Generalibus celebratis per Serenissimum
Regem Petrum huius nominis Tertium in Villa Ceruariæ
an. 1359. reperiri Constitutionem, quæ est quarta tit. Quod
omnes Officiales in Cathalonia, & Regno Maioricarum sint
Cathalani cōfirmantem aliam Constitutionē Alphonsi III.
in Curijs Montisalbi an. 1333. & hæc cōfirmat aliam Iacobi
Secundi in Curia Barcinonæ anni 1291. quibus statuebatur
ut omnes iusdicentes in Cathalonia Domini Regis, Regi-
næ, & Primogeniti essent Cathalani nec aliquis posset pro-
ferre sententiam, nec processus alicuius relationem facere,
nisi esset naturalis dictæ Prouinciæ Cathaloniæ, & in ea do-
miciarius, exceptis, ut dicitur in dicta Conſtit. 4. Cancellario,
& Vicecancellario nostris, quos nolumus comprahendi in hac
Constitutione, licet fint domiciliati in alijs locis, vnde venie-
bat, licet leuiter, notandus Recentior quidem doctus, qui in
quada Disceptatione legali historica par. 1. nu. 81. afferuit pri-
mā memoriam Vicecancellarij in Cathalonia legi in Conſtit. 1.
tit. de Audien. & Con. Real an. 1365. cum supradicta Con-
stitutio quarta quæ meminit Cancellarij, & Vicecancellarij
sit de anno 1359. sed in his non immoramus.*

33 *Sed quia exceptio hæc erat nimis generalis, & compre-
hendebat non solum Regna Coronæ Aragonum, verum &
alia extra Coronam, ideo transactis sexaginta tribus annis,
tempore scilicet Serenissimæ Reginæ Mariæ vxoris, & Lo-
cum-*

Dissertatio Quinta.

127

cum tenentis Sereniss. Regis Alphonsi huius nominis Quar-
ti, anno scilicet 1422. in Curijs Generalibus per ipsam ce-
lebratis Barcinonę fuit facta Constitutio, quæ est *quarta tit.*
de officio Cancella. & *Vicecancel.* tenoris sequentis. Primo
ad supplicationem, voluntatem, & approbationem presentis
Curijs ordinamus, & statuimus quod quolibet tempore quo-
vacauerint officia Cancellarij, & Vicecancellarij per mor-
tem remotionem, aut renunciationem, aut quolibet alio modo,
dictus Dominus Rex, & eius Successores debeant provideru-
dicta officia intra duos menses numerandos à die remotionis,
vel renunciationis, videlicet illud Cancellarij in aliqua no-
tabili persona Ecclesiastica Doctore in Iure Canonico, vel
Ciiali, & illud Vicecancellarij in alia persona seculari Do-
ctore, aut Iurisperito solemnibus expertis in foris, constitutio-
nibus, & alijs legibus Regnorum, & terrarum dicti Domini
Regis, natis, naturalibus, & domiciliatis realiter; & cum
effectu, & in veritate, absque dispensatione, Regnum Arca-
gonum, Valétie, aut Principatus Cathalonia, aut Regni Ma-
ioricarum, & non aliorum, super hac Constitutione viden-
di sunt Mieres tom. 2. colla. 1 o. cap. 3. nu. 2 & Olibanus cap. 4.
de iur. fisci. nu. 39. Berart in Specie. Vifit. cap. 1 o. nu. 7.

Hac lege supposita de illius validitate non est disputan-
dum, cum sit facta in Curijs Generalibus Olibanus in usati.
aliud namque cap. 3. nu. 9. de iur. fisci Bald. conf. 317. volu. 1.
Roland. conf. 13. nu. 32. & conf. 45. nu. 8. & conf. 21. num. 35.
vol. 3. Crauet. conf. 142. nu. 51. & conf. 241. nu. 1 o. Cardina. in
cap. fin. de decimis nu. 4. Cassanx. in Catalo. glor. mun. par. 11.
conside. 22. Sixtinus de regalibus lib. 1. cap. 4. nu. 8. & Gail. lib.
2. obser. 54. nu. 1 o. Sesse de inhibi. cap. 1. §. 1. nu. 16. Bouadilla
in sua Politi. lib. 2. cap. 1 o. num. 52. Ripol de regalij cap. 35.
nu. 153. Fontanella decif. 508. nu. 1 o. tom. 2. Xamarrer. iudi.
defi. 52. nu. 1. par. 1. Cortiada decif. 38. nu. 43. tom. 1. Càlicius
in Margar. fis. dub. 8. nu. 1 o. & ita venit adimplenda, & ob-
seruanda iuxta D. Augustinum lib. de vera Religio. Ioa. Gar-
cia de expen. & melior. cap. 9. nu. 71. & D. Ferdinan. de Men-
doça lib. 1. de pactis cap. 5. nu. 9 o. & nō enim egent leges di-

34

35

36

r sputa-

- sputatione Decian. *conf. 30.nu.17.vol.3.* Et *conf. 78.nu.4.vol.1.* Et *conf. 98.nu.45.vol.2.* Natta *conf. 403.num.9.* Barzius *decif. 15.nu.3.* *decif. 16.nu.35.* *decif. 62.nu.11.* *decif. 90.nu.44.* Gratia *discip. foren. 651.nu.30.* Et *discip. 647.nu.21.* Oliba *de iur. ffs. cap. 15.nu.76.* Et licet Constitutio hæc compræhendat non solum Cathaloniam, sed etiam alia Coronæ Aragonum Regna, vt pote Aragoniam, & Valentiam, & Statuta, seu Leges Municipales quantumuis generales, non possint in non subditos extendi *l.fin.D.de iuris omni.iudicū Bart.in l. omnes populū nu.36.D.de iust.* Et *iur.* Et *in l.cunctos populos C.de summa Trini.* Et *fide Catho.* Alder. Mascard. *de inter.Statu.concl.9.nu.3.* & nos latè *infra Belluga in Specu.* Princi. rubri. *31.nu.1.* Tho. Mierès *in proa. par. 2.n.11.colla.* 6. *Cur. Montifoni Regis Petri III.* Et *in Curia Regine Maria rubr. de iur. ffs. colla. 10.nu.2.* *in fine*, maximè cū Dñs Rex ut Comes Barcinonensis qui, vna cū Curia, illa Statuta condebatur, & (nō enim potest absque Curia leges condere Cancer. *lib. 3.vari.cap. 3.n.68.* Et *lib. 2.cap. 1.n.1.* Fōtanel. *decif. 283.nu.7.* Et *decif. 3.nu.25.10.1.* Et *de pac.nup.claus.4.glos.5.nu.26.* Joseph. Ramoni. *conf. 37.nu.284.* R. ipol. *de regalijs cap. 4.num.41.* Berart *in Speculo Visitatio.cap. 22.de Decurioni. nu.14.)* non sit vti talis Superior ad condendas leges Aragoniensibus, nec Valentinis. & Tamen Principatus Cathalonie vti membrum (ne dicam caput) tam præcipuum totius Coronæ Aragonum principalioribus illius Regnis prospexit, nec sibi solum voluit consulere, remque illis honorificam, & vtilem gessit, quo casu non habet locum regula illa, & Statuta non prorigi ad non subditos, quæ verificatur, & locum habet in iuribus quæ arctant, non in his quæ utilitatem secum adferunt *l.conventionum 5.D.de pac.* Lapus *alleg. 101.nu.24.* Surd. *conf. 2.nu.19.lib.1.* Et *conf. 301.nu.24.lib.3.* Alder. Mascar. *de interpr.Statuto.conclu.1. à nu.190.* & Si enim respectu Clericorum quando est in eorum fauorem valet Statutum, & est in voluntate Clerici eo vti, vt notant Scribentes *in l.1.C.de sum.Trini.* Et *fide Catholi.* Sic hæc Constitutio non est præceptiva, nec necissatiua, vt ita loquar, respectu

specie Aragoniensium, & Valentinorum, sed voluntaria, &
poterunt ea uti, si volunt.

Sed tota difficultas fuit quādo de hac re extit olim gra-
uiter, & acriter disceptatum, in probando Vicecancellariū
de quo loquitur *d. constitutio 4. tit. de offi. Cancell. Et Vicecan.*
esse illum communem Vicecancellarium omnibus Regnis
Coronæ Aragonum, nō vero loqui de Vicecancellario par-
ticulari Principatus Cathaloniz, & hoc vltimum contende-
bat Don Franciscus dela Cueua, & Sylua Aduocatus Fisca-
lis in Consilio Supremo Indiarum *in allegatione quam super*
bac re elaborauit, vt notauit Ropol de regalijs cap. 35.n.174.
Loqui autem de vniuersali Vicecancellario conati fuerunt
varijs dilucidisque fundamentis adstruere Aduocati, tunc
temporis, Domus Deputationis Cathaloniz, quæ proponam
noua luce donata.

Imprimis hoc probarunt validissimo argumēto ab inue-
rosimili sumpto. † Certum enim est iam ab antiquo deside-
ratum à Cathalanis, & à Serenissimis Regibus illis conces-
sum, vt omnes Officiales essent Cathalani, vt iam de anno
1291. fuit stabilitum per Inuictissimum Regem Iacobum
huius nominis primum *in constit. 1. tit. Quod omnes Officia-*
les in Catalonia, Et Regno Maioricarum sint Cathalani,
† quod inconcusse apud omnes Nationes approbatum fuit
l. 2. ibi: Tres Praetores qui proprium larem habeant in Vrbe
non ex Prouincijs elegantur C. de offi. Praeto. Auth. de defens.
ciui. S. interim can. peregrina 12. 3. quest. 6. ibi: Peregrina iu-
dicia generali sanctione prohibemus, quia indignum est vt ab
extraneis iudicentur, qui comprouinciales debent habere Iu-
dices can. leges 13. 3. quest. 6. ibi: Peregrina iudicia submone-
mus, unde Et Dominus mētionem faciens Loth per Moysem
loquitur dicens. Ingressus est quidem, dicunt, vt aduena, nun-
quid vt iudices? Et in can. Scitote 6. quest. 3. ibi: Et quamcū-
que causam habuerit à suis Iudicibus iudicetur, Et non ab
alienis, Lucas de Penna in l. quisquis C. de om. agro deser. lib.
1. Guiller. Benedic. in cap. Raynūius ver. Et uxorem à nu.
488. ibi: Licet Officia debeant illis de Regno inferri. Siman. de

- Repub.lib.8.cap.8.Mastril.de Magis.lib.2.cap.7.à nu.48.¶
cap.61.nu.26.Camil.Borrel.de preftan.Reg.Cathol.cap.51.
Couar.practi.questio.cap.35.nu.4.Bouadilla lib.2.polit cap.
17.nu.186.† quia sicut disparitas habitus quandam animo-
rum differentiam inducit Clementi. 1. de Electio. ita & for-
tius dissonantia linguæ discrepantem voluntatem significat
Gomez in Regula de Idiomate quest. 1. & fortè adhuc in
Prorege Cathaloniæ dubitaretur, sicuti hodie in illo Regno
Aragonie adhuc discepratur, nisi per constitutionē 11. eius-
dem tituli expressè exceptus esset. † Licet enim in propria
Prouincia nemo Assessor esse poterat l. si eadem 3.D.de offi.
Assesso. l. 3.C.de diuer.offici.¶ apparito.lib.12. l.in Consilia-
rijs C.de Assessor.¶ domeſt. † & ad instar sacrilegij habeatur
in l. fin. C.de crimi. sacri. ne aut gratiosus, aut calumniosus
48 apud suos esse videatur Paul.lib.5.sente. tit.12.S.5. † Tamen
hoc indulgentia Principis concedebatur l. hi qui 37.cum:
l. sequenti D.ex quib.cau.maio.& intelligendum esse solum
in Officio Aduocati fisci notauit Gothofr. in dictis iuribus,
49 † limitarique vbi adest consuetudo in contrarium animad-
50 uertit Thesaur.decif.267. † vel nisi esset Ciuis eminentissi-
mæ sciētiæ, & de Sacro Cōſilio Neapolitano declarauit No-
uar.in Cōment.ad d.l.quicunq; nu.6.C.de diuer.offi.lib.12. &
videndus Franciscus Marcius decif. 634.par. 1. Quomodo
ergo credendū est voluisse, & postulasse Cathalanos vt Can-
cellarius, & Vicecancellarius proprij possent esse Arago-
nienses, Valentini, & Maioricenses quando stabilitum iam
multo ante habebant, vt omnes Officiales Cathaloniæ, &
Maioricarum essent Cathalani, & haberent proprios lares
in Cathalonia? & quomodo est credendum voluisse Catha-
lanos, quod Vicecancellarius proprius illius Principatus es-
set Maioricensis, quando omnes Officiales in Regno Maio-
ricarum erant Cathalani? Est ergo euidentissimum loqui in
d.Conſtit.4.tit.de offi.Cancella. de Vicecācellario vniuersali,
qui præterat negotijs totius Coronæ, & hunc voluisse sem-
per Cathalanos quod posset esse totius Coronæ probat alia
*Conſtit.4.superius citata tit. Quod omnes Officiales in Catha-
lonia**

Dissertatio Quinta.

131

lonia, & Maiorica sint Cathalani facta anno 1359. tempore Serenissimi Regis Petri Tertij, & sic sexaginta tribus annis antea, & post Mieres par. 2. colla. 10. cap. 3. nu. 29. & 34. fol. 363. in nouis. Ferrer. par. 3. obser. cap. 72. Bosch dels titols de honor lib. 2. cap. 36. §. 40. vers. lo. Canciller Oliba de iur. ff. cap. 4. nu. 39. Berart in Specu. Visit. cap. 10. nu. 6. Matheu de Regi. Reg. Valen. tom. 1. cap. 2. §. 2. sectio. 6. nu. 164. tenet Corriada par. 1. decis. 17. nu. 11. cum enim ibi stabilitum fuisset, quod omnes Iudices in Cathalonia deberent esse naturales, inquit Constitutio exceptis Cancellario, & Vicecancellario nostris, quos nolumus comprehendi in hac Constitutione licet sint domiciliati in alijs locis, sed & alio argumento euidenter probatur Constitutionem loqui de Vicecancellario vniuersali totius Coronæ non particulari Cathalonie, dicitur enim in ea quod fiat electio de Iurisperito experto in foris constitutionibus, & alijs legibus, en quomodo loquitur de tribus Regnis Coronæ, non de sola Cathalonia, etenim in Cathalonia non reperiuntur fori, appellamus enim Constitutiones, in Aragonia vero, & Valentia nominantur fori, ergo de Vicecancellario totius Coronæ verba facit, Vicecancellarius enim Cathalonie non indigebat notitia fororum, sed solum Constitutionum. At amplius explicat seipsum dicta Constitutio dum inquit quod debeat eligi Iurisperitus expertus in foris, constitutionibus, & alijs legibus Regnum, & Terrarum Domini Regis, ex quibus appetet non loqui solum de Cathalonia.

Hæc abdicatio, qua Serenissimi nostri Reges voluntariè, & ob magnam ipsorum clementiam usi fuerunt, non nominando nisi personas naturales dictorum Regnum nullo pacto est odiosa, nec ut talis censēda, quia principalis intentione fuit fauere Vassallis, & quando fauor est causa odio, tunc statutum dicitur fauorable*l. qui exceptionem 40. D. de condic. inde. Bald. conf. 433. Dña Iuana lib. 3.* quem sequitur Simon de Pretis *de interp. ultim. volunt. lib. 1. dubi. 4. num. 13. Alexan. Rauden. de Analogis lib. 1. cap. 29. nu. 29.* † Sicut beneficium Senatus Consulti Velleiani, licet respectu creditorum

51

52

rum sit odiosum, quia tamen principaliter fuit inductum fauore mulierum dicitur fauorable Barbatius *in l. 2. in princ. D. de verbo obliga.* Portoles *de Consorti. cap. 2. nu. 6.* Molin. *de Hispano. primoge. lib. 1. cap. 4. nu. 27. Et cap. 18. nu. 3.* vbi latè tractat an Statuta excludētia feminas propter masculos sint iudicanda fauorabilia Ropol. *de regalijs cap. 35. nu. 165.*

- 53 Supponendum etiam est Serenissimum Regem Petrum Tertium quando edidit illam Regiam Pragmaticam Dat. Barcinonæ decimo quinto kalendas Nouēbris 1344. cuius fit mentio *in Constit. 2. tit. de officio Cancellarij, &c.* in qua præscripsit modum quo Domus Regia debebat regi, & gubernari, inter alia statuisse, & ordinasse vnam Cancellariam, in qua esset vnum Cancellarius, qui intenderet negotijs ibi expressis, & quia iste Magnus Magistratus secundū eisdem Regias ordinationes in dicta Pragmatica cōtentas, erat prouidendus in personam alicuius Prælati, veluti Archiepiscopi, aut Episcopi, † qui propterea non poterat semper sequi Curiam Regiam, nec interuenire in negotijs criminalibus, tradit Admonitio curiosi Lectoris inserta ante obseruationes Vicecancellarij Don Christophori Crespi *nu. 9.* hinc Statutū fuit in eisdem Ordinationibus Domus Regiæ creandum esse alium Magistratum, Vicecancellarium dictum, qui incumberet negotijs ob impedimentum, absentiam, vel defectum Cancellarij, & sequeretur Curiam Regiam, quam non semper sequi poterat Cancellarius ratione suæ dignitatis, & necessariæ residentiæ. † Verba dictæ Ordinationis, seu Pragmaticæ (quam manuscriptam vna cum cæteris Regijs Ordinationibus Domus Regiæ conferuo) sunt hæc: *Si vero contigerit quod dictus Cancellarius aliqua causa non poterit sequi nostram Cancellariam, tunc et in eius locum sigilla nostra supramemorata ad nostrum Vicecancellarium transferentur, notauit Michael Ferrer par. 3. obseruan. cap. 71.* Quo circa cum Constitutiones se referant ad Regias Ordinationes, & hæc de Cancellario, & Vicecancellario qui toti Coronæ præsunt, loquantur, nihil mirum si illæ quoque de his intelligi debeant, iuxta vulgare axioma. † Relatum est in referente

ferente cum omnibus suis qualitatibus *l. affe toto D. de hæred. insti. cum vulgatis.*

Nec obstat si dicatur Ordinationes loqui de Domo Regia Principis Cathaloniæ, non vero de Domo Regia Regis Aragoniæ, vel Valentia, etenim ex ipsis Ordinationibus clare liquet loqui de Domo Regia compræhendente vniuersa Regna, quia iam tunc erant ynita, † etenim constituit quatuor Officiales principales qui cæteris imperarent, ut ipse met dicit in proemio, & tradit Michael Ferrer *par. 3. obseruan. tit. de Cancellario in princ.* Primus est Maiordomus, secundus est Camarlengus, tertius Cancellarius, & Vicecancellarius, quartus Magister Rationalis. Hi officiales sunt generales toti Domui, & Coronæ sine dubio aliquo. † Sub Cancellario, & Vicecancellario instituitur vna Scribania cum suis Prothonotario, & eius Locumtenantibus singulis Provincijs, Scribis mandati, & Regestri, & adhuc est vna in omnibus Regnis, promiscue enim officiales in ea inseruiunt. † Et officium Magistri Rationalis Cathaloniæ adhuc retinet nomen suæ Regiæ Domus, & Curiæ in Regnis Coronæ, † & in eo officio reddunt computa etiam Generalis Thesaurarius Consilij Supremi Aragonum, & Prothonotarius Coronæ de omnibus pecunijs quæ ad eos perueniunt.

Argumentantur aduersarij etiam ad probandum loqui Constitutiones de Vicecancellario particulari Cathaloniæ ex eo quod disponunt debere causas derimere iuxta vsaticos Barcinonæ Constitutiones, & Capitula Curiarum Cathaloniæ, alias addisset, *& iuxta foros Aragonum, & Valentia,* † sed facile respondetur Cancellarium, & Vicecancellarium nedum tractare negotia cōmunia totius Coronæ, sed etiam particularia Cathaloniæ, & vnuſquisq; præsidet in sua Aula Regiæ Audientiæ, & decidendo cum alijs causas Principatus, † cumque omnes Iudices in Catalonia teneantur iudicare secundum leges Patriæ, & multis Constitutionibus cauetur, quas refert Oliba *de iur. fis. cap. 3. ex nu. 25.* sequitur iure optimo per *Constitu. 2. de offi. Cancellaria.* statutum fuisse ut ipsimet Cancellarius, & Vicecancellarius deberent in iudi-

57

58

59

60

61

62

63

64

judicando seruare Constitutiones Cathaloniæ, non curauit Principatus de prouidēdo quod cum iudicarent causas Aragoniæ, & Valentia seruarent illorum foros, quia id propriè fuisset mittere falcem in messem alienam, nec Regna illa.

65 absque hac prouidentia inueniuntur. † Sed debilitatem vi-
rium huius argumenti agnoscet quisquis cōsiderabit hodie
in ingressu sui officij Vicecācellariū, qui præst Supremo
Aragonum Consilio, iure iurando adstringi ad obseruantiam
Constitutionum, & aliorum iurium Cathaloniæ, præcipue
Conſti. 9. tit. de Obſeruar Conſtitutions, quam vulgo *dela Obſeruantia* vocamus, hisce verbis: *Iuro ad Dominum Deum
super Crucem, & Sancta quatuor Euangelia manibus meis
corporaliter tacta quod in exercitio dicti officij bene, & lega-
liter, & fideliter me habebo, & obſeruabo foros, priuilegia, li-
bertates, usus, bonosque mores Regnum Aragonum, Valen-
tia, Sardinia, Maioricarum, Insularumque adiacentium.*
Constitutiones Principatus Cathalonia, capitula, & actus
Curiarum, priuilegia, & immunitates concessa militibus, &
Ecclesiasticis personis, & signanter Capitulum vulgo dictum
dela Obſeruansa, aliaque etiam priuilegia, franquicias, &
immunitates iam dictis Regnis Principati, ac Insulis eiusdem
adiacentibus concessa. Nec non Ordinationes Domus, & Cu-
ria Regia, Pragmaticas, usus, consuetudines, & stylo Regie
Cancellaria, &c. Quo supposito quis negabit identitatem
Vicecancellario, cum Constitutiones quæ loquuntur de Vi-
cecancellario, obseruentur etiā in illo qui est Præfes Supre-
mi Consilij.

66 Nō modicam vim faciunt aduersarij circa institutionem
Supremi Cōſilij Regnum Coronæ Aragonum, quod ſupponunt
fuiffe erēctum de an. 1494. vt ſupra vidimus, & ſic
multo post Constitutionem nostram, vnde argumentantur
non potuiffe illam loqui de eo qui nondum erat creatus, &
per consequens intelligendam fore de Vicecancellario Ca-
thaloniæ tantummodo. Sed facilis eſt ſolutio: nam in dicta
institutione, & erectione Consilij Supremi non fuit creatus
nouus Vicecācellarius, ſed ille idem qui in iſis Regnis pro
negotijs

negotijs communibus residebat, translatus fuit ad illud Cōsilium nouiter erectū, vbi illud idem exercitum facit quod faciebat quando virtute Ordinationum Domus Regiæ omnia negotia sibi à Serenissimis Regibus commissa tractabat, & sicut antea appellabatur Cancellarius, seu Vicecancellarius Domus Regiæ, postea appellatus fuit Domus, & Curia Regiæ, quo nomine adhuc hodie donatur Magister Rationalis Cathaloniæ vt diximus, & etiamsi Dominus Rex existeret in Cathalonia posset, si vellet Vicecancellarius præsidere in sua Aula, vt practicatum fuit an. 1523. & si esset naturalis Cathalanus posset votum suum in causis præbere, si vero non esset posset præsidere, non vero suffragium dare notauit Admonitio curiosa sèpè laudata *nn. 22.* & vt apparat fuisse illummet Vicecancellarium, qui antea præerat Domui Regiæ, constitutum Præsidem Supremi Consilij attendenda sunt verba illius institutionis in Regia Pragmatica supra relata, quæ sunt sequentia. *Primeramente estatutmos, y ordenamos que en dicho nuestro Consejo sean las personas siguientes el Magnifica Alfonso de la Caullaria nuestro Vicecanciller, &c.* cuius Vicecancellarij meminit Hieronymus Zurita lib. 6. *Histo. Arago. cap. 14. f. 5.* cap. 23. an. 1505. En Vicecancellarium translatum ad Supremum Cōsilium, nec diuersitas nominis interuenit inter istos Vicecancellarios, nunquam enim is de quo loquuntur Constitutiones fuit nominatus Vicecancellarius Cathaloniæ; statim atque siquidem fuit erectum Supremum Consilium, nunquam amplius fuit facta mentio Vicecancellarij, & licet in anno 1599. nō præfuerit suæ Aulæ, hoc fuit quia reperiebatur varijs negotijs intentus, t̄ imo Vicecancellarium tunc præcessisse Cancellario ex regia volūtate videtur insinuare Andreas Bosch *lib. titul. honor. Cathalonia lib. 2. cap. 36. f. 40. vers. lo offici de Canciller in fine* Don Michael de Cortiada *par. 1. decif. 10. nu. 55.* sed quia sciebat Curia Vicecancellarium non residence in Prouincia, ideo consultò in omnibus Cōstitutionibus quæ loquuntur de Vicecancellario, ponuntur illa verba, *& suo casu Regens Cancellariam, qui est subrogatus in locum,*

& in absentia Vicecancellarij siue breui, siue longa.

- 68 Opponebatur etiam hoc Vicecancellarij officium esse nouiter compositum ex iurisdictione, & imperio circa omnia negotia Coronæ Aragonum quasi ex pluribus Magistratibus vnum confiendo iuxta disposita per Iustinianum in Auth. de Præside Pisidie colla. 10. Et in Auth. de Prætore Licaonie, Et in Auth. de Prætore Thracie, & ideo esse mixtū compositum ex simplicibus diuersam naturam habentibus, idcirque nō cōprēhendi sub simplici, & per consequens ea quæ loquuntur de Vicecancellario Regni Aragonum, & Cathaloniæ non posse comprēhendere hunc Magistratum postmodum erectum Sacri Supremi totius Coronæ Consiliij. Sed facilimo negotio respondetur non esse necessarium disputare an mixtum comprēhēdatur sub simplici, cum iam ab initio fuérit iuxta Ordinationes Domus Regiæ creatum hoc officium Vicecancellarij, † imo & mixtum continetur sub simplici cum de utroque est facta expressa dispositio lsi ita D. de inuis. rup. vbi Bart. & Imola, Iason in l. 2. nu. 5. D. de verb. obliga. Surd. decif. 53. nu. 27. qui ponit exemplum in mixtura testamenti pacto confirmati quia enim, inquit, testamentum ex se nullum est, & pactum etiam ex se nullum est, ideo testamentum pacto confirmatum remanet ex se nullum. † Sed & mixtum comprēhēditur sub simplici quotiescumque militat eadem ratio in uno, ac in alio, non quidem ex verbis, sed ex mente dispositionis, vt est casus in l. interdum s. quod ait D. de his qui not. infa. Surdus cons. 33. nu. 29. Rota Romana decif. 85. nu. 4. in recollec. per Farinacium Beltrami. ad Ludouis. decif. 308. lit. D. In nostro casu si daretur noua institutio, & creatio officij, id quidē esset ex simplicibus, idest ex Vicecancellarijs, in quibus aderat eequalis dispositio expressa quod essent naturales, ergo eorum naturam sequi debet Magistratus ex eis creatus.
- 71 Argumentabantur etiam contrarij ex Constit. 2. tit. de officio Prothonot. quæ inter superfluas connumeratur, vbi apparet Cathalanos in Curijs celebratis Mōtissoni an. 1547. supplicasse Domino Regi quatenus gratiam faceret vniuersæ Coro-

Coronæ, ut præficeret suæ Regiæ Domui, & Cancellariæ Supremæ Curiæ Ministros oriundos à Regnis Coronæ Aragonum, & decretum fuit quod intercederet cum sua Maiestate (erat enim Philippus Secundus qui nomine Imperatoris Caroli Quinti eius Patris Curias illas celebrabat) En, obijciunt, ex his colligitur posse eligi exterros, alias enim non erat necessarium hoc concedere, si iam concessum erat. Sed præterquam tex. iste non est clasicus, quia inter Constitutio-nes superfluas est positus, adhuc responderi posset, concessionem factam *in Constitu. 4. tit. de offi. Cancellarij* non fuisse de omnibus officijs, sed de Cancellario, & Vicecancellario, non ergo poterit aliqua contraria consequentia colligi ex eo quod peteret Principatus, ut omnes essent naturales Coronæ. Respexit procul dubio hęc petitio alia officia Domus Regiæ, quę ad Gubernium illius pertinebant.

Nec quod Vicecancellarius nō numeretur *in cap. 5. Curiarum an. 1599.* quando referuntur Officiales qui sindicati in dicto *cap. stabilito* subiiciuntur, quidquam facit, imo non nominari probat esse eūdem Vicecancellarium illum, quia cū supponitur apqd Suam Regiam Maiestatem in Supremo Consilio residere, non subiicitur legibus illius sindicatus, cum solum fuerit constitutus in officiales qui negotia Regni in ipso Regno tractant. Noster autem Vicecancellarius postquam fuit Supremi Consilij constitutus Pr̄ses, amplius in Principatu moram trahere, nisi accidētaliter, & per transitum potest, hinc nihil mirum si quando discribuntur qui sindicandi sunt, non nominetur.

Nec Antonius Oliba celebris Fiscipatronus, & vt talis electus ad Supremum nostrum Aragonum Consilium, ut tradit Fontanel. *decif. 8. nu. 18.* est contra nos imo sentit *cap. 4. de iur. fis. nu. 39.* nobiscum, Cancellarium, & Vicecancellarium debere esse e Regnis totius Coronæ, & fuisse primis illis temporibus quasi Assessores Regum, & Pr̄fectos Domus Regiæ testatur, † & licet de Cancellario concedat quod in Prouincia adest particularis, tamen de Vicecancellario hoc non affirmat, quia sciebat hunc semper assistere Domi-

72

73

74

no Regi,nec posse in Cathalonia moram trahere, nec quod
nu.43.duplicē Cancellariā constituerit,magnam scilicet,&
paruā,quem sequutus fuit Bosch lib.2.tit.hono.cap.1 o.S.40.
fol.283.& Berart in *Specu.visit.*cap.1 o.n.8.quidquam facit,
licet enim possemus percōtari ab Antonio Oliba,vbi ēst Cā-
cellarius Cācellariæ Magnæ,& certè eū nō inueniet,niſi di-
cat Vicecancellariū vocari nūc qui antea Cācellarius voca-
batur,vt insinuare videtur Cortiada p.1.dec.13.n.11. nec,in-
quam,quidquā facit,quia sequutus primā opinionem Cācel-
lariū facit Prefectum Cancellariæ paruæ,Vicecancellarium
vero magnę,nam licet videbatur contrariū,attamen iam di-
ximus hoc ex eo factum esse, quia cum Cancellarius debe-
bat esse Prælatus Ecclesiasticus in dignitate constitutus,non
poterat Curiam Regiam sequi, sicut Vicecancellarius, qui
cum ſecularis sit,nihil impedit quin Regi , etiam in longin-
quas, & varias Prouincias proficiſſenti, possit adiungere.

75 Et quia obſeruantia , vera legum interpres , est in noſtra
ſententiæ fauorem , hinc conſuetudo interpretatiua ex ea
inducitur l. quaritur D.de ſtat. homi. l. legatis ſi unius D.de
leg.3.Bart.in l.de quibus n.16.D.de legi.Crauer.conf.27 o.n.8.
Menoch.conf.76.n.65.vol.1.Becius conf.10 i[n]r.Iofep Lu-
do.cōcl.38.verſ.ampliatur tertio. Surd. conf.25.o.n.29.lib.2.

76 Antecedens autem probatur quia negari nō potest Hiero-
nymum de Coll. & Petrum Clariana de Cœna ſuiffe Ca-
thalanos, & extitiffe Vicecancellarios, non Cathaloniæ tan-
tum , sed totius Coronæ , vt patet ex eorum Priuilegijs pri-
mum expeditum in Ciuitate Imperiali Augustæ 1: Januarij

1548. † cuius Hieronymi Coll plura refert Nicalaus To-
pius de origi.Tribuna.Neapo.par.2.lib.4.cap.1:pag.262 qui
ad hunc eminentem Vicecancellarij gradum peruenit post
quam à Sereniss. Ferdinando Rege Catholico Consiliarius
primū Sāctæ Claræ,& deinde Regens Colleteralis Consiliij
huius Regni fuerat creatus , meminit etiā huius viri Sigif-
mu. Loffre.conf.17.nu.60.& in Paraphr.feud.in cap.1.S.ſeu
verſ.item de natu.feudo qui virum eruditissimum,ac proba-
tissimum appellat Janus Anysius lib. 2. Satyra. fol.39.. Lau-
rent.

rent. Schrad *Monument Itali.* lib. 2. fol. 235. & Cesar de En-
gen in *Neapo. Sacra* fol. 666. † secundum Priuileginm fuit
Bruxelijs 13. Martij 1554. cuius verba sunt prout sequun-
tur *constituiimus te Vicecancellarium nostrum, & domus no-
stra in Regnis Aragonum Sicilia & citra, & ultra Farum, Va-
leniae, Principatus Cathalonia, Maioricarum, & Sardinie,
Comitatum Rossilionis, & Ceritanie, Insularumque adia-
centium cum facultate iudicandi inter quoscumque de qui-
buscumq; questionibus, qua in predictis Regnis, & terris, aut
nostro Consilio, ubique nos fuerimus, emerserint, &c. in-
iungendo eisdem quod iuramentum, & homagium presta-
re haberent de seruandis foris Aragonum, & aliorū Regno-
rum, Principatusque, Comitatum, & Insularum praedicta-
rum constitutionibus, franquitijs, pragmaticis, privilegijs
Barcinonæ, & obseruantij, ac alijs que iuxta Constitutiones
Cataloniæ, & Vsaticos Barcinonæ seruari debeant.*

Et ut clarius hęc res appareat libet referre punctum Pri-
uilegium Vicecancellarij cōcessum per Serenissimum Re-
gem Alphonsum IV. in favorem Valentini Clauer quod est
tenoris sequentis.

*Nos Alphonsus Dei gratia Rex Aragonum, Sicilia citra,
& ultra Farum, Valentia, Hierusalem, Hungaria, Maiorica,
Sardinia, & Corsequa, Comes Barcinona, Dux Albendarum,
Neopatria, & Comes Ruscinonis, & Ceritanie. Maxima
cum ratione solent Reges, & Principes eligere ad maiora of-
ficia Ministros magna virtutis, & scientie constantibus exē-
plis innate fidelitatis in utraque fortuna approbatis. Singula,
& omnia simul experimur in te Magnifice, & dilecte Consi-
liarii noster Valentine Clauer, miles valde perite in utroque
iure, quoniā relicta Patria, & domo sequitus fuisti per mul-
tos annos nostrum Regium exercitum magno labore corporis,
& animi, sudoribus, & incomoditatibus, una cum uxore,
filijs, & familia. Quapropter non solum volumus ut iustum
verum, & ienemur sicuti tu teipsum nostra voluntati iradi-
disti, ita & nos erga te iuxta tuā qualitatem gratos demon-
strare. Et quia iuxta antiquas, et laudabiles Ordinationes
nostra*

nostra domus Regie Aragonie, et inter memoranda illius est
 stabilitum, prouisum, et ordinatum ut in dicta Regia nostra
 domo eligamus unam personam in iure peritam, quae regat,
 et exerceat officium Vicecancellarij, ad quam spectare debet
 cura administrationis iustitia, et execusionis illius, hocque
 officium ultimo in vim concessionis nostra possideret Magnifi-
 cus Ioannes de Funes Legum Doctor nuper defunctus, et uti
 Vicecancellarius noster, erat scriptus in libro, seu carta Scri-
 ba Rationis nostra domus iuxta disposita in dictis Regijs Or-
 dinationibus. Cumque nuper certiores facti simus de morte
 dicti Ioannis de Funes, cuius causa vacuum existat dictum
 officium Vicecancellarij, volendoque ad illud promouere per-
 sonam nobis gratam, et acceptam. Proinde tenore presentium
 determinate, et consilio ex nostra certa scientia, et motu pro-
 priu ob mortem dicti Ioannis de Funes te dictum Valentinius
 Clauer dum vixeris, ex officio Regentis Cancellariam quod
 hucusq; cum approbatione in nostra Curia exerceuisti, ad di-
 cto munus Vicecancellarij promouemus, illudque tibi con-
 cedimus, et committimus taliter quod tu dictus Valentinus
 Clauer (quem hodie forma solita adscribi fecimus in carta
 Scriba Rationis uti nostrum Vicecancellarium per mortem
 dicti Ioannis de Funes) et non aliis dum vixeris succedas
 dicto Ioanni de Funes in dicto officio Vicecancellarij, et in ho-
 norem nostrum teneas, administras, et exerceas fideliter, et
 legaliter cum omnibus honoribus, insignijs, praeheminentijs,
 favoribus, prarogatiuis, exercitio iurisdictionis, quitatione,
 mersede, vestuario, salario, et omnibus alijs iuribus, et emo-
 lumentis, quae quomodo libet pertinent ad dictum officium Vi-
 ce cancellarij, et quibus dictus Ioannes de Funes, et catcri sui
 prædecessores in dicto officio temporibus elapsis sunt soliti gau-
 dere. Et quia ratione cuiusdam magna absentia, quam fecit
 à nostra Curia dictus Ioannes de Funes, et ob suam infirmi-
 tatem, et senectuim annuimus tacita permissione, quod fuis-
 sent aliqui creati Vicecancellarij in dicta nostra Curia, et in
 Locatenentiis Generalibus nostrorum Regnorum Occidenta-
 lium, et scripti in carta Scriba Rationis nostra domus, et hoc

se

se opponat, & deinceps à mente nostrarum Ordinationum lo-
 quentium de unico Vicecancellario, desiderando confirmare
 nos cum dictis nostris Ordinationibus tenore praesentium vo-
 lumus, declaramus, decernimus, iisdemque certa scientia,
 deliberatione, & motu proprio prouidemus, quod toto tempo-
 re quo tu Valentinus Clauer eris noster Vicecancellarius tam
 in nostra Curia, quam in quacunque ex nostris locatenentijs,
 tu, & non aliis regas, & exerceas dictum officium, & tu so-
 lum insolidum te nomines nostrum Vicecancellarium, & in-
 cedas cum insignijs, & habeas, & recipias quitationem, &
 salarium, iura, et emolumenta, et agas, et in exequitionem
 panas catera omnia qua quomodolibet pertinent ad superio-
 ritatem, praeminentiam, & exercitium dicti officij. Illustri-
 simis propterea nostris Locutienentibus, quorumcunque do-
 miniorum nostrorum, Prouinciarum, et Regnorum sensum
 nostrum aperientes, dicimus, et mandamus sub pena incur-
 sus irae nostra, et indignationis, et decem mille florenorum no-
 stro Gubernatori Generali, seu eius vices gerentiibus Cancel-
 lario, Presidibus Consiliorum, et dictis Consilijs, Regeniibus
 Regiam Cancellariam Magistris Rationalibus, Conserua-
 tori Generali nostri Patrimonij, et cateris Conseruatoribus,
 Thesaurario, Prothonotario, Secretarijs, Scriba Rationis, Ju-
 dicibus, Alguatzirij, Scribis, Portarijs Vergarijs, Nunciis,
 et omnibus aliis Ministris, et subditis nostris quarumcunque
 Terrarum nostrarum, et Regnorum, vel nostra Curiae, et do-
 mus, qui nunc sunt, et pro tempore fuerint, et Locutienenti-
 bus doctorum Ministrorum quatenus te dictum Valentinum
 Clauer, et non alium modo supradicto dum vixeris teneant,
 reputent, honorent, et tibi assistant cum salario, quitatione ve-
 stuario, mersede, et cum aliis iuribus, et emolumentis tibi quo-
 modolibet spectantibus, et ad dictum officium Vicecancella-
 rii quomodolibet pertinentibus, et iniuiabiliter obseruent, et
 obseruare faciant per quascunq; personas hanc nostram gra-
 tiam, et concessionem, et omnia in ea contenta, nec contrarium
 permittant aliquo modo, et causa, facultate enim secus agen-
 di eis tollimus, et omnia qua contra hanc nostram dispositionem
 fue-

*fuerint facta nullius valoris, et attētata declaramus. In quo-
rum fidem präsentem fieri mandamus nostro sigillo communi-
pendenti munitam. Dat. in Turri Octava 20. Septembris an-
no à nativitate Domini millesimo quadragesimo quinqua-
gesimo primo, nostrorum Regnorum videlicet citra Farum-
anno decimo septimo, ceterorum vero trigesimo sexto.*

Rex Alfonsum.

*Dominus Rex mandauit mihi Arnaldo Fonolleda.
Vidit Procurator Regii Patrimonii Conseruator Generalis.*

- 80 Ex quo Priuilegio plura ad institutum nostrum colligi possunt, videlicet Cancellarium, & Vicecancellarium, de quibus loquuntur Ordinationes Regiæ, fuisse nominatos pro domo Regia, & pro tota Corona, nec Vicecancellarios particulares in quolibet Regno fuisse constitutos, nisi modo, & forma in supra relato Priuilegio cōtentis, & quod magis considerandum venit, est, eundem Regem Alphonsum nostri Priuilegij authorē fuisse nostræ Constitutionis quartæ, de qua agimus, conditorem, licet mediante Serenissima Regina eius consorte, † & quo tempore fuit facta dicta Constitutio erat Vicecancellarius dictus Iohannes de Funes, qui hoc officium obtinuit ab anno 1417 vsq; ad annum 1425. Licet autem an. 1623. fuit nominatus in Vicecancellarium Garcias Perez de Araciēl, tamen statim tria principaliora Regna totius Coronæ supplicarunt Domino nostro Regi quatenus non permitteret rem hanc, & vtendo remedio iūdiciali à legibus permisso amparam, vt vulgo dicitur, sigillo fecerunt & mortuo, eo tempore, dicto Araciēl, cessauit cōtentio, licetque postea nominauerit Sua Maiestas successiuè quatuor Pr̄sides, & nō Vicecancellarios, semper tamen humiliiter, & ea qua decet reuerentia supplicarunt Regna pro cōseruatione huius pr̄eminentiæ nominationis Vicecācel- larij notionalis, & tandem obtinuerunt Aragonienses hanc gratiam an. 1646. à clementia nostri Regis vt. infra dicimus.
- 82 Non obstat quod cōmuniter dicitur Mercurium de Gatina, & Perēnotum Grāuela fuisse exteris à Corona, mu- neraque Cancellarij exercuisse: nam hoc vltimum constan- ter

ter negamus, & imprimis est certū Mercurium de Gatinara non fuisse Vicecancellariū, sed Magnū Cancellariū, Regni Neapolis, & sic eum appellat Inuictiss. Imperator Carolus Quintus in confirmatione Pragmaticæ Sereniss. Regis Ferdinandi, & patet quia idem Imperator dedit ei facultatem disponendi de dicto officio, vt constat ex Priuilegio expedito in loco de Puxar die 11. Nouembris iudictione 13. anno 1524. vbi eum appellat Magnum Cancellarium Regni Siciliæ citra Farum, & ex alio etiā Dat. Hispali 11. Maij 1526. quo concedit facultatem disponendi de dicto officio in personā sui hæredis, & eadem ratio militat in Perennotto Grāuela, quem etsi constet subscrispsisse, & extitisse in Consilio, hoc tamen nihil probat, † etenim tunc Italiæ Regna nostris Regibus Aragoniensibus supposita uterque scilicet Sicilia, ut pote ab eis acquisita, moderabantur per Consilium. Supremum Aragoniæ, quod hac de causa componebatur etiam ex Ministris illorum Regnum, vt multis lato calamo probat Don Antonius Ioan. de Centellas *in discepia. legali històr. super sua præcedentia nu. 140.* & postea fuit separatum an. 1560. vt latè tradit Valenzuela *conf. 94. in princ. et nu. 13. et in additio. eiusdem consili, et tom. 2. conf. 201. nu. 46.* ait fuisse an. 1557. Marc. Antonius Surgent *in Neapol. Illustr. lib. 1. cap. 27. num. 41.* Fgidius Gonçalez *in Theatro Matritensi* ait fuisse anno 1556. & videtur hæc sententia magis probabilis, quia Dux Frācouillæ qui fuit primus Preses Consiliij Supremi Italiæ Valenzuela *in d. additio. ad cōf. 94.* incepit vti frui salario à die 26. Julij 1558. vt ex Cedula Thesauraria Neapolis appareret. † Meminerūt vñionis rerum Italicarum cum illis nostræ Coronæ Aragonum in nostro Consilio Supremo vltra memoratos, Madariaga *de Senatu cap. 3. pag. 42.* Don Ioan. Franciscus de Montemaior de Cuenca *in Summa inuestigatione originis, et priuilegio. Aragonien. par. 1. in Prophœnetica pag. 129.* Ramirez *de l. Regia S. 10. nu. 12.* Leonardus de Argensola *lib. 1. anna. cap. 22. an. 15. 6. pag. 204.* Anto. Herre. *Histo. Generali lib. 12. fol. 603.* Fontanella *decis. 408. à nu. 3. tom. 2.* qui Carolum de Tapiæ

83

84

85

† *decis. 4.*

86

decis. 4. nu. 1. refellit, † & vñionem probant mihi tituli illi quibus Ioannes Aloysius de Septimo, Franciscus Proenzalis, & Ludouicus Montaltus in tractatibus ad Bullam Nicolai Quinti, & Pragmaticam Alphonsi Regis de Censibus decorantur, inscribuntur Regentes in Supremo Aragoniæ, & Siciliæ Consilio. Sed & alium testem omni exceptione maiorem adduco ad hanc vñionem probandam. Cum enim in quadam lite quæ vertebatur in Supremo Italiæ Consilio cū Duce dela Montaña fuisset nominatus vti adiunctus Don. Garcias de Porras Supremi Castellæ Cōsiliij vir doctissimus, & eruditissimus, & vti suspectus fuisset per partem recusatus, extitit dubitatum an causa recusationis esset tractanda in Italiæ, an vero in Supremo Castellæ Consilio, & factis hinc inde Consultationibus Regia Maiestas decreto emanato die 6. Nouembris 1659. in sequentem venit sententiam

Bienfaue el Consejo que de drecho es assētado que el Tribunal, o luez dela causa lo es dela recusacion como delos de mas incidentes, y que los associados no concurren con calidad de sus Consejos sino de personas doctas escogidas por mi para el que se nobran, lo qual es mas cierto en Coronas que tienen la naturaleza de separadas aunque esten unidas en una Monarquia, y aun las que estan unidas accessoriamente que tienen representacion de diferentes Prouincias (como son las Indias) conseruan este drecho, de que esto i informado huuo exemplares en el Consejo de ellas de hauerse tratado en ella la recusacion de vn Ministro del Consejo de Aragon, y pues el Consejo de Italia es tan inmediato a mi Persona Real para las Prouincias de Italia, como el de Castilla para estos Reynos, y en el de Italia se dice no hauer exemplar adequadu por no hauer sucedido el caso, ni el de Castilla muesira tenerle fauorable a su pretencion, y se me ha referido que en el de Aragon ha hauido algunos siendo tan conforme con el de Italia EN SV NATVRALEZA, Y ORIGEN, no ay motivo para innouar, y assi ordeno que esta recusacion se determine en el Cōsejo de Italia con los Associados nombrados para esta causa pues no ay drecho, estilo, ni costumbre para que esto de xe de ser assi.

Sed

Dissertatio Quinta.

145

Sed quia Aragonienses negare non possunt Cancellariū,
 & Vicecancellarium antiquitus potuisse en eorum Regno
 esse exteros, voco exteros totius Coronæ, hinc ad reddendā
 rationem disparitatis quare hodie etiam non possint esse,
 confugiunt ad illud quod in principio diximus, videlicet
 fuisse in Aragoniæ Regno antiquitus Cancellarium, & Vi-
 cecancellarium exteros, dum non exercebant iurisdictionem
 aliquam, secus vero postquam officium illud fuit iuris-
 dictionis an. scilicet 1451. nam tunc solum Aragonienses
 in Aragonia illud exercere potuerunt, vt latè argumentan-
 tur Portolez *ad Molinam ver. Vicecancellarius num. 3.* &
Ludouicus Martinez in d. allegatione pro Regno Aragonia super Prorege extero à num. 884. † etenim certius est foros
 Regni Aragoniæ qui loquuntur de Cancellario, & Vicecā-
 cellario loqui de particularibus Regni Aragoniæ, non vero
 de vniuersalibus totius Coronæ, † & quod magis est nun-
 quam in Cathalonia, Aragonia, nec in aliquo Regno Coro-
 næ fuit cognitum officium Cancellarij in illo primo rerum
 statu quando solum libellos legebant, sed semper quādo ius,
 & iustitiā administravit, primitus vti Præfectorus Domui Re-
 giae, deinde vti Præses totius Consilij. † Nec valet si diccas
 olim quæ spectabant ad Cancellarium acta fuisse per Ma-
 iordomū, vt voluit persuadere dictus Ludouicus Martinez
vbi supra nu. 887. etenim in Ordinationibus Domus Regiæ
 Serenissimi Regis Petri Tertij, quarum fit mentio in nostris
 Constitutionibus, nulla differentia temporis reperitur inter
 Cancellarium, & Maiordomos, imo ex contentis *in cap. de*
Maiordoms dignoscitur quod isti non habebant curam ad-
 ministrandi iustitiam, nec expediendi litteras iustitiæ, quæ
 semper ad Cancellarium pertinuerunt, ad cuius rei cōpro-
 bationem est notādum in dictis Ordinationibus semper lo-
 qui de Maiordomis in plurali, ex quo appetet non potuisse
 ad eos spectare, maximè cum litterati nō essent, expeditio-
 nem eorum quæ ad iustitiam pertinebant.

Diximus supra Foros antiquos Aragonum non loqui de
 Cancellario, & Vicecancellario vniuersali totius Coronæ,

t 2

sed

87

88

89

90

91

sed potius de particularibus Regni Aragoniæ, quod legenti illos patebit, & imprimis *forus 1. tit. de offi. Cancellarij* id probat, dum voluit quod esset Cancellarius Prælatus quidam veluti Archiepiscopus Cæsaraugustanus, Episcus Oscensis, vel Tarazonensis, & quod esset Cancellarius Locumtenentis Generalis in illo Regno, vnde videtur nō posse loqui de Cancellario vniuersali, sed amplius in dicto foro statuitur, videlicet ut quoties contigerit Cancellarium ingredi in alio Regno possit etiam in eo exercere suum officium, nisi in illo Regno adesset specialis Cancellarius. En quomodo loquebantur de speciali Cancellario: si enim verba facerent de vniuersali, superflua erat hæc dispositio. Sic etiam de speciali Cancellario, & Vicecancellario intelligendi sunt *forus Por quanto an. 1528.lib. 3. tit. Reparo dela Audiencia Real. For. Item per euitar an. 1553. For. por las ocupaciones an. 1564. Forus assi mismo, & For. otro si eiusdem an. 1564.* qui de Cancellario, & Vicecancellario loquuntur, ut intuenti apparerit, quæ etenim de ipsis in dictis foris traduntur adaptari vniuersali Cancellario, & Vicecancellario nequeunt. Vnde venit notandus Calixtus Ramirez in *insigni trac. de lege Regia s. i o. nu. 25.* dum dicit hodie loco illius Cancellarij Prælati esse constitutum Vicecancellarium, & Domini nostri Regis Assessorem dici, & bona, & mala Regni nō Regi, sed Vicecancellario imputari, non enim poterat in locum Cancellarij particularis, constitui Vicecancellarius vniuersalis. Sed & prædictos foros sic esse intelligendos probat mihi aliis tex. forus scilicet *los cuatro braços an. 1626. fol. 256.* cuius hæc sunt formalia verba. *Los cuatro braços suplicaron a Su Magestad que el Vicecanciller vniuersal del Consejo Supremo de Aragon haya de ser delos tres Reynos Aragon, Valencia, o Cataluña con las mismas preeminencias en gracia, y gouierno que sus Antecessores han tenido, y que sea natural delos dichos Reynos nacido, y no naturalizado, y graduado de Liseniado, o Dotor en drechos, y que la primera nominacion, y prouision de Vicecanciller sea en persona de las dichas calidades natural del Reyno de Aragon, &c.* En ergo quo-

quomodo appellant Aragonienses Vicecancellariūm quādo loquuntur de illo torius Coronæ, *uniuersalem Supremi Consilij* nominant, igitur quoties de Cancellario, & Vicecancellario sine hac speciali nota loquuntur, de singulari, seu particulari illius tantummodo Regni verba faciunt, † & Episcopum Barcinonæ fuisse Cancellarium Serenissimi Regis Iacobi Primi probat *Forus 1. tit. de confirma. monetæ in foris Aragonum.*

92

Sed nō est silentio prætereundum, quod nobilissimi sane illi viri in foro hoc referunt, videlicet se petiisse ut Vicecancellarius esset ex tribus Regnis, Aragoniæ videlicet, Valentia, aut Cathaloniæ, en quomodo grati retulerunt beneficium Cathalanis qui iam de anno 1422. & sic ducentum, & quatuor annis antea, vt vidimus, hoc ipsum in ipsorum fauorem quod nūc in Cathalanorum gratiam postulant, petierunt, † æquum enim est vt si habes bonum propter me (negari etenim nō potest Cathalanorum genti, seu eorum Constitutioni debitum fuisse quod Cancellarius, & Vicecancellarius naturalis trium Regnorū deberent esse) vt & ego habeam propter te *l. idem S. fin. D. de condic. obtur. cau. l. 2. S. equissimū D. ad l. Rhodium de iactu. l. s. pater S. si quis D. de donatio. glof. in l. metum p. S. sed licet vers. mea D. quod met. cau.*

93

Sed Aragonienses immemores huius beneficij trāfactis viginti annis in Curijs scilicet an. 1646. sumpta occasione turbationum, quibus misere inuoluebatur Cathalonia, pro se, suisque solummodo gratiam hanc huius supremi Officij postularunt, vt patet ex petitione quam Regi nostro obtulerunt, quam, quia non ita passim inuenies, quia inter foros, & acta Curiæ (nescio quo faro) non legitur ideo illam hic inserere decreui. Est autem huiusmodi.

95

Señor los Deputados del Reyno de Aragon dizen que por diferētes enbajadas, y memoriales que se han dado a V. Magistad por su parte han representado que a mas de estar dispuesto por fueros, leyes, y constituciones dela Corona de Aragon que haya de exercerse el officio de Vicecanciller en el Cōsejo

96

sejo Supremo de esta Corona por persona natural de ella , se-
 ria de summo consuelo delos Reynos ver buelto a vso su exer-
 cicio , y que hauiendo propuesto à V. M. las razones de con-
 gruencia que para esto concurren , y suplicado a V. M. fuësse
 seruido buelto a su pristino estado que ha tenido en tantos
 siglos antes que V. M. nombrara en su lugar , Presidente , fue
 V. M. seruido los meses pasados condescender , y consolar al
 Reyno mandado V. M. sele aduirtiesse , y assigurase que V. M.
 lo haria , cuya resolucion con las deuidas demostraciones de
 reconocimiento a tan singular fauor reciuio , hauiendo V. M.
 mandado deZir por su Real decreto era su real voluntad que
 vacando la Presidencia del Consejo de Aragon por promocion
 del Cardenal Borja , o en otra qualquier manera que vacas-
 se , eligiria V. M. en Vicecanciller persona de las naturales de
 la Corona habiles , y capaces de este cargo , como por lo passado
 solia hazerse , y juntamente significo V. M. que sempre holga-
 ria mostrar al Reyno los efectos de su real animo en todo quâ-
 to fuere de su satisfacion , y que por lo que V. M. estima tan
 buenos , y fieles vasallos como tiene en el , estara con particu-
 lar atencion en todo tiempo alo que deue acordarse dellos , y
 procurara su mayor bien en las ocasiones que se ofrecieren
 assi en su Casa , y Corte , como en los Reynos , y Monarquia por
 la satisfacion que tiene de que siempre cumpliran cõ su obli-
 gacion , y con la del seruicio de V. M. Oy Señor ha llegado el
 caso en que V. M. que Dios guarde muchos años por su gran-
 deza , y por lo que el Reyno tiene merecido dene esperar el cui-
 plimiento de esta honra que sin duda sera la de mayor estima-
 cion entre las muchas que reconoce dela Real mano de V. M.
 y la de efficaces consequencias para su Real seruicio , que es la
 principal atencion con que el Reyno aspira a reciuir esta gra-
 cia por la que ha de seguirse de beneficio , y al bien yniuersal
 delos Reynos , viendo sus naturales logrado este assenso , y assi
 suplica a V. M. sea seruido mandar se execute dicho decreto
 fauoreciendole con lo que ha tanios años sele separò , siendo lo
 que mas se estima entre sus fueros , y leyes , y en lo que tienen
 mas fijos sus coraçones por ser la de mayor preheminècia que

tie-

tienen, y el camino para disponerse a seruir a V. M. con mayores demostraciones, y a la consecucion dela paz, y quietud no solo del Reyno, pero tambien de los otros de la Corona, y por ser el de Aragon la cabeza della, y hauer tantos años que sus naturales no han ascendido a este puesto, y las materias que ocurrren deuen prometerse felices fines, y logros del seruicio de V. M. hallandose en el persona dela autoridad que se requiere, y del conocimiento de sus leyes, siendo assi que por la fineza con que siempre ha servido à V. M. y es para continuarlo tiene merecido la elecion en natural suyo entre tantos, y de tan abentajadas partes, y letras en quien recariga suplica a V. M. sea servido honrar el Reyno con la nominacion que V. M. hiziere siendo en persona natural del sin que debajo de esta naturaleza sean comprehendidos naturalizados ni dispensados, conforme se dispone en la Constitucion que sobre esto habla, ni otros que pretendan ser descendientes de naturales gozen del fauor que V. M. por su grandeza es servido hazer al Reyno, y consiguientemente a toda la Corona en que reciuira singular fauor de V. M. Ex qua petitione apparet Aragonienses ad obtinendam gratiam quam desiderabant allegasse nostram Constitutionem, & nō pro persona totius Coronæ, sed pro naturali Regni Aragoniæ postulasse.

Serenissimus autē Rex noster indelebilis, & æternæ memorię Philippus Quartus vti Pater communis omnium Regnum suæ Coronæ nō annuit votis Aragoniensium quatenus petebant ex suo Regno nominandum Vicecancellarium, bene vero quatenus postulabant ex tribus Regnis Coronæ posse assumi, & sic petitionem decretare fecit die 5. Martij 1646. † quam direxit Supremo Consilio, & illius vice Prothonotario, cui diriguntur omnia decreta, quando nō adest Vicecancellarius, nisi Thesaurarius Generalis habeat vices Præsidis.

Por los Deputados del Reyno de Aragon se me ha dado el memorial incluso sobre que honre aquel Reyno con nombrar persona natural del (sic intellexit sapientissimus Rex preces Aragoniensium) para el Oficio de Vicecanciller de esse Consejo

97

98

99

sejo, y por los braços, y Ciudad de Zaragoza las cartas que tambien van aqui, suplicandome que esta recomendacion recaiga en Don Antonio de Aragon, y he resuelto que en quanto memorial delos Deputados se responda que yo cumplire al Reyno lo que le tengo ofrecido de nombrar por Vicecanciller persona natural dela Corona (en quomodo pius, & iustus Rex noluit annuere precibus inæqualitatem inter tria Regna Coronæ continentibus) y en lo que toca ala suplica de los braços, y Ciudad de Zaragoza se responda tambien en la misma conformidad que al Reyno añadiendo que en lo que mira ala nominacion dela persona para Vicecanciller quedo con atencion alo que por su parte se me representa para quando se huiiere de proueher. Hame parecido que por via del Consejo de Aragon se den ambas respuestas, y assi se executara en la sustancia referida, y en la forma mas conueniente, y de mayor satisfacion al Reyno, y braços. A 5. de Marzo 1646.

100 Verum postea de mense Iunij eiusdem anni 1646. obtulerunt quatuor brachia aliam petitionem continentem plurimas gratias, & ultimo loco dicebant Item que V.M. sea servido de restituir el officio de Vicecanciller con todos sus honores, y preheminencias como V. M. lo ha decretado, y ofrecido
 101 por su Real Carta. † Cui gratiarū petitioni Sua Regia Maiestas propria manu, vt vidi, respondet sequentia

Don Luys de Haro lleva entienda mi voluntad, y la resolucion que he tomado, y en la conformidad delo que dijere se formara el papel para que se pueda dar la respuesta a los braços.

102 Hinc factum fuit decretum quo Sua Maiestas respondebat petitioni illi gratiarum in modum sequentem.

Hauiendo visto el papel delos Cauos que se me ha dado por los quatro braços de este Reyno juntos en Cortes de las gracias Generales, y otras cosas que se me suplican en el. Aunque deseaua poder tomar en todas la resolucion pronta por lo que procuro la mayor satisfacion delos naturales, pero por ser los Cauos que tratan de Eſc. delos alojamientos, dela media anata, delas insaculaciones en las Vniuersidades, dela extincion del pleito de Virey eſtrangero, y delos Cauos delos Presidios

dios de calidad que no se puede tomar en ellos por ahor a resolucion por requerir mayor inspecion, y consideracion para hacerlo con el acuerdo que conviene en materias tales, y siendo necesario para la deliberacion dellas mas tiempo del que pide la necesidad precisa de reforçar el exercito para la seguridad, y defensa de este Reyno. He resuelto que estos Causos queden para tratarse en el discurso, y prosecucion dellas Cortes, y resolverse para la conclusion final dellas en que deseare, y procurare dar al Reyno toda la mayor satisfaccion que se pueda, pues mi voluntad es de que la reciua en quanto sea posible, y en los demas cabos que tocan a las gracias que se me piden, teniendo consideracion a que este Reyno, y sus naturales me han servido con particulares demostraciones de su fidelidad, y amor, y alo que espero lo continuan en esta ocasion, y en todas, les hago mersed de concederles las gracias siguientes.

Que de aqui adelante todos los Obispados, &c.

Que todas las pensiones, &c.

Que prouehere algunas llaues, &c.

Que en el Consejo de Aragon, &c.

Que en los Consejos Coleteral de Napoles, &c.

Ten quanto ala prouision dela Plaza de Vicecanciller cumplire lo que he ofrecido al Reyno proueiendola como se solia en natural de los Reynos desta Corona, y sera antes della conclusion de estas Cortes: Declarareis en mi nombre a los Bragos estas resoluciones mias, y que las mersedes, y gracias referidas en virtud de esta orden, quedan concedidas desde ahor a quando mandare confirmarlas en la conclusion dellas Cortes, y Solio de ellas reseruandome como me reseruo la nominacion de las personas en quien hauran de recaer, y de otras mersedes que espero hazerlas para entonces, y les representareis la confianza co que quedo de que trataran luego de hazer la concession de gente de que tanto se necesita para salir ala pronta defensa de este Reyno.

Hoc decretum fuit directum Tractatoribus Curiarum..
En iam Regis nostri benignitate, & munificentia gratiam
concessam quod ad officium Vicecancellarij. † Sed quia 103

dubitari poterat an hæc gratia esset duratura, nec ne, vsque ad conclusionem aliarum Curiarum, an vero esset pro illa vice tatum, hinc aliam petitionem obtulerunt Aragonenses Suæ Maiestati petendo confirmationem in perpetuum non solum predictæ, verum & ceterarum gratiarum iam cōcessarum. ¶ Cui petitioni responsum præbuit Sua Maiestas directum ijsdem Tractatoribus, Marchioni scilicet de Tarazona, & Comiti de Castro, vt Brachijs iunctis in Curijs illud redderent in forma sequenti.

Direis alos quatro brazos que hauiendo visto el ultimo papel que me dieron en que representauan los cabos que podian ser de mayor satisfacion suya suplicandome tomasse resolucion en ellos, y deseando yo darles mayores demostraciones de mi voluntad, y animo en fauorecerles, y dela gratitud cō que me hallo dela fidelidad, y afecto cō que me han servido en todas ocasiones, y mas en particular estos años antecedentes, he resuelto lo siguiente.

En quanto al punto, E^cc.

En quanto alos alojamientos, E^cc.

En quanto alas Encomiendas, E^cc.

En quanto ala pretension de que el Arcobispado, E^cc.

En quanto ala pretension del Virey natural, E^cc.

En quanto ala pretension delos Presidios, y officios, E^cc.

En quanto al cauo delas Insaculaciones, E^cc.

En quanto ala pretension de que las plazas, E^cc.

Pero que para mostrar cō mayor demostracion lo que deseo fauorecer a este Reyno en todo, y la gratitud con que me hallo del amor, y afecto con que me han servido, les concedo perpetua la Plaza de capa, y espada del Consejo de Aragon, y que todas las demas de que les hize mersed en el primer papel assi en los Reynos de Italia, las Indias, y Espana, y juntamente todas las demas gracias de officios dela Casa Real, y las demas que se contienen en el primer papel est illa scriptura supra relata, quæ semper gratiarum fuit appellata, corran, y se entiendan hasta la celebracion delas primeras Cortes. Zaragoza 1. de Agosto 1646.

En

En confirmata, his vltimis verbis, gratia illa officij Vicecancellarij contenta in prima scriptura vsq; ad primas Curias, & in hoc nullum dubium inueniri potest.

Ex quibus appetet extra aleam esse Vicecancellarium, & non Præsidem nominandum esse in Consilio Supremo totius Coronæ Aragonum cum iuxta Constitutiones, & foros supradictos Vicecancellarius debeat esse Doctor in iure, Vicecancellarius autem nō potest stare cum Præside, imo ipse Præses est dicti Consilij, vt multis probat Epistola curiosa ad curiosum Lectorem posita in principio libri Obseruationum Domini Don Christophori Crespi de Valldaura, alias enim esset Consilium nostrum, Monstrum, habens duo capita, & sic sua Regia Maestas dicto anno 1646. restituit Regnis Coronæ hanc magnam prærogatiuam habendi Vicecancellarium, & non Præsidem, vt notauit etiam epistola curiosa supra laudata, & Don Ioa: Chrysost. de Vargas Machuca in Considerat. super sindicatu Iustitia Aragonum in prima Dedicatoria, † nominauitque in Vicecancellarium 105 Illustrissimum recolendæ memoriae virum Don Mathiam de Bayetola Regentem Regiam Cancellariam in Supremo nostro Consilio Regio decreto directo Prothonotario sub his verbis.

Hauiendo me suplicado este Reyno de Aragon que quando vacasse la Presidencia del Consejo que seruia el Cardenal Borja le hiziese mersed de nombrar persona que sirviesse la Plaça de Vicecanciller que solia hauer en el dicho Consejo, y ofrecidole que quando se celebrasen las Cortes que se hazen en esta Ciudad publicaria la que tuuiere por bien. He resuelto no brar para este puesto al Dotor Mathias de Bayetola del mismo Consejo por la satisfacion que tengo de su persona, y atendiendo a sus buenas partes, seruicios, y letras, el Consejo lo tendra assi entendido, y se dara el despacho que se acostumbra. En Zaragoza a 3. de Nouiembre 1646. Et postea die 15. Decembris iuramentum præstitit de more in manu Regis nostri, dictumq; officium exercuit vsq; ad annum 1652. quo senio confectus (erat enim circiter nonagenarius) fuit

- 106 à Rege nostro iubilo donatus, & ob eius iubilationem fuit in eadem dignitate collocatus Illustrissimus Don Christophorus Crespi de Valdaura in eodē Supremo Coronæ Aragonum Consilio pro Regno Valentia Regens, notauit *Admonitio supracitata nu. 35. & 36.* & sic deinceps practicatū fuit, nam eo defuncto die 22. Februarij 1671. Consilium nostrum Supremum Aragonum consultationem fecit Reginæ Dominæ nostræ, omniaque supradicta representauit die 4. Martij eiusdem anni præcipuè verba felicissimæ memoriarum Philippi Quarti in suo vltimo Elogio contenta quæ sunt sequentia. *En primer lugar le encargo que conserue los Consejos en la forma que yo los dexare, y como los tuvieron mi Padre, Abuelo, y demás Antecesores, & inferius, y porque en el modo de gouierno de mis Reynos no se introduzga novedad declaro que la Reyna haya de conseruar, y tener en pie todos los Tribunales que oy se hallan, y estan introduzidos en estos mis Reynos assi en las cosas de estado, y gouierno, como de justicia sin que en ninguno de ellos se pueda meter personas, Ministros, ni Juez es extraños de estos mis Reynos respectiue conforme alas leyes, usos, y costumbres dellos. Cui responsum*
- 107 prebuit Regia sua Maiestas decreto tenoris sequentis: † *Hauiendo sido siempre mi animo fauorecer ala Corona en continuacion delo q el Rey mi Señor que haya gloria atendio a esto mismo, y alo q merecen tā buenos, y leales Vasallos. He resuelto en la ocasion presente nombrar Vicecanciller natural dela Corona, y quedo pensando en el sujeto que me pareciere mas aproposito para elegirle luego tradit Vargas ubi supra.*
- 108 Sed non semel percontatus fuit an inter foros, seu Constitutiones nostrorum Regnorum Coronæ Aragonum reperiretur aliquid dispositum circa electioñem personæ vnius, vel alterius Regni, & negatiuè respondi, hoc enim relictum semper extitit arbitrio, & dispositioni Regiæ Maiestatis: †
- 109 notum enim fuit nostris, Reges nostros usos semper fuisse æquitate illa in præmiorū distributione, quæ dicitur ut æqualiter præmia inter Vasallos trium Regnorum distribuantur. Nec hoc est Regis arbitrium constringere iuxta illud Proverbi.

uerbi. cap. 4. *Viam sapientia monstrabo tibi, ducam te per semitas equitatis, quas cum ingressus fueris, non arctabuntur,*
 & in dies hoc practicari in Supremo nostro Consilio experimur. † Officium enim Auditoris Rotæ Romanæ quod prouidere spectat ad Suam Maiestatem, ut Regem Aragonum,
 vna vice pertinet ad Aragonenses, alia vice nominatur Cathalanus, & alia Valentinus, quod ita præcisè obseruatur ut nostris temporibus fuerit nominatus, quando debebat esse Cathalanus, Doctor Franciscus Peioan Archidiaconus, & Canonicus Ecclesiæ Gerundensis qui non acceptauit, acriterque fuit disputatum an sequens nominatio deberet fieri de persona Regni Valentiæ, & Sua Maiestas dignata fuit in fauorem Cathaloniæ declarare, nominauitq; in eius locum Doctorem Iosephum Ninot, qui postquam officium Auditoris Rotæ Romanæ exercuit, electus fuit Episcopus Ilerdensis in Catalonia. † Sed & aliud exemplum habemus in creatione nouiter hisce temporibus facta de Consiliarijs in nostro Supremo Consilio, quos vulgo de Capa, y Espada vocamus, cum enim anno 1645. in Regno Valentiæ foro stabilitū fuisset ut unus Consiliarius necessario eligendus esset à Rege nostro in Supremo Consilio, fuit additum ut alternis vicibus inter Regna Coronæ naturalis cuiusque nominaretur, licet postea Aragoniensibus, & Cathalanis fuerit perpetuo etiam hæc gratia concessa absque turno, aut alternativa, notauit Admonitio curiosi Lectoris ad Lectores curiosos sè pè citata num. 41. Ex quo apparet semper cordi fuisse Serenissimis Regibus nostris gratias, & munera inter Regniculos subditos ita impartiri ut alternis vicibus omnes fruerentur, † nihil enim differt bonus Princeps, ut dicebat Xenoph. à bono Patre, vel ut Plinius in Panegy. Traiani. Ita cum suis quasi parens cum liberis viuis, & sicut bonus Pater æqualiter diuidit bona, & amat filios, ita & bonus Princeps æqualiter præmia distribuit, nō sicut Iacob de quo Genes. 37. Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios, † & ita Vlpi. in l. si ita 12. D. de condi. Et demos. legatum deberi affirmavit, quia idcirco relictum erat, ut conditio filiorum exequatur

- retur, debent enim Patres exequare filios, ne tota substantia
114 vni data, ceteri fame pereant, † & in Hispania seclusis Maioribus, nihil cōpetit præcipuum Primogenito inter alios fratres, adeo ut cœsate Maioratus institutione, filius primogenitus nihil præcipuum ex hereditate parentum præ ceteris fratribus obtineat l. *vt liberi, & l. fin. C. de collatio.* Molina de Hispan. primo. lib. 1. cap. 1. nu. 6. Don Petrus Gonzalez de Salzedo lib. 2. *de lege Politica cap. 14. nu. 59.* † & in hoc imitatur Princeps Deū iuxta illud D. Augustini *super Psal. 45.* *Deus in medio eius non commouebitur: Quomodo enim illud,* inquit, *quod in medio est paria habet spatia ad omnes fines,* ita Deus dicitur aequaliter omnibus consulens, sicque non petijt panes vt manducaret vnum, vel alter, sed dixit *Ioa. 6.* *Vnde ememus panes vt manducent ij,* ne locus sit querim onias Diui Pauli *Alius quidem esurit, alius ebrius est,* alij fauoribus cumulati, alij abiecti, & inuisi, vnde *Danielis 1.* prudēter Oeconomus. *Timeo ego Dominum meum Regem qui si viderit vulnus vestros macilenterores præcateris adolescentibus coevis vestris condemnabis caput meum Regi.* Sic intelligendus est Propheta Rex *Psal. 100.* dum ait *Preambulam in innocentia cordis mei in medio domus mea,* vbi Titelmannus *In medio oportet ambulare vt æquè propinquus, æquè expositus sit omnibus, vt ex aquo omnibus inuigilet, vnu non arctius complectatur quam alterum,* vt inquit Recentior quidam doctissimus, † sicut manus, aut index in medio horologij, qui equaliter omnes horas signat, omnibus æquè vicinus, æquè diu aspicit. † Hinc apud Ægyptios depingebatur serpens, qui in formam circuli summitates capit, & caudæ vniebat, in medioq: nomen Regis scribebatur, sicut enim lineaæ equaliter à centro distant, sic Princeps equaliter præmia inter subditos distribuere debet, † Principis enim est proprium amare equalitatem iuxta text. *in auth. de non elegen. secun. nup. S. fin.* ibi *æqualitatis enim, & iustitia sumus amatores.* † Hæc autem equalitas in equitate radices positas habet, quæ summo iuri opponitur, in nostro autem casu ius stabilitum expressum non est, vnde argumentum equalitatis, quo

quo utimur, fortius erit. † *Æquitas enim videtur habere locum vbi iūs deficit l. 2. §. item Varus D. de aqua plu. arcen.*
cuius verba inferius expenduntur cap. fin. de transactio. ibi
In his vero super quibus ius non inuenitur expressum, procedas aequitate seruata. † *De hoc laudatur à Cicerone Seruius Sulpitius Philip. nona. Nec vero silebitur admirabilis quadā,*
*& incredibilis, & p̄ne diuina eius (Sulpitij) in legibus interpretandis, aequitate explicādis scientia, omnes qui ex omni atate hac in Ciuitate intelligentiam iuris habuerunt si unū in locum conferantur, cum Seruio Sulpitio non sunt compariandi. Neque enim ille magis Iuris Consulius quam Iustitia fuit. Itaq; quæ proficiscebantur à legibus, & à iure ciuili semper ad facilitatem, aequitatemque referebat, neque constitueret litium actiones malebat, quam controuersias tollere. Summum ius dicitur quedam legum seueritas, † *æquitas vero legis moderatio est ex probabili, & honesta aliqua circunstanciæ ratione ducta, sicut enim lex nonnulla seuere, strictoque & summo iure præcipit, ita æquitas quæ duriora videtur humaniore sententia interpretatur, & mitigat, efficitq; vt omnia personis, locis, & temporibus videantur conuenire, ac proinde censuerunt Doctores quod æquitas debeat consuli, & tanquam Lesbia regula accommodari, quoties vel personæ, vel rerum, vel facti circūstantiæ scriptam legem, vel casum mutant, † ac proinde ad præscindendas protelationes, quæ ex apicibus iuris nascuntur, aliquando in Senatu iudicatum fuisse afferit nullitates nō esse attendendas Gail lib. 1. obser.*
*47. & obser. 75. nu. 6. † Et quia aliquoties nimis iuris rigor obseruatur ad inuenit Stephanus Spormacher iustitiam vulneratam non solum in administratione, in bello, in clementia, in iurisdictione, in litibus, in munera acceptatione, in negligentia, in opinionibus, in personarum acceptione, in ratione, in stylo, in tempore, in veritate, verum & in æquitate ut decem capitibus ostendit, & cap. 5. æquitatē rectitudinē iudicij naturalē sequens rationē, definiuit ex l. bona fides 31. D. de posti. id ē tenet Alex. Rauden. dec. 41. n. 77. Ramirez de l. Regia §. 21. n. 28. & speciosā filiā Magistratuū, splendorē pru-**

- prudentiæ, & absolutionem iustitiæ tradunt Bergali. *de dolo lib. 6. regu. 38. nu. 5.* Calui. *de aequit. lib. 1. cap. 1.* plura ad institutum tradit Ioan. Matienzo *in suo Dialogo Relatoris par. 3.*
- 126** *cap. 62. § seq.* & dictus Spormacher *vbi supra cap. 6.* notauit quod quando dicitur, quod vna opinio procedit de equitate, alia de rigore iuris, nihil aliud sit quam dicere quod vna opinio sit vera, alia vero falsa, & ideo æquitatem naturalem idem esse quod iustitiam notauit Monter. *decis. 8. nu. 30.* ex Bald. *in cap. 1. de iur. iur. & Hyppoli. in l. 1. §. fin. nu. 42. in fine*
- 127** *D. de quaestio.* tenet Barbosa *axio. 15. nu. 5.* † quia equitas est iustitia dulcore misericordiæ temperata secundum D. Cyprianum, quem refert Specula. *in tit. de dispensa. S. 1. ver. aequitas nu. 4.* ex l. 1. ibi *ius est boni, § aequi D. de iust. § iur. l. in his, ibi ex bono, § aequo D. de conditio. § de mos.* Redin *de maiest. Prin. vers. omnibus aquum nu. 6.* Quando vero nō est ius cui directo se opponat equitas, vel equalitas ut in casu nostro tunc absque dubio est sequenda. † De hac verba facit Tryphoninus *in d.l. bona fides 31. D. depositi,* nō tantum enim ex naturalibus, vel iuris gentium, sed etiam vna cum preceptis ciuilibus, & prætorijs estimatur, non ex vna circūstantia, vel parte rei, siue ex uno certo respectu, sed ex totius rei, id est perfecta, & totali æquitate, quæ ex omnibus personis, & circumstantijs, que negotio gesto coniunguntur, impletur, hoc est in summa quæ totius iuris, & totius subiecti negotij symmetra consideratione resultat, & hanc appellat Consultus *in d.l. bona fides merito summam,* id est undeaque absolutam equitatem, & nullibi magis præualet equitas quam in Aragonia, cum ex duabus opinionibus sequenda erit in iudicando quæ equitate corroboratur etiamsi contraria sit communis Ramirez *de l. Regia S. 21. nu. 29.*
- 130** Nulla autem certior forma cognoscendi equitatem quam si ex persona tua primum metiaris num velles in te hoc ius exerceri, & propterea Edictum illud *Quod quisq; iuris, § c.* vt ait Vlpia. *in l. 1. D. quod quisq; iur. in alium sta. ipse eo. iur. utatur, summam habet aequitatem,* quis enim aspernabitur
- 131** idem ius sibi dici, quod ipse alijs dixit, vel dici effecit? † sicut

cur & in l. 1. D. de solutio. probat Iuris Consultus dubiam solutionem debitoris, qui ex multis causis obligatus, nec addidit in quam velit esse solutum, ita per creditorem interpretandam esse de causa certiore, nec dubia, quemadmodum scilicet ipse si ex multis causis deberet alij, interpretari vellet solutionem suam, *equissimum enim usum est creditorem ita agere rem debitoris ut suam ageret* Ioan. Oldendorpius de actio. clas. 1. in princi. ¶ & sic dicere quod seruetur Editum quod quisq; iuris, &c. idem est ac dicere quod seruetur æqualitas, vt ex Afflict. docet Thoming. decis. 2 o. nu. 15. & seq. Videamus nunc an Aragonenses, vel Valentini vellent ut Vicecancellarij dignitas conferretur Cathalanis duabus, vel tribus vicibus consequutiuis, & certè nō est credendum hoc velle, igitur vt tantur eodem iure, quod in alias ipsi stantunt. ¶ Ut tantur ergo equitate cui iudicia Dei nituntur, iuxta illud Psal. 118. *Cognoui Domine quia equitas iudicia tua,* & Psal. 10. *Iustus Dominus, & iusticias dilexit, equitatem vidit vultus eius.* ¶ Sicut enim in corpore humano si multum ex cresceret membrum, etiamsi esset ex perfectioribus, impedit retusum ceterorum, & deformitati solum proficeret, ut eleganter ratiocinabantur duo illi nobilissimi viri Don. Ioannes Chumazero, & Carrillo, & Dō Dominicus Pimentel Episcopus Cordubensis in libello supplici pro recto felicis recordationis Urbano Octauo Summo Pontifici, dum Romæ pro Rege nostro moram trahebant, sic & in corpore mistico totius Coronæ Aragonum, quod ex diuersis Regnis componitur, nullum quantumvis perfectissimum, & nobilissimum membrum ita honoribus, & prærogatiuis crescere debet, ut ceteris magnitudine ipsa sua perniciosum, & præjudiciale sit. *Sumat igitur Cathaloniæ, ut dicitur Sapientia cap. 5. scutum inexpugnabile, equitatem, & eo omnia vincet:* nam eis iure deficiamur, ut inquit tex. in l. 2. §. quamquam D. de aqua, & aqua pluui. arcen. quia nullum id stabiliuit, tamen equitas hoc suggerit, & ut dicitur in l. T. hais 41. §. sorore D. de fideicom. liberta. non spectandum quod heredibus displiceret, sed id quod bono viro posset placere. Iudex

ergo huius litis sit quemadmodum ille cuius meminit Consultus in l. quod si Ephesi 4. in fine D. de eo quod cert. loco, aequitatem quoque ante oculos habere debet. Iudex qui huic actioni addictus est.

- 135 Sed duo Aragonenses Recentiores, ambo doctissimi, unus huius, alter alterius Orbis Hispani, adeo Aragoniae Regnum extollere voluerunt ut non dubitauerint rem nouam asserere videlicet Aragoniae Regnum caput esse ceterorum Regnum Coronae, iij fuerunt Don Joannes Chrysostomus de Vargas Machuca in Sacro Consilio Sanctae Claræ huius Regni Neapolis Consiliarius in Considerationibus practicis super sindicatu Inſtitutio Aragonum, & illius Locatenentium in prima epist. Dedicatoria, & Don Joannes Franciscus Montemayor de Cuenca Regius Councillarius apud Indos in noua Hispania in Summaria inuestigatione originis, & privilegiorum Aragoniensium par. 1. in Prophonerica fol. 1 i 7. at ergo,
- 136 † contra id quod expressè dixit Rex Petrus in Ordinatione quam tradit Blancas in tractatu de Coronatione Regum Aragonum lib. 1. cap. 10. fol. 121. ibi in Ciuitate Cesaraugusta qua est caput Regni Aragonum, non dixit Regnum Coronae, sed Regni Aragonum, cui assertioni est magis standum, quam quando in foris aliter loquuntur Reges, † tunc enim ad importunas potius preces subditorum in Curijs congregatorum loqui videntur glost. in cap. cum in iuris statute de purga. cano. & est rex in l. 1. C. di pess. bona. subl. Rebuffus ad iit. de suppli-
canti. † Sed & alio argumento vñi sunt isti duo viri quod leuissimum iudicabit quisquis illud audierit. Dicunt caput esse Regnum Aragonum quia eius Vicecancellarius quando erant Vicecancellarij priuati in unoquoq; ex tribus Regnis, præcerat omnibus alijs Vicecancellarijs aliorum Regnum, ut in foro, l. 1. & 2. tit. de officio Cancellarij, & Vicecancellarij dicatur. † Sed nō vident, aut dissimilant exceptionem in eodem foro cōtentam videlicet nisi in Regni in quibus etiam reperitur specialis Vicecancellarius. Videant nunc an hæc præcedentia possit habere locū in Cathalonia, ubi antiquius ut vidimus est officium Cancellarij, & Vicecancellarij quam in

in Aragonia. Et quia supradictis foris nituntur ad fundandum Regnum illud esse ceterorum caput, & hi fori limitant ubi non est proprius Vicecancellarius, hinc sequeretur solum esse caput in Regnis in quibus haec prerogativa non reperiatur, quod non posse verificari respectu Cathaloniæ intuenti apparebit, maxime cum in nullo ex tribus Regnis hodie inueniatur Cancellarius nisi in Catalonia, etenim in Aragonia, & Valentia non inuenitur Cancellarius, sed tantum tertius qui de contentione causis cognoscit.

Sed Aragoniensibus concedere illorum Regnum esse caput totius Coronæ res esset parui momenti, nec hac de causa calamum suscepissem cum haec potius in rationis quam reali ente consistant ut mox videbimus. † Sed quod ut erroneum est rejiciendū ut falsū confutandū, ut perniciosum delendū, nisi dicamus ut ridiculum contempnendum, est quod ex illo falso antecedenti colligit supradictus Don Joan. Chrysostomus de Vargas, & Machuca, *vbi supra*, videlicet hinc oriri ut debeant sepius creari Vicecancellarij Aragonenses, quam Cathalani, & Valētini quia Aragonia caput est ceterorum Regnum Coronæ, referam eius temeraria verba. *Fauoreciendo con alguna prelacion en la elecion* (loquendo de Vicecancellario totius Coronæ) al Reyno de Aragon en que este sea elegido de su Reyno por ser cabeza de todos de que han nacido ser mas frequentes los Vicecancilleres de Aragon, y por esta razon del fuero, y por la de subrogacion, y representacion que pide concurso de estas calidades. Verba digna sane ut Regio edicto cancellentur, solumque Author allegare potest non esse sua propria ut ex atramento, ex carta, & ex caractere, facile colligi potest non fuisse Neapoli excussa.

Sed subsistamus parumpcirca pretensam hanc Aragoniensium superioritatem haec tenus inauditam, † & antequam de hac verba faciamus animaduertere volo me loqui de gente Aragonica quæ est vna ex Nationibus magis conspicuis ex his quæ sub Sole sunt, maxima veneratione digna, litteris excellens, armis famigerata, ut testantur celebres viri qui in Orbe terrarum ex Aragonico solo arma gestarunt, litteras

140

141

excoluerunt adeo ut fasces lucidas nulli iam Orbi latentes, & eruditionis Hispanicæ vindices eos acclamare exigulaus sit, vereque dici potest Aragonienses omnium fere gentium ciues esse, nomen suorum Regum in longinquas nationes adorare fecisse, plures siquidem gentes contriuit cōpulit, domuit, & Imperio sui Regis parere assuefecit Nation hæc insignis, & adeo constans in fidelitate extitit, ut non semel à Regibus suis audierint Aragonienses vocem illam: *Hac est victoria qua vicit mundum, fides vestra,* & ipsem Imperator Carolus Quintus grassatibus seditionibus (quæ Communitates appellabant) fere per totam Hispaniam præterquam in Cathalonia, & Aragonia dixisse fertur omnia prosperè euentura supposito quod Aragonienses in sua fidelitate constantes permanebant, ut ex Gonçalo de Cespedes tradit Don Frāciscus Didacus de Sayas *in suis annali. cap. 18. pag. 131.* Sed licet hæc vera sint, & tam Aragonum Regnum, quam Aragonienses his, & maioribus laudibus digni sint, in causa tamen esse nequeunt ut Regnum illud ceterorum Coronæ caput dici vlo modo possit. † Aut enim propter vunionem illius cum Cathalonia ipsius caput debet nominari, aut ratione antiquioris originis, aut amplitudinis Regni, vel propter egregia facta, vel insignia, vel quia Regnum est ita denominari prætendunt.

Propter vunionem, nequaquam superioritas, vel ius aliquod adquisiuit respectu Cathaloniæ, quod vt patefaciamus animaduertere opportet. † Mortuo Alphonso I. Aragonū Rege, quem Imperatore vocarūt, in prælio Fraguensi sine prole, Militares ordines quibus ipse Alphonsus Regnum testamento legauerat illud sibi hæreditario iure obuenisse dicebant. Castellæ autē Rex nostri Alphonsi priuignus, qui Alphonsus, & Imperator etiā dicebatur, sibi Regnū pertinere cōtendebat. Inter has cōtrouersias Aragonienses ad elendū Regē properantes, Comitia indixerūt ad Vrbem Burgiā, & illius dominum Petrum Ataresium in Regem eligerunt, & ad eum Legatos miserunt, verum adeo se insolentem, ipsis præbuit ut omnes in sui odium concitaret, Regnumq;

vt

vt ait Blancas in *Comment.* pag. 144. Henningius Arnis̄us de *Republ. lib. 2. cap. 2. sect. 12. pag. 518.* prius amitteret quā obtineret, cumque alium Regem quererent Ranimirum Alphonsi fratrem, licet Monachum, Sacerdotem, ac Episcopum Barbastrensem in Regem cooptandum decreuerunt ætatis suæ annum agentem quinquagesimum, quo facto licet iura Alphonsi, ac Militarium Ordinum circa Regni successionem inania reddita sint, non tamen arma sedata fuerunt. Summo deinde Pontifice dispensante Ranimirus ipse Rex votis solutus ad nuptias properauit, & Agnetem, alij vocant Mathildem, alij Vrracam Aquitaniæ Ducis filiam in coniugem accepit anno Domini 1135. ex ea habuit vnicam filiam Patronillam nomine, † cū qua opera Guillelmi Raymundi de Monte Caterno, vt animaduertit Zurita *lib. 1. anna. cap. 56.* & plenius Pater Frāciscus Diago in *Historia antiquorum Comitum Barcinonensium lib. 2. cap. 139.* Mariana *lib. 10. cap. 16. in fine* Bernardus Desclot in *historia Cathalonie lib. 1. cap. 3.* matrimonium cōtraxit Raymundus Berengarius noster, quartus huius nominis, Comes Barcinonensis, pronepos alterius Raymundi Berengarij etiā Comitis Barcinonæ qui duodecim Reges Serracenorū vicit, & Subiugator Hispaniæ appellatur in vsatico *cum Dominus*, vbi latè Marquilles *nu. 5.* & eum murū fidei Christianæ nominat, vt notauit Michael Ferrer *par. 3. obserua. cap. 278. nu. 4.* Et *5.* à quo propagata fuit felix, faustaq; proles Comitum Barcinonensium, & Aragoniensium Regum. † Dum nuptiæ celebrabantur, Castellæ Rex ex vna parte frustrata spe electio-
nis, quam animo conceperat, & Militares Ordines destitu-
ti iure testamenti ex alia parte Regnum inuadunt, & ille
Darocam, Calataubium, Cæsaraugustam, & alia quamplu-
rima oppida circa Iberum, vt tradit Zurita *lib. 1. cap. 54.* &
Pater Franciscus Diago *lib. 2. histor. Comi. Barcino. cap. 127.*
isti vero alia etiam finitima occuparunt: erat enim Ranimiri
tanta in gerēdis rebus ignauia vt omnibus esset ludibrio, ac
contemptui, Regnumque à proceribus misere labefactari
pateretur. † Sed magnanimus noster Comes iam vxoratus,
146

reuo-

reuoato ad religionem socero, Regni gubernacula suscepit, & strenuè dimicans redditia imprimis ei est Cæsaraugusta, vt idem Blancas ex quodam Archetypo cuiusdam priuilegij legit sub his verbis. *Facta carta æra 1176. pridie Idus Junij ipso anno quando redditia est Cæsaraugusta Comiti Barcinonensi*, sentit ita Mariana lib. 10. cap. 16. Non solum autem Cæsaraugusta redditia fuit, verum & Ciuitates Almeriam, Dertusam, Ilerdam, Fragam, & Ciuranam, expugnauit, & recuperauit, aliaque quadraginta loca in Rippa Iberi ditioni suæ subijecit inter quæ Miquinenza, Mirauet, & Alcañiz, tercentumq; Ecclesias edificauit, vt ex Diago tradit Ioan. Paul. Xāmar in *Civili doctrina Ciuit. Barci. in Codi. additionat.* (alij enim damnati sunt) §. quarto nu. 22. adeo vt instaurator Regni Aragoniæ, & armorum iure potius illius adquisitor, quam matrimonij causa possessor appellari possit, cuius res gestæ referuntur in quadam funebri oratione habita in Monasterio Beatæ Mariæ de Riupullo Ordinis Sancti Benedicti vbi sepultus quiescit, quæ legitur in quadam Geanologia Comitum Barcinonensium manuscripta, quæ in Archiuio vetustissimo dicti Monasterij seruatur. Quomodo ergo per vniōnem Regni Aragonum cum Cathalonia medio illo matrimonio facta, potuit ius aliquod superioritatis adquirere Regnum illud, quod fere totum in exteris manus deuenerat, & quod ab hostium, & Maurorum manibus eripuit Comes ille strenuus Cathaloniæ, vti Comes Barcinonensis Princeps, & Dominus? Aut quomodo Cæsaraugusta quæ redditia fuit Raymundo Berengario potuit in caput erigi respectu nostræ Cathaloniæ?

Ex dictis apparet Aragonum Regnum in dotem datum, fuisse à Ranimiro Rege, nostro Comiti Barcinonensi, vt expressè fatetur Blancas *vbi supra*, his verbis: *Ranimirus Pater hic illam* (Patronillam) *deducendam curauit, ac Raymundo Berengario Barcinonensi Comiti strenuo, ac magnanimo Principi in futuram coniugem dedit, ac Aragonum Regno dotauit meminit Anchar. conf. 339.* & Don Ludouicus à Peguera in repeti. cap. Item super laudemio vers. sexto nu. 89.

Dissertatio Quinta.

165

nu. 89. † Sed & rem hanc probo ex antiquissimo instrumento quod in Archiuo Barcinonensi legit tenoris sequentis. In Dei nomine. Ego Ramirus (ita scriptum legi) Dei gratia Rex Aragonensis dono tibi Raymundo Barchinonensium Comiti, & Marchioni filiam meam in uxorem cum totius Regni integritate, sicut Pater meus Sanctius Rex, vel fratres mei Petrus, & Idelfonsus melius unquam habuere, vel tenere ipse, vel utriusque sexus homines per eos, saluis usaticis, & consuetudinibus quas Pater meus Sanctius, vel frater meus habuerunt in Regno suo. Et commendo tibi omnes prefati Regni homines sub homagio, & iuramento ut sint tibi fideles de vita tua, & de corpore tuo, & de omnibus membris quae in corpore tuo se tenent, sine omni fraude, & deceptione ut sint tibi fideles de omni Regno praetulato, & uniuersis omnibus ad illud Regnum per in etibus salua fidelitate mea, & filio meo. Hac autem omnia superius scripta ego prefatus Rex Ramirus taliter facio tibi Raymunde Barchinonensem Comes, & Marchio ut si filia mea mortua fuerit profata, te superstite, donationem prefati Regni libere, & immutabiliter habeas absque alicuius impedimentoo post mortem meam, interim vero si quid augmentationis, vel traditionis de honoribus, vel munitionibus prefati Regni me vivente facere tibi voluero sub prefata hominum fidelitate firmum, & immobile permaneat. Et ego prefatus Rex Rammirus sum Rex Dominus, & Pater in prefato Regno dum mihi placuerit. Quod est actum serio Idus Augusti anno incarnationis Domini CXXVII. post millesimum Era Millesima C. LXXVI. prefatio Rege Rammiro Regnante Signum Rammiri Regis. Ut omnia superius scripta fideliter, & incommutabiliter obseruantur prae nominatus Rex Rammirus commendauit Comiti Barchinonensi suos Barones subscriptos sub hominio, & iuramento imprimis Comitem Palariensem, & c. quos refert Zurita a. lib. 1. anna. cap. 56. & idcirco non transscribo. † Ut autem omnibus constet quanto amore, & benevolentia Serenissima Regina diliebat nostrum Comitem Barchinonensem liber referre aliud instrumentum in eodem Archiuo repertum,

148
149

in

in quo donationem fecit totius Regni filio nascituro dum in partu laborabat, & viro eius vita durante. Est autem tenor illius prout sequitur.

Ad cunctorum notitiam volumus peruenire. Quoniam ego Petronilla Regina Aragoniensis iacens, & in partu laborans apud Barchinonam concedo, dono, & firmiter laudo Infantii meo qui est ex utero meo, Deo volente, processurus totū Regnum Aragoniense cum omnibus Comitatibus, Episcopatibus, & Abbatibus, & cum omnibus eidem Regno pertinentibus sicut Rex Alphonsus melius unquam tenuit, & habuit ea videlicet conditione ut Dominus, & maritus meus Raymūdus Comes Barchinonensis habeat, teneat, & possideat integrer, & poterit sub imperio, & dominatione sua totum predictum Regnum cum omni sibi pertinente honore omni tempore vita sua, post obitum vero suum remaneat totum supradictum Regnum integrer filio meo iam dicto, quod si filius meus iam dictus obierit absque legitimo filio, totum supradictum Regnum, & honorem praesatum sicut habuit, & tenuit nobilissimus Rex Idelphonius, concedo similiter, & dono iam dicto viro meo Raymundo Comiti Barchinonensi ad omnem suam voluntatem exinde faciendum. Si autem filia ex utero meo processerit, maritet eam honorifice iam dictus vir meus Comes iam dictus cum honore, & pecunia sicut melius ei placuerit, & romaneat viro meo pranominato solidè, & liberè totum supradictum Regnum cum omnibus sibi pertinentibus ad omnem voluntatem suam perficiendam absque alicuius hominis, vel faminae blandimento. Et dono pro anima mea morabatios ad Ecclesias Aragonum, Barchinonenses, Comitatus Gerundensis, Bisuldunensis, nec non & Ausonensis. Et pono meos Manumissiores, videlicet Guillelmum Barchinonen. Episcopum, & Berengarium Gerundensem Episcopum, ac Bernardum Casaraugustanum Episcopum, nec non & Dodonem Oscensem Episcopum, & Garciam Ortis, & Ferris de Osca, & Guillelmum de Casteluel, & Arnaldum de Sercio qui diuidant, & distribuant supradictos morabatios per ipsas Ecclesias sicut melius, & utiliss eis fuerit visum.

Quos

Quos morobatinos pranominatos donet vir meus Raymundo Comes iam dictus supradictis Manumissoribus meis. Facta carta ij. Nonas Aprilis Anno Dominicæ Incarnationis M.CLI. Signum Petronilla Regina Aragonum quæ hoc donum feci, firmaui, & hoc totum laudo, atque confirmo in vita, & in morte, & testibus firmare mandaui. Signū Guillelmi Barchinonensis Episcopi Signū Lup. Enegons de Luna. Signum Guillelmi de Casteluel. Signum Bernardi de Bellog. Signum Petri Arnalli. Signum Bernardi Melcucij. Signum Petri Primicerij. Signū Roberti Archidiaconi Pampilonen-sis. Signum Abbatis Oliua. Signum Calueti Prioris Teraso-nensis. Signum Pontij Scriba. Qui hoc rogatus scripsit die, & anno quo supra.

Defuncto autē dicto Comite, quonam modo de Regno 150 disposuerit ipsa Regina cōtinetur in alio instrumento in eodem Archiuio existente quod est huiusmodi.

Autoritate legali decretum est ut res donata si in praesenti tradita sint nullo modo repetantur à donatore. Quapropter in Dei aeterni Regis nomine Ego Petronilla Dei gratia Aragoniensis Regina, & Barchinonensis Comitissa uxor, quæ fuit Venerabilis Raymundi Berengarij Comitis Barchinone, & Principis Aragoniensis libenti animo, & promptissima volūtate cum confilia, & consenu, & prouidentia Hugonis Dei dignatione Terraconen. Archiepiscopi, & Petri Casaraugusta Episcopi, ac Guillelmi Barchinonensis Episcopi, & Comiti Patariensis, atque Petri de Castelazolo, & Deusayuda, & Petri Ortis, & Blasco Romeo, & Exemeni Derrosella, et Dodonis de Alcalà, atque Fortunij Maza, et Guillelmi Raymundi Dapifer, et Guillelmi de Castrovetulo, et Arber-ri de Castrovetulo, aliorumque Magnatum tam Aragonion-ium, quam Barchinonensium dono, ac laudo, et concedo libi dilecto filio meo Iulphonso Regi Aragonum, ei Comiti Bar-chinonensi, qui in testamento eiusdem viri mei vocaris Ray-mundus, et omni posteritati tua omne Regnum Aragonum in-tegrum, Cittates quoque et Castra, Villas, et Ecclesias, et Monasteria, terras cultas, et eremas, rocas, montes, et forti-udines,

y

iudines,

tudines, et aquas, potestates universas, milites, et homines; dominationes, et Señoraticos tam terrarum, quam hominum; et cum omnibus terminis, et possessionibus, et pertinentijs quae ad prefatum Regnum Aragonum pertinent, et quocunque modo pertinere debent, et sicut unquam auus, et proauus meus melius ipsum Regnum Aragonum tenuerunt, et habere debuerunt cum introitibus, et exitibus suis integrer simul cum omnibus augmentationibus, et adquisitionibus qua Deo auxiliante ad prefatum Regnum adquirere, et habere potueris per omnia, et in omnibus iibi predicto filio meo I delphonso Regi omnique posteritati tua tradō, soluo, Et dono ut melius dici, vel nominari potest humano ore cum omni sua integritate sineulla voce, Et aliqua dominatione inibi à me ullo modo retenta. Et ut melius hac mea bona voluntatis donatio firma, Et stabilis in perpetuum habeatur, Et teneatur confirmo propria manu mea, Et laudo, Et concedo ordinationem iestamenti eiusdem viri mei, Et ultimam voluntatem suam sicut idem vir meus Pater tuus de omni predicto Regno, ut de ceteris statuit, Et ordinavit in suo testamento, de quo iudicium inter iurando obligatum, Et corroboratum est à Magnis suis ut ordinatio, Et ultima eius voluntas firma, Et stabilis nunc, et in perpetuum formiter persistat. Si autem te mori consigerit sine prole legitima, sequatur ordinatio testamenti eiusdem viri mei Patris tui inter alios fratres tuos. Si quis contra hanc huius donationis scripturam ad infringendum venire tentaverit, nullo modo facere possit, sed supradicta omnia in duplo componat, et insuper hoc donum omni tempore sit stabile, et firmum Actum est hoc in Barchinona xiiij. Kal. Julij an. Domini Incarnationis M.C. LXIII. Signū Petronillæ Dei gratia Reginae Aragonum, et Comitissa Barchinonensis, que bac laudo, et confirmo, et testes firmare rogo. Signum Guillelmi Barchinon. Episcopi. Signum Petri Dei gratia Casaraugusta Episcopi. Signum Arnaldi Mironis Comitis Palariensis. Signum Petri de Castelazol. Signum Deusayuda. Signum Petri Oriis. Signum Blasco Romeo. Signum Exemeni de Arbosella. Signum Dodonis de Alcala. Signum Fortunij Massa.

Si-

Signum Guillelmi Raymundi Dapiferi. Signum Guillelmi de Castrouetulo. Signum Arberti de Castrouetulo. Signum Bernardi Marcuij. Signum Petri Arnaldi. Signum Petri de Corron scriptoris qui hac scripsit cum litteris suprapositis in linea 1.6. et 18. die, et anno quo supra.

Et tandem testamentaria eius dispositio legitur in alio instrumento in eodem Archiuio recōdito eo modo quēm vocant Sacramētalem factō, de quo Fontanel. decis. 576. et seqq; tom. 2. & Ioan. Paulus Xāmar in *civili doctrina* S. 15. per totū in codici additi. & testamenti etiam nostri Comitis in hunc modum sacramētalem redacti meminit Blancas in cōment. pag. 152. sub his verbis: *At Raymundum ipsum morientem suum circa Regnorum successionem testamentum, ac voluntatem verbo, multis adstantibus protulisse, quod ad eam inscriptis redigendam nequaquam vita suppeditasset. Postea vero generalibus Comitijs à Petronilla Regina Oſcā cōuocatis, testamentum hoc licet solis verbis conditum, adhibita adstantium publica, ac solemni iuris iurandi religione ratum, ac solemne decretum fuit. Dispositio igitur testamētaria nostrae Reginæ est prout sequitur.*

*Hac est sacramentalis conditio, et legalis publicatio vli-
ma voluntatis nobilis Reginæ Aragoniensis Petronilla nomine
verbis tantummodo editæ cuius ordo infra sex menses coram
Sacerdote, et Iudice Mirone legaliter actus est. Nos scilicet
Magister Guillelmus, et Raymundus Dalmatijs presbiter te-
stes, et iuratores sumus, testificamur nāque iurando per Deū
vnu, & verū in personis trinū, & in Deitate vnu super alia-
re Sancti Felicis Martyris quod est constructum in Ecclesia
Beatorum Martyrum Iusti, & Pastoris infra mania Vrbis
Barchinona supra cuius sacrosāctum altare has conditiones
manibus proprijs iuramus quod vidimus, & audiuimus, &
præsentes adfuimus quando iam dicta testatrix ægritudine
detenta unde obiit suis verbis ordinauit suā ultimā volun-
tatē de honore suo, & de rebus suis. Cōcessit domino Idelphonso
filio suo Regi omne suū Regnum Aragonis integrater. Dimisit
Barchinonensi sedi suū corpus ad sepeliendū, & mādauit fa-*

miliam suam induere unumquemque secūdum suum valorem hoc totū ita ordinauit iam dicta testatrix iij. Idus Octobris an. 37. Regni Ludouici Iunioris. Deinde ingrauescente langore quo delinebatur migravit ad Deū eodem die, Et anno. Hanc igitur ipsius testatoris voluntatem nos infra scripti testes sicut vidimus, Et audiuius, in prescripto altari coram Sacerdote, Et Iudice Mirone, Et alijs testibus clericis, Et laicis vera messe fideliter corroboramus, Et iurando confirmamus, hoc adiecto ut omnia sua debita, Et malefacta de suis rebus soluantur latè conditiones viij. Kalen. Nouembris, Et anno praefixo. Signum Magistri Guillelmi Presbyteri. Signum Raymundi Presbyteri. Nos huius rei testes, Et curatores sumus. Signum Petri de Riuopullo. Signum Guillelmi de Alsedio. Signum Raymundi Primicerij. Signum Petri Arberici Poncij. Signum Burquin. Signum Gerardi de Foxa. Signum Mironis Iudicis. Nos qui huic Sacramento presentes adsuimus. Signum Petri de Corron Iunioris qui hac scripsit die, Et anno quo supra.

152. Et quam vtile, & conueniens fuerit hoc matrimonium, ipsi Aragoniae Regno audi ab ipsomet oraculo historię illius Hieronymo Zurita lib. 1. anna. cap. 5 6. sic ait: La elecion que el Rey Don Ramiro hizo del Conde de Barcolona para que sucediesse en el Reyno de Aragon fue muy conueniente para lo que tocava ala paz, y sostiego del Reyno porque allende de juntarse con Cataluña con la qual se continuaua y acercentaua su Señorio, por ser el Conde cuñado del Emperador Dō Alonso hauia esperança que libraria a Zaragoça, y los otros lugares que el Emperador tenia ocupados, y serian restituidos ala Corona.

153. Sed & pacta quibus matrimonium hoc contractum fuit institutum nostrum probant, expressè enim pactum fuit ut Aragoniae Regnum insignibus antiquis amplius non vteretur, sed illorum Comitum Barcinonensium quæ erant quatuor pali rubei in campo aureo, quibus hodie vtuntur, t̄ cuius mutationis causam ignoravit Theodorus Hoepingius de iure insignium par. 3. cap. 6. S. 4. vbi postquam antiqua Aragonien-

goniensium arma retulit ait *nu. 467.* non inuenisse causam quare omissis antiquis, quatuor supradictis palis utrantur, refert Chaisanæ. *in Catalo. glor. mun. par. 1. conf. 38. conclus. 17.* Achilles Grasser *in Catalogo Regum rubr. Aragonia Reges.* Sed & post contractum predictum matrimonium Aragonenses Reges semper vños fuisse predictis armis Comitum Barcinonensium tradit Pater Franciscus Diago *in historia antiquorum Comitum Barcinonensium cap. 7.* † Vbi refert insignia hæc data fuisse ab Imperatore Carolo Caluo Vuifredo Comiti Barcinonensi in prælio aduersus Normādos, in quo cum vulneratum Comitem Imperator vidisset imposta manu in vulnere sanguine proprio super clypeo deaurato Comitis digitis palos quatuor signauit. Sed ex professo rem hanc comprobat *d.lib. 2. cap. 140.* vbi Zuritam de hoc dubitantem refellit † maximè cum ipsem Zurita fateatur exinde arma Cathaloniæ in insignibus meliorem locum obtinuisse quam illa Aragoniensium, † sed melius rem *hanc comprobauit Blancas qui cum insignia in quolibet ex Regib[us] pingat, in Petronilla, & Berengario scutum Aragonum, & Cathalaunicum ponit, in omnibus vero subsequentibus Regibus solum Cathalaunicum ex quatuor palis in campo aureo ut dixi compositum repetit, & in hæc prorumpit verba pag. 150. Inter ea his nuptijs ex pacto, & conuentu ipsius Raymundi, maiorumque Barcinonensium Comitū insignia quatuor baculirubri aureo in scuto positi Aragoniensibus Regijs insignibus ante lata, posteris Regibus Regnoque iam propria manserunt, & probat etiam institutum Escolano *in histor. Valenti. decade 1. lib. 3. cap. 2. nu. 2.* † Sed* 158 & huc referenda venit inscriptio quedam quæ legitur in antiquissimo Riupulli Monasterio Benedictino in Cathalonia super Stemmatibus Cathaloniæ, siue Barcinonensium Comitum à Petro Benedicto Sancta Maria Episcopo Elenen. vt ibi dicitur, facta quæ est huiusmodi.

Comitum Barcinonensium insignia proprio sanguine comparata, eorundem liberalitate Aragoniensibus concessa, & post modum Regnis Balearium Valentia, Murtia, Sicilia, Sar-

Sardinia, Corsica, & Neapolis, Cathalanorum virtute, ac fortitudine, adquisitis, comunicata.

159 Iam vidimus vniōnem Aragoniæ cum Cathalonia (sic Aragonienses eam vocant, non Cathaloniæ cum Aragonia) fuisse non accessoriam, sed æquè principalem, quemadmodum & illa quæ fuit facta Regnorum Castellæ, Aragoniæ, Lusitaniæ, Flandriæ, Neapolis, & Siciliæ cum Monarchia Hispana fuisse æquè principaliter tradit Carleual de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. nu. 829. Belluga in speculo Principum rubri. 11. S. iam supra nu. 2. & rubri. 33. nu. 1. Peguera decis. 66. nu. 9. & sic suis proprijs legibus Regna Corona regi quibus antea vniōnem, tenet idem Carleual d. nu. 829. Peguera d. nu. 9. Ioan. de Platea in l. vnicana. 4. C. de metrop. Beryt. lib. 11. & punctim de Cathalonia respectu Regnorum Aragoniæ, & Valentia tenet Belluga dicta rubri. 11. S. iam supra nu. 2. vbi ait: *In hoc Regno Aragonum Cismarino babemus tres Generales Prouincias scilicet Regnum Aragonum Valentia, & Principatum Caibalonia. Et quamvis omnes sint sub uno Regno, & Praesidiatu, respectu tamen diuersorum titulorum, quia ut Aragonum Rex, non est Valentia, nec Comes Barcinona, facit quod notat glos. in l. 3. D. de offi. Praesidis, imo habet suas diuisas stationes, diuersa fiscalia, iura, & leges diuisas, & sic de una ad aliam non infertur, & meminit Socarrats ad Consuetu. Cathalonia in cap. si aliquis Dominus nu. 104. pag. 386. sub his verbis: Quia notorium est quod Cathalonia regitur suis Vsaticis Barcinona, & constitutionibus Cathalonia, & Regnum Aragonum, & Regnum Valentia reguntur suis foris, quia ita fuerunt unita, & post vniōnem ita fuerunt conseruata in suis iuribus, & dispositionibus speciālibus, ita quod dispositiones Domini Regis viriusque Principatus, & Regnorum ipsa se tantum obseruantur eis, & non extra fines eorum, & sic Vsatici Barcinona, & constitutiones Cathalonia, & eorum dispositiones non porriguntur extra Cathaloniam in Regnis Aragonum, vel Valentia, nec è contra.*

160 Quando enim Regna vniuntur accessoriè ita vt vnum, alteri accedat fit vnum cum illo, regiturque legibus illius cui

cui accedit, quo modo videntur esse vnitas Regno Castellæ Indias Occidentales, & Regno Lusitaniæ Indias Orientales, tunc enim idem est quod extendere terminos illius Regni cui accedit arg. *tex. in d. c. præterea §. insula I. de rer. diui. vt territoria deserta Valézuela conf. 100. nu. 95.* † Quoties vero coniunguntur eque principaliter tunc vnumquodq; regitur suis legibus, quemadmodū regebatur ante vunionem, vt experimur in Cathalonia, & Aragonia, considerantur enim ac si essent omnino separata, & persona Regis, quamuis vna, subit vices duorum, vel plurium Regum, discreta enim sunt iura, quamuis in vna, & eadem persona concurrant, vt in leuioribus dixit Consultus in *l. tuorem 22. D. de his quib. vt indig. & in omnibus, & per omnia de illis iudicatur quasi essent subdita diuersis Regibus iuxta celebrem.* Bartoli doctrinam in *l. si conuenerit 18. §. si nuda nu. 2. D. de pignor. actio.* qui adducit exemplum de Comitatu Tolosæ cum Regno Franciæ Gregor. Lopez in *l. 27. tit. 7. parti. 1. glos. 3. ¶ l. 4. tit. 12. glos. 1. c. par. 1. ¶ l. 7. tit. 20. glos. 3. parti. 3. per illum tex.* qui vunionem eque principalem vocat. Gutierres lib. 3. *practi. quest. 17. ¶ 18. à nu. 215.* Peguera *decif. 66. à nu. 7.* Petr. Barbosa in *l. heres absens 19. §. proinde num. 142. D. de iudicijs Fului. Constan.* in *l. unica nu. 159. C. de classicis lib. 1.* Roland. à Valle tract. de lucro dolis *quest. 85. à nu. 2.* Azeuedus in *rubr. tit. 2. nu. 215. lib. 6. recopila.* qui loquitur de dominio Cantabriæ vniō Regno Castellæ Gonçalez in *reg. 8. Cancella. glos. 5. §. 7. ex nu. 26. ¶ nu. 119. cum seq. ¶ num. 122.* loquitur de Regnis Monarchiæ Hispaniæ Matienço in *l. 1. tit. 1. lib. 5. recopila. glos. 6.* Rouitus *conf. 102. nu. 1. 6. lib. 2.* † & in dubio præsumendū esse vunionem fuisse factam eque principaliter Gonçalez ubi supran. 134. vnoniem prædictam explicat sic, noster olim Vicecancellarius Don Christophorus Crespi obserua. 15. num. 44. Ex quibus colligitur respectu vunionis nullum ius superioritatē tribuens, adquisiuisse Aragoniæ Regnum.

Videamus nunc si propter antiquitatem originis hoc ius contendere possunt, & inueniemus Aragonienses à Terraconen-

- nensibus, qui propriè Cathalani sūt, corrupto vocabulo dīci
vt testis est Antonius Nebrisensis, & tradit Vasēus *in Chron.
Hispa. in Catalogo Regum Aragonie cap. 18.* eos refert
Theodorus Hoepingius *de iur. insig. cap. 6. par. 3. §. 4. n. 462.*
- 164** † & Cēsaraugustæ Episcopum suffraganeum fuisse Archie-
165 piscopi Tarragonensis vsque ad annum 1318. † quo fēlicis
memoriæ Summus Pontifex Ioānes XXII. illam in Metro-
politanam erexit sic instantे, & petente Serenissimio Rege
Iacobo II. meminit Carrillo *in anna. Aragonie d. an. 1318.*
pag. 378. latè Zurita lib. 2. anna. cap. 27. 10. 2. qui tradit cau-
sam huius erectionis, & in Bulla Innocentij Papæ Dat. Pe-
rusij 6. Kalendas Februarij an. Incarnationis Domini 1251.
leguntur hæc verba *Episcopalium præterea Cathedraru[m],
Vrbes, id est Gerundam, Barchinonam, Vrgelen. Ausoniām,
Ilerdam, Dertusam, Cēsaraugustam, Oscam, Pampilonam,
Terassonam, & Calagorram ipsi Tarragonensi Ecclesia tan-
quam sua Metropoli subditas esse decernimus, reliquas ve-
ro iam sedes Episcopales, quam Insularū Ecclesias que an-
tiquis ei temporibus subiacebant cum Dominus Omnipotens
sua miseratione Christianorum restituerit potestati ad eandē
Metropolim tanquam ad caput proprium referendas decre-
166 *ti huius auctoritate sancimus.* † Et semper functionem co-
ronationum nostrorū Regum debere celebrari ab Archie-
piscopo Tarragonensi tradit Bulla Innocentij Summi Pon-
tificis directa Regi Petro, quam refert Blancas *de coronatio-
ne Regum cap. 1. pag. 7.* ibi: *Nos igitur gratiam tuam nobis
exhibitam ad successores deriuari volentes praesentium au-
toritate concedimus ut cum ipsi decreuerint coronari Coro-
nam à Sede Apostolica requirentes de speciali mandato per
Tarragonensem Episcopum apud Cēsaraugustam solemni-
ter coronentur sensit idem Bernardinus Gomez Miedes in
167 *histo. Iacobi I. lib. 1. cap. 9.* † Non quod Archiepiscopus eam
Regis capiti imponat; cum enim Don Petrus Lopezius de
Luna Coronam Regi Petro huius nominis quartæ impone-
re veller, Ottonus de Mōcada nobilissimus Cathalanus ani-
maduertit magnum præjudicium Regno illaturum si Rex e
manu**

manu alicuius etiam Prelati coronam acciperet, vt notauit Blancas *de coronatio.lib.1.cap.6.pag.55.* Vnde ab eo vsque tempore inualuit vt Reges ipsi coronam ex altari, vbi posita est, accipient, † sed & Tarragonam appellauit Rex Iacobus Primus caput omnium suorum Regnorum in spirituallibus, vt tradit Zurita *lib.3.anna.cap.34.pag.155.col.1.* plura Bernardinus Gomez Miedes *in histor. Regis Iacobi primi lib.5.cap.2.* & iam Romanorum tempore exemplum dedisse Tarragonam ceteris Prouincij circa erectionem templi Augusto Cesari tradit Tacitus *lib.1.anna.his verbis: Templū vt in Colonia T arraconēsi strueretur Augusto potentibus Hispanis permisum, datumq; in omnes Prouincias exemplum.*

Si amplitudinem Regni considerare velis satis notum est neque Aragonum, neque Valentiæ Regna simul iuncta efficere vnam Cathaloniam, quod præterquā quod Cosmographis omnibus apparebit, agnouit etiam Blancas *in dedicatoria ad lib.de coronatione Regum*, dum ait, *Que aunque este Reyno (loquitur de Aragonia) tomando el tamaño del, parese a un rinconzillo al respeto de los otros Reynos.*

Si res gesta vtriusque gentis respicere velimus, inueniemus certe plura, magnaq; facinora ab Aragoniensibus gesta, sed plura maioraq; à Cathalanis peracta, non solum quia reuera plura, & maiora sunt, sed quia per vniomem Regni Aragonum cum Cathalonia patuit aditus, & aperta fuit via Aragoniensibus ad res magnas, quæ in Italia gesserunt, peragendas. † Referre Cathalonorū res gestas longum opus esset multis Voluminibus dignū, adeat qui voluerit antiquas scire Tomich, & Calza *in suis historijs Hieronymum Pujadas in Choronica Cathalonie*, Marchionem de Aytona *in expeditione Cathalonorū, & Aragonensium*, Carbonel *in Choronica Hispanie*, Montaner *in Choronica Aragonie*, Patrem Diago *in historia sepe citata*, Andream Bosch *tit.de honor. de Cataluña*, Patrem Langueglia *nelli Ritrati dela Casa de Moncada*, Stephanum de Corbera *in Cathalonia Illustrata, & in Historia antiquorum Regum Neapolitano*. Marineum Siculum, Marianam, Bernardum Desclot *in Hi-*

ftoria Cathalana cum notis Raphaelis Ceruera, Don Franc. Gilabert in Discursu super Princi. Cathalo. & vltra omnes legat propositionem, quam Sereniss. Rex Aragonū Martinus fecit in Curijs Generalibus celebratis Perpiniani anno 1405. quam ad litteram refert Carbonell in Choron. Hispa. fol. 251. Nulla etenim natio est tam grandis quæ habeat Reges Historiographos rerum ab ipsa gestarum sicut Cathalana habet Reges suos.

172 Sed nec modica encomia ab ipsis Aragoniensibus accepimus, & imprimis idem Hieronymus Blancas in *Historia Regis Martini* pag. 232. sic loquitur: *Sed Cathalanorum adhibitam operam tacitus nullo modo præterire possum, quādoquidem in ea Republica iactura tametsi nostri cum ipsis conditione pares, ē fortuna socij exiiterunt, atque interdum etiam ob graues nostrorum euentorum casus inferiores, longe tamen nostros sedulitate, ac concordia superarunt, in quo nihil eis tribuimus quod non res, ē veritas ipsa concedat. Semper enim primi in exquirendis consilijs fuerunt, in exequendis autem haud nouissimi, tum magis inter se concordes, ē coniuncti priuatas suas inimicitiias, quamquam graues, ac veteres, alacri animo, ē vuln ob communem, ē publicam causam deponentes. Denique licet illis natura insitum sit, quod nobiscum cum ipsis est commune, ut sententijs magis quam verbis abudemus, in his rebus adeo ē verbis, ē sententijs abundarunt, ut visicerte fuerint se se met ipsos, ac suam etiam naturam superasse.*

173 Deinde Hieronymus Zurita celebris Aragonensium Historiographus lib. 4. anna. cap. 64. pag. 291. ē seq. sic de nostris loquitur. *T los Catalanes eran los que vencieron muy grandes batallas por mar, en las cuales se señalaron sobre todas las otras Naciones, & paulo infra. De alli adelante, comēçò la Nacion Catalana ser estimada sobre todas, en las empresas de mar, y cō esta victoria, y con las otras que alcançaron siendo su Almirante Roger de Lauria no solo se defendio el Reyno de Sicilia, y lo que se cōquistò en Calabria, y Basilicata, pero se puede dezir cō toda verdad que se restauraron*

ron estos Reynos que tuvo ya el Rey de Francia por suyos, y quedaron los Catalanes con el Señorio dela Mar. & lib. 4. anna. cap. 40. par. 1. fol. 267. col. 3. in hæc prorupit verba. Y en esto usò el Rey dela gratificacion que denia ala Nacion Catalana porque nunca Principe fue mejor servido de sus subditos, que lo fue el Rey (loquitur de Rege Petro Magno cognominato) delos Catalanes en la Empresa de Sicilia, y delas Prouincias de Calabria, y Pulla, y del Principado de Capua por mar, y por tierra aquien principalmente se deue la gloria dela conquista de aquel Reyno, & Bernardinus Gomez Miedes in histo. Regis Iacobi I. lib. 5. cap. 2. sic ait. Por las quales llegaron los Catalanes a ser tan Señores, y temidos por la mar que iendo en corso contra Infieles siempre boluiian muy prosperados, y ricos, & lib. 18. cap. 1. ait como se prueua delos grandes efectos que con las armadas los mesmos Ciudadanos, y gente Catalana han hecho por mar en servicio de sus Reyes por ser gente de si muy belicosa, y hecha de tal compas que quanto mas rebusa de ser pechera en la bazienda, tanto mas alas necessidades, y hechos de armas de sus Reyes suelen prontamente acudir en sus personas, y vidas.

Sed & in obsidione Valentiae stationes militum Cathalani
orum sē per propinquiores fuisse muris ipsius Ciuitatis te-
statur ipsemet Rex Iacobus I. & refert Bernardus Desclot
in histo. Cathalonia lib. 1. cap. 14. & Raphael Ceruera in no-
tis marginalibus ad ipsum Fr. Frāciscus Diago Ordinis Prä-
dicatorum lib. 7. anna. Reg. Valen. cap. 21. fol. 310. colu. 2. cō-
cessitq; ipse Rex Iacobus Ilerdensibus, qui mēnia Ciuitatis
tempore obsidionis in tribus partibus concutierunt vt dein-
ceps mensuras omnium rerum à Ciuitate Ilerdensi Valen-
tini peterent, & tercentum Virgines Ilerdenses Rex dota-
uit in vxoresque diuersis Exercitus militibus constituit, pro
vt refert Bernardinus Gomez Miedes lib. 12. histo. cap. 6. Et
cap. 8. afferit eundem Regem Iacobum primos foros, seu
leges Valentinis lingua Cathalanorum dedisse, & fuisse Va-
lentiam pro maiori parte populatam à Cathalanis Ciuitatis
Ilerde, & aliorum locorum refert Zurita lib. 3. anna. cap. 34.

- 175 pag. 154. col. 4. † Sed & Maioricā ipsam fuisse à Cathalaniis populatam tradit Raymundus Montaner in sua historia cap. 8. & facit Rubrica nostrarum Constitutionum supra relata *Quod omnes Officiales in Cathalonia*, & Maioria sunt
- 176 *Cathalani*, † & Murciam fuisse captam, & populatā à Cathalanis, & etiam Oriola, Elche, Guardamar, Alicant, & Cartagena author est idem Mōtaner cap. 17. † De Sardinia iam dixi in *Dissertati. de crimi. Læsa Maiest. pag. 25.* vt tradit Dō Joan. Dexart in *Comment. super cap. 30. Curiarum an. 1545. Don Anto. de Cardona lib. 2. tit. 6. cap. 4. nu. 1.*
- Nec quo ad institutū iuuat Aragonienses appellari Regnū, Cathaloniā autē Principatū, † cū vt diximus in dicta Dissertatione de crimine Læsa Maiestatis 4. arg. ideo appellatur Principatus, & nō Regnū quia viuente Rege Ranimiro in contractu matrimonij cū Patronilla paetū fuit vt non Rex, sed Princeps appellaretur, & hinc Principatus dictus, vt notauit Escolano in *histo. Valentii. deca. 1. lib. 3. cap. 2. nu. 2.*
- 179 & nihil deest Cathaloniæ vt Regnum vocari possit, † cum nostri Comites Barcinonenses nullum Superiorem in terra recognoscant Marquilles in *Vsat. si quando colu. penul.* & in *Vsat. cū Dominus Raymundus Thomas Mieres colla. 9. in Cur. Barci. Ferdinandi Primi cap. 10. nu. 13.* & 18. Oliba de actio. par. 1. lib. 3. cap. 1. nu. 13. & de iur. fisci cap. 1. nu. 2. & cap. 3. nu. 2. & cap. 6. num. 4. & 5. Calicius in directo. pac. & tregua. dub. 1. vers. & hic quero, & dub. 13. col. 1. & in d. *Vsat. cum Dominus Michael Ferrer 1. par. obseruan. de Euocatio. causa. cap. 9. nu. 9.* & 3. par. cap. 278. nu. 4. & 5. Don Ludouicus à Peguera in repit. cap. item ne super Laudemio vers. septimo n. 1 2. Sigismundus Despujol ad Mieres ver. Comes Barcinona, & verbo Rex in tota Cathalonia, vbi notat in toto Principatu dici Imperatorem. Regens Don Philippus Vinyes in tract. de celebratio. Curia. discr. 9. nu. 67. & 68. quod est constitutuum Regis, & Regni Henningius Arnis s̄us de Iur. Maiest. cap. 4. num. 5. † sed & Regnum Cathaloniam nominant infiniti authores ex quibus aliquos solummodo laudabimus Franciscus Didacus de Ayusa de antiquitatibus

tatibus Oscalib. 3. cap. 3. Et lib. 5. cap. 2. Cenedo quæstio. Canon. quæst. 11. nu. 9. Dimas Serpi in histor. Sanctorum Sardiniæ lib. 1. cap. 2. in fine, Et lib. 4. cap. 3. Bernardus Gomez Miedes in histor. Iacobi Primi lib. 1. cap. 5. Et lib. 14. cap. 17. Salgado de Regia protectio. par. 1. cap. 1. prælud. 3. nu. 167. Cesar Carena resolu. 60. n. 5. Peguera in practi. crimi. cap. 4. in fine Fontanel. de pacti. nupti. clau. 4. glof. 13. par. 3. nu. 18. in fine Michael Ferrer 3. par obseruan. cap. 172. Matheu de regi. Reg. Valen. 10. 2. cap. 7. §. 3. n. 33. Peña in vita Nicolai Aymeric, quæ habetur in Directorio Inquisitio. Paramo de orig. Sanc. Inquisi. lib. 2. tit. 2. cap. 11. Camillus Borrellus de præstantia Regis Catholici cap. 26. Belluga in Specu. Princi. rubri. 34. num. 1. Illescas in histor. Ponti. par. 2. fol. 44. Thoro in Compen. decisi. 10. 1. in prefatio. pag. 5. Molinus de rit. nuptia. compar. 5. nu. 2. Lancelotus Conradus in Templo omnium Iudi. lib. 1. cap. 3. nu. 15. Botero in suis Relationibus lib. de diuis. Hispa. cap. 3. Summus Pontifex Gregorius XIII. in Bulla concordia inter Pontificem, Et Regem Petrum Tertium, relatus à Don Laurentio Matheu tom. 2. de regi. Reg. Valen. cap. 7. §. 1. sect. 2. nu. 36. & Hieronymus Blancas in Comment. rer. Aragonie. sub Martino Rege pag. 228. sic ait fas est enim interdum Cathaloniam Regnum appellare, nam etsi tantum sit Principatus nomine insignita aliquando nec immerito potest regali nomine digna iudicari, & Ioa. Paul. Xamar in ciui. doctri. Ciuita. Barci. §. 4. nu. 19. in Codici. additio loquens de Vuifredo secundo Comite Barcinonensi, cui feudum fuit remissum ait, qui Et Rex appellari potuisset. Don Ludouicus à Peguera in repetit. cap. Item ne super Laudemio vers. sexto nu. 88. † Nec mirum quod cū Rex dicatur Princeps, & Princeps dicatur Rex, vt notarunt Anto. Corsetus de Po-testate Regis quæst. 17. nu. 12. Mastril. de Magistrati. par. 2. lib. 4. cap. 3. nu. 26. Decianus conf. 19 nu. 224. lib. 3. confundantur Regnum, & Principatus. Adeo autem apud Maiores nostros non solum Regis, verum, & Principis nomina inusitata fuere, vt Constitutione unica tit. de Principe, Serenissimus Rex Petrus huius nominis secundus promiserit se in litte-

litteris, in epistolis, & in sigillo non Principis, sed Comitis Barcinonæ titulo usurum.

Vnde nec propter vniōnem, nec ratione antiquioris originis, vel amplitudinis Regni, vel propter insignia, vel preclara gesta, aut quia Regnum sit, potest Aragonia caput respectu Cathaloniaz nominari.

M A T E R I A D I S S E R T A T I O N I S tractatur, & exornatur.

S. II.

S V M M A R I V M.

- 1 *Quid sit Magistratus Deputationis in Cathalonia.*
- 2 *Tria Brachia ex quibus componantur.*
- 3 *Bursæ vocantur ubi includuntur qui ad istud officium extracti possunt.*
- 4 *Ecclesiasticorum, quibus componatur.*
- 5 *Militarium.*
- 6 *Regalium.*
- 7 *Regens Don Philippus Vinyes laudatur.*
- 8 *Nominatio in locum demortuorū olim Deputatis concessa, nunc Regia Maiestati devoluta est.*
- 9 *Beneficio sortis in Deputatum electo nulla exceptio obijicitur.*
- 10 *Magistratus Habilitatorum una cum Deputatis super exceptionibus prouidet.*
- 11 *Thesis disputanda proponitur.*
- 12 *Pro parte Fisci expendebatur Capitulum Curiarū Sanctæ Anna.*
- 13 *Cap. 10. Curiarum anni 1520.*
- 14 *Cap. 36. noui ordinamenti anni 1599.*
- 15 *Allegabantur exemplaria.*
- 16 *Observantia subsequita est vera interpres Statutorum.*
- 17 *Est exclusua cuiuscunque alterius.*
- 18 *Conclusio proponitur.*

19 Con-

Dissertatio Quinta. §.II. 181

- 19 Constitutiones Cathaloniae sunt ius municipale, & habent naturam Statutorum.
- 20 Maxime si agitur de personarum exclusione.
- 21 nomine officialis venit is qui habet iurisdictionem cōtentiosam.
- 22 Leges verantes Officialibus ne emant non comprehendunt eos qui nullam iurisdictionem habent.
- 23 Regium Priuilegium Regis Ferdinandi Secundi cum declarationibus Regiae Audientia adducitur.
- 24 Regentes in Supremo Aragonum pro Cathalonia nullam in ea iurisdictionem exercent.
- 25 Causa Cathalonia ibi terminantur, nec aliquo praetextu extrahi ab ea possunt.
- 26 Origo huius priuilegij traditur.
- 27 Pelli serius aliter sentiens taxatur.
- 28 Priuilegij verba ad litteram adducuntur.
- 29 Probatur exemplo Regentes pro Cathalonia non habere in ea iurisdictionem.
- 30 Obiectio de cognitione delictorum Regiorum Officialium proponitur.
- 31 Diluitur multis modis.
- 32 Practica admittendi in Consilio Adiunctos periculosa.
- 33 Explicatur Constitutio Clarificant tit.de Iuris. om. iud.
- 34 Exemplar in Curijs decisum pro instituto adducitur.
- 35 Iudicia Curia sunt apud nos omnino seruanda.
- 36 Traduntur, & explicantur verba Vfatici Iudicium in Curia datum.
- 37 Respondetur primo argumento pro Fisco adducto.
- 38 Statutum eis omnes excludat exceptiones, non eam qua ab alio statuto prouenit.
- 39 Verba cap. 54. Curiarum anni 1599. traduntur.
- 40 Explicantur.
- 41 Statutum ultra personas in eo expressas non extenditur.
- 42 Difficultas argumenti expenditur.
- 43 Quando unum Statutum est specialius alio, attenditur specialius.

44 Vnum

- 44 *Vnum Statutum limitat, & declarat aliud.*
- 45 *Quando ad sunt duo Statuta inter se opposita standum est ei quod minus derogat iuri communi.*
- 46 *Quemadmodum si adest Statutum quod possit habere dupl icem sensum.*
- 47 *De iure communi Officiales non prohibentur officia hac exercere.*
- 48 *Extantibus duobus Statutis contrarijs standū magis equo.*
- 49 *Sunt duo Statuta contraria, unum prohibituum, aliud permis sium standum est permis sio.*
- 50 *Consensus Regius ponitur prius in Capitulis Curiæ quam in Constitutionibus.*
- 51 *Explicatur dictum cap. 36. Ordinamenti an. 1599.*
- 52 *Vtima Leges Codicis Iustiniani seruanda.*
- 53 *Statutorum sub una, & eadem compilatione non potest allegari prioritas.*
- 54 *Statuentes nolunt comprehendere nisi eos super quibus habent potestatem statuendi.*
- 55 *Verba Statuentium non referuntur ad personas non subjectas.*
- 56 *Statuta condere est jurisdictionis.*
- 57 *Statutum non comprehendit forenses.*
- 58 *Statutum nostrum loquitur de Officialibus Regijs intra, non extra Cathaloniam.*
- 59 *Ioannes Petrus Fontanella rejecitur.*
- 60 *Antiquitus fuit iam iste met articulus controversus.*
- 61 *Interpretatio cap. 30. Curiarum anni 1585.*
- 62 *Regium rescriptum Serenissimi Regis Philippi Secundi.*
- 63 *Respondetur argumento ex obseruancia subsequito de sumpto.*
- 64 *Obseruancia varia, & difformis non inducit stylum.*
- 65 *Nec ex ea queritur legitima quasi possessio.*
- 66 *Nec consuetudo.*
- 67 *In domo Deputationis est varia hec obseruancia.*
- 68 *Vnicus actus contrarius interrumpit consuetudinem.*
- 69 *Ioan. Paulus Xammar affirmat hanc obseruaniam monstrua parere.*
- 70 *Con-*

- 70 Consuetudo non dicitur si non est introducta in contradi-
ctorio iudicio.
- 71 Iudicia illa Deputatorū inaudito Regio fisco erant nulla.
- 72 Maxime si erant absentes hi Officiales Regij, qui inhabi-
litabantur ad sortem.
- 73 Absens præsumitur quod ignorat ea que cōtra ipsū fiunt.
- 74 Non possunt vocari negligentes.
- 75 Absentia dicitur iusta si sint occupati in Regio seruitio.
- 76 Quo casu habent in integrum restitutionem.
- 77 Neque attendit præscriptio.
- 78 Consuetudo qua tendit ad tollenda priuilegia, vel preemi-
nentias non attendit.
- 79 Ultimus obseruantia status est attendendus.
- 80 Ultima obseruātia tollit primam interueniente equitate.
- 81 Articulus noster iam fuit disputatus an. 1662.
- 82 Regia rescripta referuntur ad litteram.
- 83 Dominus noster Rex referuauit sibi insaculationem De-
putatorum.
- 84 Verba formalia reservationis referuntur.
- 85 Eadem reservatio fuit in Domo Ciuitatis Barcinona.
- 86 Reservatio bac plures effectus produxit.
- 87 Primus quando declaratum fuit super dubio Episcops
Vicen.
- 88 Secundus circa subsidia locorum.
- 89 Tertius circa numerum Nobilium.
- 90 Quartus circa milites armata militia.
- 91 Quintus circa tempus renunciationis officiorum.
- 92 Sextus circa idem tempus in alio casu.
- 93 Septimus circa conclusionem babilizationis.
- 94 Octauus circa exceptionem quod aliquis esset Castellar
nus cuiusdam castelli.
- 95 Nonus circa formationem Bursarum Officiorum Visita-
dorum Deputatorum.
- 96 Decisio Supremi Consilij Regnorū Corona Aragonum.
- 97 Rescriptum Regium directum Proregi.
- 98 Rescriptum directum Deputatis.

- 99 *Rescriptum directum Aduocato Fiscali Patrimoniali.*
 100 *Prorex contradicit, & viriliter se opponit.*
 101 *Extrahuntur Habilitatores qui de hac re cognoscunt una cum Deputatis.*
 102 *Decisio Habilitatorum, & Deputatorum in fauorem Authoris.*
 103 *Nominantur qui fuerint ut immortalitati remaneant.*
 104 *Secundum rescriptum directum Proregi.*
 105 *Aliud Deputatis.*
 106 *Sed Prorex semper in sua pertinacia perseverans.*
 107 *Auctor nullam quarimoniam aduersus Proregem proposuit.*
 108 *Rerum euentus infausti Proregem ad abstinentium ab officio atstringunt.*
 109 *Autor primus fuit qui hunc honorem meruit.*

1 **S**ciendum est reperiri in Cathalonia quēdam Magistratum sūmæ autoritatis, & prēminentiaꝝ quem Deputationem vulgo dicimus, † qui componitur ex certo personarum numero trium videlicet Brachiorum, quæ Vniuersitatē totius Cathaloniæ representant. Tria ista brachia (quæ apud Valentinos Estamenta vocantur) magni corporis mēbra prēcipua sunt Ecclesiasticum, Militare, & Regale. Componitur primum ex Archiepiscopo Tarragonensi, cæterisq; Episcopis Cathaloniæ, certo Canonicorum Capitulorum, seu Ecclesiarum Cathedralium numero, quibusdam Abbatibus, & Monachis Benedictinis, & Cisterciēsibus, & Æquitibus Hierosolymitanis. Alterum vero, militare scilicet, ex Magnatibus, Nobilibus, Æquestris ordinis viris, & Baronibus. Ultinum constituunt Sindici Ciuitatum, & Villarum, quod Regale appellatur, quia nempe Ciuitates, & Villæ Regiae illæ scilicet quæ in Damanio, vt apud Italos dicitur, siue inmediate sub Regia iurisdictione sunt, illud componunt.
 2 † Ex hisce personarum generibus efformataꝝ sunt quædam Vrnæ, siue Bursæ, vt vulgus eas nominat, in quibus illorum tesseræ intercluduntur, qui ad hoc Deputatorum officium extrahi

extrahi possunt. Tres itaque Bursæ sunt † Ecclesiasticorum.
 vna e qua vnoquoq; triēnio vnus ex plurimis nominibus il-
 lorum quorum supra meminimus in Vrnam , siue Bursam
 coniectis, extrahitur, & iste Deputatus Ecclesiasticus voca-
 tur qui Magistratui ratione dignioris status, præst. † Bursa
 altera Militarium dicitur, hoc est Magnatum,Nobilium,&
 æquestris Ordinis ad certum numerum attingētum, e qui-
 bus singulis triennijs vnus sorti committitur , cui sors obti-
 gerit Deputatus militaris appellatur . † Tertia bursa Rega-
 lium est, quæ componitur ex certo numero Ciuium hono-
 ratorum (sic vocantur) tam Ciuitatum,quam Villarum Re-
 giæ iurisdictionis, & eis vnus sorti committitur , qui Rega-
 lis Deputatus appellatur . Hi Deputati integrum Cathalo-
 niæ Vniuersitatem in aliquibus repræsentant , † de quorum
 origine,& repræsentatione laxiori calamo scripsit Don Phi-
 lippus Viñes Cathaloniæ nostræ decus,& ornamentum,qui
 meritis attollentibus e Senatorio munere ad Regētem Re-
 giam Cancellariam in Supremo Regnorum Coronæ Ata-
 gnum Cōsilio euectus est, *in celebri opusculo* quod incipit
Cessò la Monarquia delos Godos in lucem edito an. 1632.
 plura adnectunt Gabriel Berart *in Speculo Visitationis cap.*
24. Fontanella decis. 245. cum seq.

In hisce Bursis annis singulis in locum demortuorum
 solebant Deputati ex concessione Regia alios nominare ,
 sed post felicissimam reductionem illius Prouincie ad debi-
 tum Domini nostri Regis obsequium, fuit nominatio illa
 Regiæ Maiestati reseruata, reliquis conditionibus in suo ro-
 bore permanentibus , præcedente propositione ipsorum De-
 putatorum. † Cumq; in eo Magistratu minus decorum fue-
 rit beneficio sortis in Deputatum quemquam adscisci, & il-
 lud non exercere officium , ideo nunquam permisum fuit
 exceptionem in extractum opponere , † sed singulis trien-
 nijs sextiduo ante diem 22. Iulij (quæ dicata est Diuæ Mag-
 dalenæ turelari ad hāc extractionem) erigitur Magistratus,
 iuxta dispositionem Capituli 25. noui Ordinamenti anni
 1599. ex nouem viris compositus, tribus videlicet pro quo-

libet brachio, qui vna cum ipsis Deputatis super omnibus exceptionibus quæ opponuntur à Fisco illius Magistratus (ex cōcessione enim Regia fruitur hæc prærogatiua habendi Fiscum) ius dicunt hoc modo. Leguntur coram ipsis nomina eorū qui in dictis Bursis reperiuntur inclusi, & super exceptionibus contra eos propositis dicunt procedere, vel non procedere. Si declarant procedere notatur in margine nominis illius cum his verbis: *Nō potest quia est debitor Domus Deputationis si hæc est exceptio.* Vel *Non potest quia non vacauit per tempus,* quando videlicet exceptio est quia iam fuit Deputatus, & non vacauit per tempus stabilitum. Vel *Non potest quia est Regius Officialis:* ex Statuto enim prohibentur Regij Officiales posse cōcurrere ad hanc sortem. Vel *Nō potest quia laborat infirmitate, quæ officij exercitium impedit,* vel aliam similem causā proponendo. Hac nota facta in margine nominum impeditorum, quando venit dies extractionis nō committuntur sorti, seu nō ponuntur in Vrna nomina, vel tesserae illorum quibus decreta fuit per Habilitatores, & Deputatos exceptio per illa verba *Nō potest.* † Dubitatum igitur fuit in Magistratu illo Habilitatorum, & Deputatorum vtrum mihi qui eram insaculatus in Bursa Deputati, quem vt dixi militarem vocant, deberet poni notula, seu exceptio. *Non potest quia est Regius officialis cum sit Regens in Supremo Consilio Regnorum Corona Aragonum.* Pro parte Fisci Domus Deputationis adducebantur sequentia.

12 Primo littera Cap. Curiarum, quas appellant Sāctę Annę quia fuerunt celebratæ per Sereniss. Regem Ferdinandum an. 1493. in Ecclesia ei dicata quæ traducta sonat prout sequitur. *Eis forsä eueniat quod aliqua persona ex insaculatis eotēpore effet officialis Regius nō possit concurrere in electione futura, et si inaduertenter sortitus fuerit non possit esse, imo aliis si mox extrahendus qui non sit similis conditionis.*

13 Secūdo obijciebatur Cap. 10. Curiarum anni 1520. quod latinè traductum sic se habet. *Et volens Curia generalis in posterū corrigere, et declarare capitulum extractionis quod*

pro-

prohibet Officialibus Regij possē concurrere, ordinat quod si contingat aliquem ex Deputatis obtinere aliquod officium Regium, quod ipso facto vacet officium Deputati, & consti-
to quod ille munus Regiu acceptauerit, debeat procedi absq;
aliqua dilatione ad extractionem alterius Deputati.

Tertio vrgebat magis Cap. 36. noui Ordinamenti anno 1599. cuius verba latino sermone donata sunt prout sequitur: *Ad evitandas fraudes quas officiales Regij, & Sancti Officij Inquisitionis fidei insaculati in Domo Deputationis singulis triennijs committunt renunciationibus fictis officiorum regiorum qua possident, & post factam extractionem iterum redeunt ad exercitium illorum. Idcirco ordinat presens Curia quod dicti officiales regij tam cum iurisdictione, quam sine ea, & etiam officiales Sancti Officij Inquisitionis, non pos-
sint obtinere officium aliquod in Domo Deputationis, neque concurrere in officio Deputati, nisi sex mensibus ante dictam extractionem, verè & non fictè renuntiauerint dictum offi-
cium, & non possint habilitari ad fortē extractionis, quin prius medio publico instrumento constare fecerint de dicta re-
nunciatione facta ante sex menses. Quod si voluerint iterum exercere officia renuntiata debeant habere privilegium sub-
scriptum per Suam Maiestatem, nec sufficiat illud habere à Prorege, debeaque registrari in Domo Deputationis, & non seruata dicta forma non possint dicti officiales habilitari, & casu quo sortiti sint nō seruata dicta forma talis extractio sit ipso facto nulla, & statim fiat alia. Et quia in prima extra-
ctione qua est facienda proximo mense Iulij huius anni 1599.
non potest habere locum predicta prohibitio ob defectum tem-
poris, idcirco ordinat sufficere quod dicta renunciatio fiat de-
cem diebus ante proximam extractionem, declarando quod si officium est annuale, biennale, vel triennale, & eueniat fini-
ri uno, vel aliquibus diebus ante extractionem, quod tali ca-
su non sit necessaria renunciatio, nec ei debet obstat officium illud, in reliquis vero obseruari dispositum in hoc Capitulo.*
Placet Suæ Maiestati. Couarruias Vicecancellarius.

Quarto allegabatur diuersa exemplaria Habilitationū in 15
qui-

- quibus legebantur inhabilitati Oratores Domini nostri Regis in Curia Romana, & in Germania, Consiliarij Indiarum, & Regiarum Audientiarū Sardiniæ, Maioricarum, Granatæ, Proreges etiam Aragoniæ, Valentia, Sardiniæ, Gubernatores Belgij, & Praefecti Domui Regiæ, & quod magis erat reperiebantur inhabilitati Vicecancellarij, & Regentes nostri Consilij Supremi Aragonum. † Obseruantia autem subsequuta est vera interpres Statutorum Mascard. *de generali Statu.inter.conclus. 2. nū. 139.* Gratia. *discip. foren. cap. 846.*
- 16 *nū. 16.* Valēzuela *conf. 115. nū. 25.* † & idcirco vocant hanc interpretationem exclusiūam cuiuscunque alterius etiam si sit ipsius Principis promulgantis latè Solorzanus *de India. gubern. lib. 2. cap. 21. nū. 23.* & 24. & latius *tit. 1. de Indiar. iur. lib. 2. cap. 24. nū. 82.* † At his omnibus nō refragantibus firmiter sustinemus Regentes Supremi Aragonum Consilij pro Cathalonia debere habilitari ad officia Deputatorum, Constitutionibus, & Capitulis Curiæ nostri Principatus non obstantibus.
- 17 Primo quia licet Constitutiones, & Capitula Curiæ Cathaloniæ possint appellari ius commune, quod ad Principatum, seu Regnum, tamen negari non potest esse ius municipale, habereq; naturam Statutorum, & sic interpretandas esse ad litteram, in terminis Cancer. *var. resolu. par. 2. cap. 1. nū. 1. 2.* & 3. Xammar *de offi. iudi. par. 1. quest. 11. num. 231.* Fontanel. *de pactis nuptia. tom. 2. claus. 7. glos. 3. par. 7. nū. 21.* Michael Ferrer 3. *par. obser. cap. 7. nū. 4.* Oliba *de actioni. in S. sunt præterea n. 22. lib. 3. par. 1.* Ioseph Ramonius *conf. 90. nū. 4.* Gratia. *discip. foren. 685. nū. 14. lib. 4.* & ex l. *constitutionibus 24. D. ad municip. probat Giurba obserua. 70. nū. 4.*
- 18 † maxime cum de personarum exclusione agitur Thesaur. *decis. 37. nū. 1.* Castillo *lib. 2. contro. cap. 20. nū. 11.* † Idcirco verbum *officialis*, & quoties inuenitur in Statuto debet intelligi de illo qui propriè talis est, idest de eo qui habet iurisdictionem contentiosam Andreas de Isernia *tit. Quæ sint Regalia ver. ad Iustitiam expediendam.* Ioa. Anto. Lanarius *conf. 22. nū. 9.* & *conf. 43. nū. 15.* Cutellus in *Cod. legum Siculorum*

lorum ad leges Martini cap. 4. nu. 7. fol. 383. Patian. de probatio. lib. 2. cap. 27. nu. 38. Fontanel. decis. 589. nu. 3. 10. 2. Ramon. conf. 35. Barbosa de appella. verb. appell. 175. nu. 4. Mastrillo ad Induli generale cap. 40. num. 6. Octauia. Cachera. decis. Pedamon. 144. nu. 13. Giurba conf. 96. à nn. 1. usque ad 18. Vincent. de Franchis decis. 497. nu. 5. Aponte conf. 49. Bonacosa in quæstio. crimi. ver. officium Sanfelicius decis. 61. nu. 6. † Sic videmus leges prohibentes officialibus ne emere, vel vendere possint, non comprehendere eos qui non habent iurisdictionem Hermosilla 10. 2. fol. 48. Peregr. de iur. fff. lib. 4. tit. 7. n. 14. & hoc significavit Rutgerus Rulant de Commissarijs, & commis. par. 1. lib. 3. cap. 1. nu. 5. dum dixit verbum officium verificari in iurisdictionalibus.

22

¶

23

Hanc interpretationem recipit Priuilegium Serenissimi Ferdinandi Secundi concessum Ciuitati Barcinonæ (quod communiter appellant Priuilegium regiminis illius Ciuitatis) die 13. Octobris 1498. prohibetur enim expressè in illo Officialibus regijs, ut non possint officia illius Ciuitatis sortiri, & quamvis pro parte Ciuitatis contendebatur prohibitionem in dicto Priuilegio contentam comprehendere etiam Officiales non habentes iurisdictionem: tamen Regia Audientia Cathaloniæ referente doctissimo Don Ludo uico à Peguera declarauit die 7. Octobris 1593. solum intelligi debere de officialibus habentibus iurisdictionem, ut refert Ioa. Paulus Xammar in *Civili doctrina Ciuitatis Barcinonæ* §. 22. nu. 43. Sic etiam die 7. Nouembris 1596. referente Regio Senatore Francisco Bonet fuit declaratum in eadem Regia Audientia Ioachimum Setanti, qui erat Locumtenens Castellani Castri de Bellaguarda, esse habilem ad Consulatum Logiæ Maris dictæ Ciuitatis, quia non constabat habere iurisdictionem saltem quæ haberetur in consideratione.

Regentes Consilij Supremi Aragoniæ, qui resident in Curia Matriti pro parte Cathaloniæ nullā in ea iurisdictionem contentiosam exercent: † omnes siquidem lites terminantur intra Cathaloniam, etenim nec in gradu suppli- 24
cationis 25

- cationis, appellationis, vel recursus, & quod magis est, nec per litteras causa videndi, & recognoscendi extrahuntur causæ, seu lites ab illa Prouincia, sunt iura nota in *Constit. Todas las causas, in Constit. los Officials, in Constit. Clarificant tit. de iuris dic. om. iudi.* Mieres in colla. 2. *Curia Barcinona Petri Secundi cap. 14.* Anto. Oliban. de *iur. fisci cap. 4.* nu. 24. Fontanel. de *pac. nupti. clau. 4. glof. 11. nu. 60.* Calixtus Ramirez de *lege Regia* §. 10. nu. 15. & ferè omnes Practici Cathalani. † Etsi rem hanc ab origine repetimus, inueniemus esse tam antiquam, vt iam in Priuilegio per Carolum Galuum Cathalanic concessso anno 844. legatur hæc prærogatiua, continetur in hoc Priuilegio extensio aliorum iam per Carolum Magnum, & Ludouicū Pium eisdem Cathalanic concessorum, † quidquid latret Don Iosephus Pellierius Regius Historiographus de omni sciētiarum eruditione optime meritus, qui inaniter persuadere conatur prædicta Priuilegia fuisse apocrypha negādo vetustati verba quæ quo illi propria fuisse ex alijs scripturis, & instrumētis eiusdem temporis dignoscitur. † Verba Priuilegij ad litteram tradit ex Archiuio Barcinonensis Ecclesiæ Diago in *Histor. Comit. Barci. lib. 2. cap. 4.* & ex Archiuio Narbonensis Ecclesiæ quamplurimi Autores exteris. Quæ autem ad institutum nostrum conferunt sunt sequentia. *Nec ipsi, nec eorum homines à quolibet Comite, aut Ministro iudicaria potestatis ullo modo iudicentur, aut disstringuantur, sed liceat ipsis secundum propriam legem omnia mutuo definire.* Sed de his forsitan alibi.
- 29 Ex hoc principio quod Regētes Cathalani Supremi Cōsilij nō habeant iurisdictionem in Cathalonia, euenit quod cum in Curijs Generalibus anni 1585. Dominus Rex Philippus Secundus cōmisisset nobili Michaeli Terzà Regenti in Supremo Cōsilio pro Cathalonia receptionem iuramenti, & homagij quod Habilitatores per Curiā nominati debebant præstare, tria brachia disētiendo à dicta nominatione, seu commissione exposuerunt Suæ Maiestati nō licere præfato Regenti commissionem illam exercere quia non erat

erat officialis Cathaloniæ, nec in ea iurisdictionem aliquam habebat, quæ supplicatio visa fuit rationi consona, & hac de causa Dominus Rex nominauit Don Michaelem Cordelles, qui tunc erat Regens in Regia Audientia Cathaloniæ, ut hæc omnia testantur Michael Zarouira *in Ceremoniali Curiarū eiusdē anni 1585. fol. 6.8.5 9.* & Don Ludo-
uicus à Peguera *in Practica celebrādi Curias cap. 15. nū. 7.*
† Neque his obstat si diceretur posse euenire casum in quo Regentes Cathalani Supremi Cōsilij Aragonum exercent iurisdictionem in Cathalonia, videlicet quando Regia Maiestas euocat ad se, & ad suum Supremum Consilium causā delicti alicuius ex suis Ministris, vel Officialibus iuxta *Constit. 14.5 Constit. 19. tit. de Iurisd. omni. iudi.*

30

Quia respondetur dictas Cōstitutiones videri reuocatas per *cap. 5. Curiarum anni 1599.* quo prouisum satis extitit Sindicatui omnium Senatorum, ac Officialium illius Principatus, & nominat Sua Maiestas singulis sexennijs in Sindicatorem Generalem vnum ex Regentibus Supremi Cōsilij, qui Cathalanus non sit, & quamuis huiusmodi causæ in gradu appellationis possint, & debeant in dicto Supremo Consilio introduci, tamen Regentes Cathalani habent expressā prohibitionem vouendi in eis iuxta disposita *in cap. 5. supra adducto.*

31

Quisnam enim actus magis proprius iurisdictionis contentioſæ considerari potest, quam actus vouendi in aliqua lite? † Vnde periculosa dici possent iudicia nostri Supremi Consilio in quibus Adiuncti aliorum Cōsiliorum vocantur præcipuè in causis Regni Valentiæ (maximè in illis in quibus numerus Adiunctorum præualet, ut in quadam lite in qua solus ego interueniebam ex nostro Consilio) cum Adiuncti nec Regnicolæ, nec de Consilio Supremo Aragonū sint, nec esse possint. Sed prorogatione tacita litigantium, hæc conualidari posse existimarem licet semper obstant tradita à Carleual *de iudi. par. 1. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quest. 8. sect. 3. nū. 1127.*

32

Vel ut ad institutum redeamus, potest dici *Constitutio-*
bb
nem

nem Clarificant, quatenus excipit causas Officialium Suæ Maiestatis, Deputatorum, & Consiliariorum, &c. esse intellegendam iuxta *Constit.* Per prouehir 19. eius tit. quæ declarat loqui solummodo de causis in quibus cōtrouersia est ad quem pertineant huiusmodi officia, quæ declarationes iurisdictioni voluntariæ, & non contentiosæ attribui debent, vel tandem dici potest cum sit inter Regios Officiales non esse verum exercere iurisdictionem respectu Cathalanorū, spoliant enim se suis Priuilegijs quodammodo Cathalani dum honorem recipiunt ut inter domesticos, & officiales Regiæ Domus numerentur.

34

Posito igitur Cathalanos Regentes in Cōsilio Supremo Aragonum residentes nullam exercere iurisdictionem in Cathalonia, hoc validum conficitur argumentum. Negari non potest per Suam Maiestatem incēptas fuisse Curias an. 1626. postque fuisse continuatas an. 1632. (licet finitæ nec conclusæ ob nostram infelicitatem non fuerint) Reperiēbatur in Brachio militari (quod Nobilium, & equestris Ordinis virorum esse diximus) habilitatus, siue admissus Don Martinuš de Alagon Comes de Saſtago Aragoniēsis vti dominus loci de Castissent siti in Cathaloniā in Vicaria Pallariensi, oppositum fuit illi esse Capitaneum, seu Ducem militum Germanorum custodiæ Suæ Maiestatis, reque in Curia ventillata, & discussa coram Iuncta quam Habilitatorū, seu Admittendorum vocant, fuit die 2. Maij 1632. declaratum nō obstare prædictam exceptionem, eo quia nullam habebat iurisdictionem in Cathalonia. Verba quæ leguntur in Actis Curiæ in processu Curiarum anni 1626. & 1632. die 2. Maij 1632. fol. 223. in Habilitationibus Brachij militaris sunt sequentia. *Et primo quo ad personam Illustris Don Martini de Alagon Comitis de Saſtago, Marchionis de Calanda in Regno Aragonum cuius esse dicitur locus de Castissent in Vicaria Pallariensi situs qui tanquā Baro fuit iam admissus celebrationi presentiū Curiarū in anno 1626. fuit deliberatum, quod non obstante exceptione contra eum, opposita de Officio Capitanei militum Germanorū custodiæ Sua*

Sua Maiestatis, attempo qui a nullam habet, nec exercet iurisdictionē in dictis Principatu, & Comitatibus admittatur.

De vi huius decisionis nequit dubitari, cum apud Nos Iudicia Curiæ (qualis hæc decisio est) tantæ sint autoritatis, ut etiam criminaliter per capturam personæ, & bonorum contra inobedientes possit procedi. ¶ Referam, ut singulare verba nostri Usatrici incipientis *Judicium in Curia datum*. Dixi singularia, quia fuit hæc lex nostra lata in primis Curijs, quas Comes noster Barcinonensis Raymundus Berengarius huius nominis primus celebравit Cathalanis sexcentum ab hinc annis. Eius verba sunt. *Judicium in Curia vel à Judice de Curia electo ab omnibus sit acceptū, & omni tempore sequutū, & nullus aliquo ingenio, vel arte ausus fuerit recusare. Quod si fecerit, vel facere voluerit persona sua cum omnibus quæ videtur habererentur in manu Principis ad suam voluntatem faciendam, quia qui iudicium Curia recusat Curiam falsat, & qui Curiam falsat, Principem damnat, & qui Principem vult damnare punitus, & damnatus sit in omni tempore, ipse, & eius etia sua progenies, quia demens est, & sine sensu qui sapientia, & scientia Curia vult resistere, vel contrastare in qua sunt Principes, Episcopi, vel Abbates, Comites, & Vicecomites, & Valesores, Philosophi, & Sapientes, atque Iudices. Videndi tractantes de hac re post antiquos Usaticorum nostrorum Glossatores Don Ludoicus à Peguera in praxi crim. cap. 17. & ibi Dō Acacius de Ripol in additio. idem Peguera decis. 7 1. tom. 1. idem Ripol in nostris terminis de regalijs cap. 36. nu. 27. Fontanella de pact. nuptia. tom. 1. claus. 4. glos. 16. nu. 90. Regens Don. Philippus Vinyes in celebri illo tractatu Curiarum (vtinam pro bono totius nostri Regni finitus fuisset) discursu 2. de las Cortes Generales nu. 46. & nostri Usatrici verba refert Excellentissimus noster Vicecācellarius Don Christophorus Crespi obser. 1. nu. 195.*

Ex his fit satis Capitulis Curiarum Sanctæ Annæ, & 1. Curiarum anni 1520. supra relatis. Superest respondere cap. 36. noui Ordinamenti Curiarum anni 1599. quo caue-

tur, ut omnes Officiales Regij tam cum iurisdictione, quam sine ea sint inhabiles ad huiusmodi officia: sed facilis est responsio alio Capitulo magis aperto cōtrarium disponente.

38 † Hinc Statutum, et si omnes excludat exceptiones, nō videtur eam excludere, quae ab alio Statuto prouenit Marius Giurba obser. 16.nu. 10. Est Caput 54. earundem Curiarum anni 1599. cuius verba sunt: *Hec statuta ex parte curiarum deprecamur quatenus dignetur eadom Curia et approbatione stabilire, et ordinare ut Officiales Regij Maiestatis postea non possint concurrenre in officijs Depulatiorum, nec alijs Domus Depulatioris, neque assisterē ayanientis, qua ibi fiunt, neque ire ut Oratores novine Depulatiorū quin prius renunciantur in sex mensibus ante officium, declarato hoc Cōstitutione quod nomine Officialium Regionum intelligatur tam illi, qui habent iurisdictionem, quam illi qui eam non habent absque eo quod in hac re possint fieri aliquā interpretatio, et quod hoc intelligatur non solum in Domo Depulatioris, verum et in Ciuitatibus, Villis, et locis, ita ramen*

ut presens Constitutio non habeat locum in proxima extractione Depulatiorum, et quod officiales triennales, biennales, et annuales quorum officia finient antea extractionem, non comprehendantur in hac prohibitione. Placent Sue Majestati contenta in presenti Constitutione quo ad Officiales tantum qui habent iurisdictionem. Corarruiap Vicecancellarios.

40 Subsistamus parumper, verbaque textos expendamus. Petitum fuit Domino Regi ut comprehenderet Officiales tam habentes, quam non habentes iurisdictionem. Antiquit Sua Majestas quo ad Officiales habentes iurisdictionem, vnde quo ad alios scilicet, qui non habent, visus est dengalle ex doctrina Bartoli in l. et si sine 7. §. sed quod Papiniannus nu. 1. D. de minor cap. non ne de prefump. l. cum Prator 12. D. de iudi. l. Tribunus 20. §. fn. vbi Bald. et Cum. D. de testa. mili. Curtius Seni. cons. 42. nu. 27. Beccius cons. 55. nu. 11. Roland. cons. 61. n. 11. vol. 3. † Statutum enim ultra personas in eo expressas nō extenditur Thesaur. dec. 263. n. 70.

Tota

Dissertatio Quinta §.II.

195

Tota igitur difficultas sicut cui ex duobus Capitibus sit standum, cum certum sit ambo eadem die nempe 8. Julij 1599. facte declarata. Scio rem hanc non semel agitaram, semperque Regios Ministros tenuisse standum esse dicto cap. 54. Quodque tuus ab Antecessoribus auditimus, varijs nouisque nunc oonabimur adstruere fundamentis.

Secundum primum. In cap. 54. petitum fuit expresse, & principaliter ut declararetur Officiales Regios no[n] admitti ad humanitati officia, & quod eorum nomine comprehendenterentur tam qui habent, quam qui non habent iurisdictionem. At in cap. 36. non principaliter hoc petebatur, sed agebatur dum taxat dare renuntiationibus fictis, & fraudibus quae in hac re quotidie experiebantur. † At quando vnum Statutum est specialius altero, quis neget specialius attendi? ita Bald. in *l. exequitionem m. 24. vers. pone duo sunt C. de executi. rei iadi.* Mascar. *de generali Statuto.inter. conclus. 8. nu. 22.* Et ex *l. fin. C. de testam.* & ex Baldo, Socino, Menochio, & alijs tradit Seraphi. *decis. 243. nu. 3.* † Quinimo vnum Statutum limitat, & declarat aliud, et si sanctum sit vt ad litteram sint intelligenda Osascus. *decis. 167. n. 18.* Carpa. *ad Statu. Mediola. cap. 174. nu. 89.* idem Mascar. *conclus. 2. nu. 122.*

Secundum sit fundamēntum: Etiamsi fateremur ambo Statuta inter se aduersari absque eo quod de posterioritate alterius constare posset, adhuc hoc in casu iura, & Doctores stant pro nostra sententia: † explorati siquidem iuris est quando extant duo Statuta inter se opposita standū ei quod minus iuri cōmuni derogat Osascus *decis. 167. nu. 16.* Bald. *conf. 223. nu. 4. lib. 1.* Crot. *conf. 50. nu. 21.* Cephal. *conf. 601. nu. 36. lib. 4.* Mascar. *de generali Statuto.inter. conclus. 8. nu. 26.* † quemadmodum cum adest Statutum quod potest habere duplicem sensum, ille sensus recipiendus est qui magis conformis est iuri communi glos. in *cap. statutū 4. vers. numerandum post princi. vers. item per hanc de praben. in 6.* Anchar. *conf. 91. nu. 1.* Gratia. *discept. foren. 576. num. 11.* Et *discep. 546. nu. 13.* Marius Muta. *ad Consuet. Panor. cap. 49. nu. 11.* † De iure autem communi Regij Officiales no[n] prohiben-

42

43

44

45

46

47

hibentur hæc exercere officia tex. in l. r. ibi etiam hi qui nostra procurasse monstrantur, muneribus ciuitibus fungi debent, vbi Amaya C. de excusat. mune. lib. r. o. Ioan. de Platea, & alij repetentes in dicto tex. alias enim si secundum ius commune non liceret, non erat necessaria prohibitio, unde Statutum hoc disponens, scilicet cap. 54. minus se opponit iuri communi, quam cap. 36. imo illud est conforme, hoc se opponit.

48 Sit tertium fūdamentum: † Quando in eodem Volumine duo reperiuntur Statuta contraria standum ei quod magis est conforme iustitiae, & æquitati Alexani conf. 58. nu. 5. lib. 4. Cephal. Decius, & alij laudati per Masecardum de Statuto. inter. conclus. 8. à nu. 14. ex pluribus Mutu ad Consuetud. Panor. cap. 18. nu. 36: imo Marsilius in l. 1. §. si ferat nu. 29. D. de quaestio. dicit quod Iudex non debet attendere prioritatem, vel posterioritatem in Statutis, vbi equius, & iustius inter illa apparet. Inficiari autem nequit iustius, & equius esse, quod hæc publica munera subeant, ij. de quibus Aurelius Iuris Consultus dixit, credere Principem eos qui ob singularem industriam explorata eorum fide, & granitatem ad huius officij magnitudinem adhiberentur, non aliter indicatores esse proficiencia, ac luce dignitatis sua quam ipse foret indicatus. Verba sunt tex. in l. r. D. de offi. Præsec. Pret. & facit alijs tex. in §. eos colla. 2. in Authen. Vi Iudices sine quo suffra. ibi: *Qui enim non diligat eum, & honestate completi magna poterit si nostro decreto, iudicioq; tui culminis ad cingulum veniat, testimoniu quidem habens quod sit optimus.*

49 Sit quartum fūdamentū. Quoties duo Statuta sunt inter se aduersa, quorū prohibitiū est alterū, alterū permisiviū, standum est permittenti, nō prohibenti Bald. conf. 258. viso processu in fine lib. 4. Tuschus concl. 494. nu. 65. litt. S.

50 Quintum sit fūdamentum: † Stylus Curiæ Generalis sic quod prius assensus, seu consensus Regius ponatur Capitulis Curiæ, quam Constitutionibus, & litteram Constitutiones, quam Capitula Curiæ eodē die quo celebratur (apud nos dicitur Solium) seu vltimus dies Curiarum, robur accipient,

piant, vt notauit Peguera *in praxi celebrādi Curiās 1. parte cap. 35.* & Hieronymus Blancas, & Hieronymus Martel *in tracta de modo celebrandi Curiās*, ille *cap. 17.* iste vero *cap. 78.* tamen si reperitur Capitulum Constitutioni cōtrarium, Constitutioni vti posteriori, & nō Capitulo standum erit. † Quare dispositio *cap. 36.* noui Ordinamenti censetur derogata per *Constitutionem 54.* quæ licet inter Capitula Curiæ, & non inter Constitutiones sit collocata, tamen Cōstitutio est appellanda, vt ex ipsorum structura verborum liquet, ibi: *Non habeat locum præsens Constitutio*, & ibi: *declarando præsentem Constitutionem*, & ibi: *contenta in præsenti Constitutione*. † Quo pertinet quod de Codice Iustinianeo refertur vltimas nempe leges si cōtrariæ inter se reperiuntur seruandas esse, quia vno, & eodem tempore fuit cōfirmatus, vt tradunt Barto. *in l. omnes populi n. 35. D. de iust. E. iur. Cacialup. & Ruin. ibidem Cynus in l. 2. C. de testam. tute. Mascar. de Statuto. interp. conclus. 8. nu. 6.* † licet communiter dicatur quod quādo Statuta sunt sub vna, & eadem compilatione, nō potest apparere quodnam ex his sit prius conditum, vt ex Franchis *in cap. 1. nu. 8. de iur. iuran. tenet Seraphin. decif. 326. nu. 5.*

Sed vt ad principale institutum redeamus, cōfert ad stabiliendam nostram sententiam hoc argumētum. † Certum est in materia Statutorum Statuentes noluisse comprehendere nisi eos super quibus potestatem statuendi habent Antonius Butrio *in cap. cum Ecclesia circa finem de Constitut. E. conf. 40. in princ. Alexan. conf. 33. nu. 16. volu. 5.* Bald. *in l. fin. S. in computatione in fine C. de iur. delib.* idem Mascar. *de Statuto. interpre. conclus. 2. nu. 261.* † & hoc est quod communiter dicitur verba Statuentium nō referri ad personas sibi non subiectas §. *sciendum*, ibi: *omnibus subiectis Imperio nostro I. de hered. quali. E. differ. l. 1. C. de summa Trinit. E. fide Catho. Gratia. discip. foren. cap. 709. num. 22.* Andreas Knichen *de Saxo. non prouoc. iur. ver. ius cap. 2. nu. 75.* E. *in Encyclopedia cap. 16. nu. 41.* † cum enim Statuta condere sit iurisdictionis, conditum circa personam quæ non est iurisdi-

- risdictionis Statuentium, est nullum Puteus *decis. 191. n. 1.*
57 lib. 2. † Et Statutum habilitans personam ad aliquem actum non comprehendit forenses, quia non potest personam nō subditam habilem, vel inhabilem reddere Tuschus *conclu. 565. & conclu. 544. & 545. litt. S.* vbi ait Statutum non posse extendi ad non subiectos Statuentibus. Negari autem non potest iurisdictionem Domini nostri Regis vna cum Curia Generali Cathaloniæ procedentis limitari, & contineri intra terminos Principatus, & Comitatum. † Vnde colligi potest Capitula hęc solum loqui de Officialibus Regijs Cathaloniæ, non autem eorum qui sunt extra Cathaloniam, quales sunt Regentes Cathalani in Supremo Aragonum Consilio, & quod *dictum cap. 36.* solum verba faciat de Officialibus Regijs intra Cathaloniam existentibus, probant euidenter eius verba: nam cum loquatur de renunciationibus faciendis per Regios officiales suorum officiorum dicit quod si postquam hęc fuerint factę voluerint ad officia regredi indigeant Regio Priuilegio, & non sufficiat illud obtinere à Locumtenente Generali, ex quo apparet loqui de Officialibus intra Cathaloniam existentibus, extra enim eam degétabus nequit Locumtenens Generalis Priuilegia cōcedere. Additur etiani quod *in dicto cap. 36.* dicitur, quia ille annus 1599. erat extractionis, & non erat tempus sufficiens ad renuntiandum per sex menses ante illum diem, quod pro illa vice sufficeret fieri renūciationem per decem dies prius quam fieret extractio, vnde patet loqui de Officialibus intra Cathaloniam existentibus, qui solū intra tam breuem terminum poterant renuntiare, quo fit vt etiam si dictum Capitulum non haberet aliud expressum contra se, vt probauimus, adhuc non obstaret cum non loquatur de Regentibus Supremi Consilij, vtpotè in Cathalonia non commorantibus. † Non me latet Ioannem Petrum Fontanella *decis. penul. tom. 2.* tres sensus, seu intellectus dedisse nostro textui dicti *cap. 54.* At eorum duo nostro casui non adeptantur, & primus litteræ tex. opponitur.
58 Sed vt ea quæ diximus super interpretatione *d. cap. 54.*
59 Re-

Regio rescripto remaneant roborata, scire oppotet antiquissimam esse in Domo Deputationis cōtrouersiam hanc, & semper Deputatos persistisse ut nomine Regiorum Officialium comprehendenderentur etiam iij qui iurisdictione carent. † Sicque videmus quod cum in Capit. 30. Curiarum anni 1585. prohiberetur Officialibus Regijs ut non possint esse Deputati, & Deputatis in illis Curijs fuisse concessa interpretatio quorundam Capitulorum, ipsique in vim dictæ facultatis reseruatæ declarassent comprehendendi in illa prohibitione tam habentes, quam nō habentes iurisdictionem Dominus Rex Philippus Secundus (quem primum numeramus in nostra Aragonū Corona) suo Regio rescripto Dat. in Sācto Laurentio Regali Escorialis Cenobio die 10. Iulij 1593. dictam declarationem, seu interpretationem Deputatorum reuocauit. Cumque hæc hucusque nostris in abscondito fuerint, & meo labore assiduisque vigilijs, super hac re, & alijs regijs seruitij adinuenta, liberum Regium rescriptum directum tunc Proregi hic inserere; est autem huiusmodi.

61

Don Philippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, Aragon, &c. Al Ilustre Don Bernardino de Cárdenas Duque de Maqueda, Marques de Elche Primo Lugarteniente, y Capitan General en nuestro Principado de Cataluña, y Condados de Rossellon, y Cerdaña. Habiendo con nuestra Real orden dada en Madrid à 6. de Febrero de este año 1593. mandado suspender tres Capitulos esto es el septimo, treze, y treinta, y quatro del nuevo Redreço del General del Principado de Cataluña hecho en las ultimas Cortes por Nos celebradas en la Villa de Monçon por las causas, y razones en dicha orden declarada que justamente mouieron nuestro animo, y hauiendo nos reseruado facultad de mandar mirar, y reconocer todas las interpretaciones, y enantamientos que en virtud de dichos Capitulos siete, treze, y treinta, y quatro han sido hasta oy por diferentes diez, y ochenas hechas a fin que las que se hallaren contra la mente, serie, y tenor de los dichos Capitulos, y contra nuestra intencion, y dela dicha Corte General,

62

neral, las podamos mandar reuocar, y anullar conforme de
derecho, y justicia procediere. Y como entre otras interpreta-
ciones hechas sobre la disposicion del Capit. 30. del nuevo re-
dreco hayamos hallado dos, la una declarando que las pala-
bras de aquel se entienden, y se han de entender generalmen-
te sin distincion ni limitacion, y que escluyan, y quieran que
ningun Official Real assi con iurisdicion, como sin ella, y assi
dela Capitania General, como dela Baylia, y Lugartenien-
cia General, y del Racional, Escriuanos de Mandamiento,
y de Registro, Capitanes que tienen Companya nuestra, o de
nuestro Lugarteniente General, nuestros Embajadores, y per-
sonas que tuvieren asiento, o officio en nuestra casa Real, co-
mo otros qualesquier Oficiales Reales, o del Santo Oficio, or-
dinarios, o extraordinarios en nuestro Principado de Catha-
luña, y Condados de Rossellon, y Cerdanya, o fuera de aquel
no puedan ser Deputados, ni tener Officio en la Casa dela
Deputacion. La otra declarando que ninguno que haya sido
Official Real, o del Sancto Oficio; y no haya renunciado un
año antes del dia dela extraccion de Deputados dichos Offi-
cios no pueda ser habilitado para concurrir en dichos Offi-
cios, y considerando que la misma prohibicion estaua hecha
no solo por el cap. 10. del año 1520. pero antes respeto delos
Oficiales Reales, y no obstante esto en diferentes habilitacio-
nes sin contradiction alguna han sido admitidos dichos Oficia-
les Reales precediendo renunciacion de sus Officios, aunque
no fuese hecha un año antes, no escluyendo las personas que
tienen Officios que ahora nueuamente con dichas interpreta-
ciones han escluido, que hasta entonces hauian sido habilita-
das, de donde se ve claramente hauer sido las dichas inter-
pretaciones hechas en emulacion de nuestra autoridad Real,
y de las personas que real, y actualmente se hallan siruiendo
nos, y del Santo Oficio, y contra el uso, practica, y estilo obser-
uado en la Casa dela Deputacion, el qual la larga obserua-
cia, y tacita aprobacion delas Cortes Generales, que despues
se ha celebrado, y no ha sido reuocado, ha servido de mas
verdadera interpretacion de dicho cap. del año 1520. y dela
pro-

prohibicion antigua. Y por instar la extraccion delos Deputados que se ha de hazer à veinte , y dos dias de este mes de Julio, y se aneccesario poner remedio en los abusos que por dichas interpretaciones se podrian causar si aquellas quedasen en su fuerça, y valor . Por tanto mientras mandamos reconocer las otras, cõ el tenor delas presentes de nuestro proprio motivo, y cierta sciencia deliberadamente, y consulta, usan-
do dela plenitud de nuestra poseftad Real que como a Rey, y Señor de dicho Principado tenemos, y por su Diuina Mageftad nos ha fido encomendada , y usando tambien dela reser-
ua en dicha Orden contenida. A vos nuestro Lugarteniente
General dezimos, cometemos, y mādamos que luego en nō-
bre , y persona nuestra reuoqueis sigun que Nos con las pre-
sentes reuocamos dichas dos interpretaciones arriba referi-
das sobre el dicho Capitulo 30. del nuevo redreço , y bareis
entender alos dichos Deputados , y a qualesquier otros Offi-
ciales del General de dicho Principado , o otros aquienes to-
care que dichas interpretaciones han fido, como esta dicho re-
uocadas, y anuladas, y que de ellas no usen ni en virtud de
aquellas en anten, o hagan cosa alguna, antes aquellas ten-
gan por reuocadas, cassadas, y anuladas, bajo pena de incur-
rir en nuestra ira, y indignacion, y de diez mil ducados de
oro a nuestras Arcas Reales aplicadores , y que se cobraran
delos bienes delos cōtrafactores, y bajo otras penas a nuestro
arbitrio reservadas, declarando que qualesquier actos que
en virtud de dichas interpretaciones se fizieren ser nullos,
de ninguna efficacia, fuerça, y valor . Dat. en San Lorenzo
el Real a 10. de Julio 1593. Yo el Rey. Videl Frigola Vice-
cancellarius, &c.

Supereſt ut faciamus ſatis argumēto ex obſeruantia sub-
sequuta deſumpto, cum contrarietas duorum Capitulorum
inter ſe pugnantium ex obſeruantia subsequuta omnino de-
pendeat, iuxta quam aſſeritur non modo Regios Officiales
habentes, & non habentes iurisdictionem fuſſe exclusos,
verum in noſtris terminis Regentes Cathalanoſ Supreini
Aragonum Consiliij.

63

- At his respondetur obseruātiam omnem supradicto Re-
gio rescripto destructam, & inefficacem remansisse, & ulterius etiam irrefragabili iuris principio satisfacio, † nempe ex obseruantia varia, & actibus difformibus non induci aliquem stylum, seu consuetudinem Bart. *in l. 2. in princ. D. solut matri. Rota Romana post lib. 2. Consilio. Farina. decis. 42. nu. 3. Gratia. discep. foren. cap. 752. nu. 87. tom. 4.* Valenzuela *conf. 34. nu. 167.* † & non queri ex ea legitimam quasi pos-
sessionem tradit omnium optimè Excellentissimus noster Vicecancellarius Don Christophorus Crespi obseru. 60. nu.
66 114. † Diffirmitas enim, & varietas actuum impedit ne possit induci consuetudo Bald. & Doctores *in l. 1. C. de probatio. Aymon conf. 96. nu. 5.* Ludouisius *decis. 162. num. 8.* Posthius *decis. 5. nu. 9.* & *decis. 541. nu. 14.* latè Valenzuela *conf. 178. nu. 52.* Fontanella *de pac. nup. clau. 4. glos. 18. par. 1. nu. 168.* Donat. Anto. de Marinis *lib. 1. resolu. cap. 81.* idem Vicecancellarius noster *obser. 63. nu. 36. ex l. semper 34.* ibi: *Quid ergo si neque Regionis mos appareat quia varius fuit D. de reg. iur. Barbosa plures referens ad ord. Reg. Lusita. lib. 3. tit. 64. in princ. nu. 11.* † In Domo Deputationis videmus obseruantiam in hac parte variam, permittitur enim Assessori Prætoris Barcinonæ qui Regiam iurisdictionem in ciuilibus, & criminalibus exercet, vt habilitetur ad hanc sortem Officij Deputati concurrendā, idem contingit Iudici quem (vocant obligationum guarentigarum) qui iurisdictionem ciuilem etiam per capturam personarum cum Regio Priuilegio exercet, idem obseruatur respectu Prothomedici qui à Domino Rege nominatur, & iurisdictionem in rebus ad suum officium spectantibus nō modicam exercet, idem obseruatur respectu Magistri Regiæ Sicce Monetarum qui etiā inter suos exercet iurisdictionem. Idem in Baiulo certæ gabellæ impositæ in mēsuratione tritici. † At vnico actu contrario quis neget interrumpi consuetudinem etiam si mille actibus esset corroborata Serarder *de feudis par. 10. sect. 20. nu. 157.* *in fine vers. usque adeo Ludouis. decis. 162. nu. 9.* vbi Beltrami. *nu. 15.* Alijs autem Officialibus Regijs, veluti

Dissertatio Quinta §.II. 203

veluti Aduocatis pauperum , qui nullam exercent iurisdictionem , cū eorum incumbentia solum sit pauperibus patrocinium suum imparitiri prohibetur in sortem Deputatorum cōcurrere, vnde benè hæc elicitur consequentia. Permittitur aliquibus Regijs Officialibus qui iurisdictionem exercent habilitari ad Deputatorum sortem , ergo sequuta obseruantia eos nō excludit, & hæc alia etiam depromit. Aliquibus Officialibus Regijs qui iurisdictionem nō exercent non permittitur habilitari ad Deputatorum sortem , ergo obseruantia non uniformis sed varia est. † Nihil ergo mirum quod loquendo de hac obseruantia eam monstrua parere affirmet Ioan. Paul. Xammar olim Collega noster in Senatu Cathaloniæ, de Iurisprudentia, & omni virtutū genere optimè meritus *in ciuili doctrina Ciuitatis Barcinone* §. 22. nu. 74. *in Codi.additionatis, & opera Iuris Consulti Iosephi Monras omnigena eruditione referiti in lucem editis.* † Neque consuetudo appellari potest quæ non est introducta in contradictorio iudicio iuxta tex. *in l.de consuetudine,* ibi: *Cum de consuetudine Ciuitatis, vel Prouincia confidere quis videtur, primum quidem illud explorandum arbitror an etiam contradic̄to aliquando iudicio consuetudo firmando sit D.de legibus Valenzue. conf. 34. nu. 162.* † Neque hæc agi possunt inaudito Regio Fisco cum eius plurimū intersit iuxta vulgata iura *in l. 3. §. Diinus,* ibi: *Et huiusmodi liberales causa si non interueniente Fisci Aduocato decisæ sunt in integrum restituuntur l. si Fiscus 7.* ibi: *Quare si sine Fisci Aduocato pronuntiatum sit Diinus Marcus rescripsit nihil esse actum, & ideo ex integro cognosci oportere D.de iur. fisci Peregr. de iur. fis. lib. 7. tit. 2. nu. 2. Berart in Specu. Visita. cap. 12. nu. 11. & 12. Fontanel. decif. 356. cum seq. nu. 3.* † maxime cum isti Regijs Officialies qui supponuntur inhabilitati semper fuerint absentes à Principatu , sicque debebant citari, vt possent se defendere *cap. fin. de offi. deleg. in 6. cum vulgatis Valenzuela conf. 9. nu. 46. tom. 1.* † alias præsumitur absentem ignorare quod contra ipsum gestum est Matienço *in l. 8. tit. 11. lib. 5. glof. 12. nu. 1.* & ex pluribus Valenzuela

69

70

71

72

73

zuela *conf. 33. num. 239.* Fontanella *de pac. nup. clau. 4. glos.*
 74 *12. nu. 57.* † neque isti possunt vocari negligentes Bald. *in l. si hypothecas nu. 1. C. de remis. pigno.* Valenzue. *d. conf. 33. nu. 240.* † cum sint occupati in regio seruitio, quo casu dicatur absentia iusta, † & habent restitutionem *l. verum 12. §. ex facto ibi: Vel ij qui circa Principem sunt occupati D. ex quib. cau. maio.* Valenzue. *conf. 4. nu. 102.* † quo casu non currit præscriptio Portolez *ad Molinam ver. absens num. 32.* † consuetudo autem quæ tendit ad tollenda priuilegia, vel præhementias non est attendenda Platea *in l. omnes C. de Decurio. lib. 10.* Curia Pisana *lib. 2. cap. 2. nu. 6.* Valenzuela *conf. 34. nu. 146.*

Verum, vt disputationem hanc in arctioribus terminis amplectamur, videamus quinam sit yltimus huius obseruatiæ status: † esse illum attendendum docet ex Valenzuela *conf. 78. nu. 60.* noster Vicecancellarius, & Præses Dō Christophorus Crespi *obser. 60. nu. 117.* † & vltima obseruantia tollit primam, vbi equestis adest Valenzue. *conf. 78. num. 61.* † Est certum quod anno 1662. acriter articulus hic disceptatus fuit in Cathalonia, cū enim Fiscus Domus Deputationis in extractione Deputatorū, quæ eo anno facienda erat, opposuisset Don Michaeli de Zalbà, & de Vallgornera Consiliario in Supremo nostro Aragonum Consilio (viro vndiq; conspicuo, qui regio seruitio ita insudauit, vt nemini secundus nunierari possit, post hæc ad Proregem Regni Majoricarum euecto in cuius regimine non modica suæ magnæ prudentiæ, & dexteritatis signa dedit) exceptionem quod non poterat eam fortē Deputati militaris sortiri, quia erat Consiliarius Supremi Consilij Aragonum, re in Viceregia Audientia delata (quia tūc Prouincia carebat Prorege, quo casu Gubernator Cathaloniæ, seu vt propriè loquamur, Vicegerens Generalis Gubernatoris qui erat Don Gabriel de Lupià eques ordinis, & militiæ Sācti Iacobi, e Consilio Supremo Belli vir magnis animi dotibus præditus, clauum tenet, & hac de causa Regia Audientia tunc Vice Regia appellatur, nam in Cathalonia Gubernator generalis est Princeps

ceps, seu immediatus Regni successor) disputata inquam acriter quæstione apud decem, & nouem Senatores, qui illam componunt, & sic iunctis tribus Aulis, omnes suimus voti (dempto uno qui absq; conscientiæ labo apud tot, tantosque, me dempto, de Iurisprudētia optimè meritos viros suum votum deponere poterat, imo debebat) rescribendū esse Deputatis, & Habilitatoribus quatenus permetterent dicto Don Michaeli de Zalbà concurrere in sorte Deputati quia non ei obstabant Constitutiones, nec Capitula Curiarum. Quæ decisio postea confirmata fuit per Suam Maiestatem regijs rescriptis tam dicto Vicesgerenti generalis Gubernatoris, quam Deputatis directis. † Rescriptum directū Gerenti vices Generalis Gubernatoris fuit tenoris sequentis. *El Rey. Noble Magnifico, y Amado Consejero. Los Deputados de este Principado en carta de 22. de Julio passado me dan cuenta dela excepcion que se opuso a Don Miguel Zalbà de Vallgornera de ser habilitado ala fuerte de Deputado militar reputandole por Official Real por hallarse figurandom en este mi Consejo Supremo en la plaza de Capa, y Espada por este Principado, pero que obedecieron a los mandatos que despachastes por Cancillaria cõ parecer dela Audiencia para que fuese habilitado, suplicando los mande revocar, y que no puedan concurrir ningunos Officiales Reales en obseruancia detos Capitulos, y Constituciones por mi confirmadas. Yo les respondo con la carta que va con esta que no impiden, ni enbaraçen a Don Miguel Zalbà a concurrir a dicha fuerte, y que son justificados los mandatos que hizisteis como el hauerlos executado, y assi les dareis la carta para que lo tengan entendido. Dat. en Madrid a 12. de Agosto 1662. Yo el Rey. Vedit Don Christophorus Crespi Vicecancellarius. Vedit Comes de Albatera. Vedit Don Petrus de Villacampa Regens. Vedit Don Georgius de Castellui. Vedit Don Iosephus Pueyo Regens. Vedit Exea Regens. Vedit Don Iosephus Romen Regens. Dō Didacus de Sada Secretarius.*

Rescriptum autem directum Deputatis fuit huiusmodi. *El Rey. Deputados. Por vuestra carta de 22. de Julio pasado*

do he entendido la excepcion que se puso con voto, y parecer de vuestro Abogado Fiscal por los Habilitadores, y vosotros al noble magnifico, y amado Cōsejero Don Miguel Zalbà de Vallgornera de ser habilitado ala suerte de Deputado militar reputandole por Official Real por hallarse sirviendo en este mi Consejo Supremo en la plaça de capa, y espada por esse Principado, y que no obstante que con parecer delas Salas despachò mandatos por Cancellaria Don Gabriel de Lupian Portantuez de mi General Gouernador, para que se le habilitasse, y concurriesse ala suerte de Deputado militar, a que obedeciesteis por las consideraciones que deZis, pero me suplicais tenga por bien de mādar reuocar dichos mādatos, y que no puedan concurrir ningunos Officials Reales en obseruancia delos Capitulos, y Constituciones por mi confirmados. Y hauiendo visto muy particularmente en mi Consejo Supremo los que hablan en estos casos ha parecido deZiros, que no impiden, ni enbaraZan a dicho Don Miguel Zalbà para cōcurrir a dicha suerte por el pretexto referido, y que son justificados los mādatos que para ello hizo el Portantuez de Gouernador, como tambien el hauerlos vosotros executado, de que me doi por servido. Dat. en Madrid a 12. de Agosto 1662. Yo el Rey. Vedit Don Christophorus Crespi Vicecancellarius. Vedit Comes de Albatera. Vedit Don Petrus Villacampa Regens. Vedit Don Georgius de Castellui. Vedit Don Iosephus Pueyo Regens. Vedit Exea Regens. Vedit Don Iosephus Romeu Regens. Dō Didacus de Sada Secretarius.

Hucusque disputatio nostra versata fuit circa dispositio-
nem Capitulorum cōcernentium regimen Domus Depu-
tationis, & sic in arctioribus terminis, quam in quibus ver-
samur. † Scire enim opportet quod post illam felicissimam
reductionem, & reintegrationem Principatus Cathaloniæ
ad debitū Regis nostri obsequium, reseruauit sibimet ipsi
Dominus Rex insaculatiōnem personarum quæ in officijs
tam Deputatorum, quam aliorum officiorum Domus De-
putationis insaculari debent, quamuis in alijs obseruanda

sint

sint Capitula, & acta Curiæ de hac re loquētia. † Verba quibus Dominus noster Rex hanc facultatem sibi reseruauit continentur in regio diplomate Dat. Matriti die 19. Ianuarij 1654. in quo post concessionem omnium Priuilegiorū quibus Principatus fruebatur anno 1640. leguntur sequentia verba: *Reseruando tamen nobis, & successoribus nostris Regibus Aragonum ad nostram meram, & liberam voluntatem insaculationem personarum tam ad officia Deputatorum, quam ad alia quacunque, sicut & quemadmodum reseruatum, & declaratum exitit per Don Ioannem ab Austria filium nostrum, omnium armorum maritimorum Gubernatorem Locumtenentem, & Capitanum Generalem nostrum in dictis Principatu, & Comitatibus in iuramento per eum præstito in dictorum officiorum primo ingressu die decima quinta Februarij anni præteriti millesimi sexcentesimi quinquagesimi tertij ordinem nostris diei vigesimi octauii Ianuarij eiusdem anni insequendo.* † Quæ reseruatio est eadem cū ea quam sibi reseruauit Dominus Rex respectu insaculationis Iuratorum, & aliorum officialium Ciuitatis Barcinonæ, vt legitur in regio priuilegio Dat. Matriti die 3. Ianuarij 1653. sub his verbis: *Así mismo me reseruo durante mi voluntad el hazer la insaculacion delas personas que huieren de concurrir, y tener los officios del Gouierno de dicha Ciudad, para los quales no han de poder ser admitidos, ni insaculados sino los que yo nombrare, proponiendome la Ciudad en los tiempos que se suele hazer la insaculacion las personas mas a propósito para que de ellas, o de otras nombre yo las que me pareciere, las quales solo tengan drecho en estar en las bolsas, y concurrir a estos officios, mientras yo no selos prohibo, &c.* † Ex his autem clare patet post hæc rescripta, & has concessiones, & reseruationes Suam Maiestatem latiores habere habenas quam antea, † sicque videmus ab eo tempore citra interpretationem Capitulorum Curiæ circa insaculationem in dubijs quæ occurserunt ad Dominū nostrum Regem spectasse. Ita censuit, & recognouit Magistratus ipse Deputatorum de cōsilio suorum Assessorum, &

dd

Con-

85

86

87

208 Don Raphaelis de Vilosa

Consulentium die 27. Februarij 1665. quando dubitatum extitit an Don Iacobus de Copons Archidiaconus, & Canonicus Ecclesiae Vrgelen. promotus ad Episcopatum Vicensem posset in officio Deputati Ecclesiastici continuare per totum triennium, cum illud sortitus fuisset uti Canonicus dictæ Ecclesiae Vrgelen. & dictum fuit ad Suam Maiestatem spectare hanc declarationem.

88 Sic etiam videmus, quod non obstante dispositione Capitulorum Curiæ Sanctæ Annæ anni 1493. quibus cauetur, quod deficientibus personis militaribus in aliqua Vicaria (sic vocamus Præturas) seu districtu possint assumi ex viciniori, excepta Barcinonensi quæ nec præstat, nec recipit subsidium, tamen per Serenissimum Don Ioannem ab Austria tūc Proregem suo rescripto dato die 17. Martij 1654. fuit hoc reuocatum, & Vicariæ Barcinonæ dedit, & admisit ipsa subsidium consentientibus tandem, licet in principio strenue renuentibus Habilitatoribus illius anni, me de ordine Suæ Celsitudinis id tractante, & obtinente.

89 Ita quoque licet iuxta Capitula Curiarum sit solum certus numerus locorum, seu tesserarum definitus in Bursa Deputatorum militarium nobilibus, tamen, me etiam id tractante, Serenissimus Dominus suo rescripto diei 3. Martij 1654. dispensauit, vt quamplures alij admitterentur, vt militares, licet nobiles essent, & cæteri Proreges successores hoc idem faciunt, vt experientia ipsa nos docet.

90 Sic etiam, licet iuxta obseruantiam Domus Deputationis non permitteretur habilitari ad Officia Deputatorum. Tribuni militum, Statores maiores, Duces, alijsque Officiales militiæ armatæ, tamen etiam me instantे, & ab Habilitatoribus obtinente, fuit per eundem Serenissimum Proregem suo rescripto diei 24. Martij 1654. ordinatum vt habilitarentur, & ab eo tempore obseruatur singulis trienijs.

91 Hinc quoque videmus, quod licet Deputati, Habilitatores, & Assessores in prima insaculatione tenaciter, & absq; fundamento aliquo persistissent in eo quod Officiales Regij vt possent in illa extractione habilitari debebant per sex men-

Dissertatio Quinta §.II. 209

menses antea fecisse renunciationes suorum officiorum : tamen idē Serenissimus Prorex suo rescripto diei 24. Martij 1654. ordinavit sufficere in extractione illius anni factam fuisse renunciationem quolibet die, dummodo ante eam facta fuisset, quoniam eo anno non potuit extractio fieri solita die, sic erat irregularis, nec potuit praeuideri à Ministris Regijs, nec intelligi quo die facienda erat, nec pariter scire potuerūt an per Suam Maiestatem venirent nominandi in ea insaculatione.

Sic quoque vidimus in habilitatione anni 1662. cum vennisset insaculatus per Suam Maiestatem Iosephus Reguer qui reperiebatur Vicarius (sic Prætores appellamus) Villæ franchæ peniten. & fuerit ei oppositum non renuntiasce per sex menses antea Præturæ officium, tamen per Gerentem Vices Generalis Gubernatoris (deficiente Prorege) fuit rescripto diei 21. Julij eiusdem anni 1662. in sequendo votum Viceregiae Audientiae, iunctis tribus Aulis, ordinatum quod habilitaretur, neque enim scire potuit an esset nominandus, vel insaculandus per Suam Maiestatem, & visum fuit sufficere si per duos dies antea, prout euenit renunciauerit.

Sic insuper etiam videmus, quod post reseruationem quam fecit Dominus Rex non concludunt Deputati, nec Habilitatores actum habilitationis personarum quæ ad sortem concurrunt, quin prius certiorem faciant Proregem de inhabilitatis (hoc etiā obtinui à primis Habilitatoribus) & de causis quas habent ad eos inhabilitados, in scriptis redactis illis, quæ non continent infamiam, his vero quæ infamiam continent oretenus dicto Proregi patefactis, iuxta rescriptum dicti Serenissimi Proregis alio Suæ Maestatis confirmatum die 26. Novembris 1656. & ita inhabilitatio hodie non potest fieri per scrutinium, nec causa inhabilitationis taceri, sic antea practicabatur, & disponebant Capitula Curiarum. Imo nota inhabitatorum Proregi tradita, ipse vna cum Regia Audientia iunctis tribus Aulis cognoscit summarie, & de plano de iustificatione causarum eas

admittens, aut reijciens prout de iure absque tamen strepitū, & figura iudicij.

94 Sic videmus quod etiamsi exceptio fuerit opposita Honophrio Pedrolo eo quod esset Castellanus Villæ Ceruariæ, nihilominus etiam per Regiam Audiētiam fuit ius dictum super dicta exceptione, & declaratum non procedere.

95 Sic etiam vidimus, quod licet cap. I. noui ordinamenti Dómus Deputationis facti anno 1599. sit dispositū vt nouem Visitatores, seu Sindicatores eligant duos Assessores, Scribam maiorem, & Procuratorem fiscalem, his non obstantibus iussit Dominus Rex vt formarentur Bursæ pro dictis officijs.

Ex quibus omnibus colligitur quod si ante reseruationē non remanebant iurè exclusi à sorte Deputatorum Regentes Cathalani Supremi Consilij Aragonum, multo minus post eam, cum sit certum remansisse pēnes Suam Regiam. Maiestatem supremā potestatem insaculandi personas sibi bene vias, supremam potestatem interpretandi, derogandi, ampliandi, & restringendi Capitula super hac re loquenteria absque eo quod nec leue, nec minimum præiudicium insaculatis oriatur, cum inter centum, & triginta septem quibus componitur Bursa Deputati militaris, soli duo Regentes ad summum numerari possint.

96 Re plenè, & maturè discussa in Supremo Coronæ Aragonum Consilio fuit resolutum extra aleam esse, & sic dubitari non posse, debere Regentes habilitari, & sic concurrere ad sortem Deputatorum, & certiorandum Proregende hac regia resolutione, & scribendum Deputatis vt sic exequentur, & etiam Aduocato Fiscali Regij Patrimonij Cathaloniæ vt debitā instantias in casu necessario faceret. † Rescriptum directum Proregi fuit in hūc qui sequitur modū. *El Rey. Spectable, &c. Mi Lugarteniente, y Capitan General. Teniendo por conueniente que los Regentes la Cancellaria que residen en este mi Consejo Supremo de Aragon por esse Principado, y los que adelante sucediere huer naturales del, y se hallaren insaculados en las Bolsas de los*

97

los officios de Deputados sean habilitados para sortejar en dichos officios, y exercerlos si les pareciere sinque las embarace ni impida el pretexto que se pretende oponer para ello de que son Officiales Reales, ni el ejercicio que por sus officios tienen. He resuelto declararlo en esta conformidad a los Deputados en la carta que va con esta, valiendome para ello de la reserva que me hize en la confirmacion de sus Priviliegos, y Constituciones, y facultad que retuve de mudar, y declarar en estas materias lo que me pareciesse conueniente, y que deuen ser habilitados dichos Regentes para sortejar, y exercer dichos officios, y assi tendreis la mano en que se execute por los Deputados, y Habilitadores en esta primera extraccion, y las demas en adelante con el Regente Don Raphael de Vilosa que se halla insaculado, y lo mismo se haga cõ los demás Regentes que se insacularen, dando a los Deputados la carta, y bareis se registre en las partes que conuenga para su puntual obseruancia.

T porque para el entero cumplimiento de esta conuendrá haga instancias mi Abogado Fiscal, selo ordeno en la carta que tambien os remito que fela dareis si fuere necesario salir a esto. Dat. en Buenretiro a 4. de Julio 1665. Yo el Rey. Vidiit Don Christophorus Crespi Vicecancellarius. Vidiit Comes de Albatera. Vidiit Don Petrus Villacampa Regens. Vidiit Exea Regens. Vidiit Don Michael de Zalbà. Vidiit Don Antonius Ferrer.

Rescriptum directum Deputatis fuit tenoris sequentis. 98
El Rey. Deputados: Por quanto he resuelto que los Regentes la Cancellaria que como naturales de este Principado residen en mi Consejo Supremo de Aragon, y los que adelante sucedieren que se hallaren insaculados en las Bolsas de los officios de Deputados sean habilitados para sortejar en dichos officios, y exercerlos si les pareciere sinque les enbarace ni impida qualquier pretexto que se pretenda oponer de que son Officiales Reales, ni el ejercicio que por dichos officios tienen. Por tanto en virtud de la reserva que me hize en la confirmation de los Priviliegos, y Constituciones de este Principado, y facul-

facultad que retuse de mudar, y declarar todo lo que pareciesse conueniente en estas materias de insaculaciones, y habilitaciones lo declaro en esta, y que deuen ser habilitados los dichos Regentes que oy son, y adelante fueren para sortear, y exercer los dichos officios en que se hallaren insaculados, y en esta conformidad es mi voluntad se execute por vosotros los Deputados, y Habilitadores en esta primera extraccion, y las demas en adelante con el Regente Don Raphael de Vilosa que se halla insaculado, y lo mismo sera co los demas Regentes que se insacularen, y esta orden se registrara en los libros de essa Deputacion para su puntual obseruancia. Dat. en Buenretiro a 4. de Julio 1665. Yo el Rey. Vidiit Don Christopherus Crespi Vicecancellarius. Vidiit Comes de Albatera. Vidiit Don Petrus de Villacapa Regens. Vidiit Exea Regens. Vidiit Don Michael de Zalba. Vidiit Don Antonius Ferrer.

99

Tandem rescriptum directum Aduocato Fiscali Regij Patrimonij erat sub his verbis. El Rey. Noble, Magnifico, y amado Consejero. Hauiendo resuelto que los Regentes la Cancellaria que como naturales de esse Principado residen en este mi Supremo Consejo de Aragon, y los que en adelante les sucedieren, y hallaren insaculados en las Bolsas delos officios de Deputados sean habilitados para sortear en dichos officios, y exercerlos si les pareciere sin que les enbaraze ni impida qualquier pretexto que se pretenda poner para ello de que son Officiales Reales ni el ejercicio que por dichos officios tienen, escriuo a los Deputados se execute assi con el Regente Don Raphael de Vilosa (que se halla insaculado) en la primera extraccion, y las demas que busuere en adelante, y lo mismo se haga con los demas Regentes que se insacularen en la forma que entendereis por la copia de su carta, que os remito. Encargo, y mandaos que en conformidad delo que os aduertira N. mi Lugarteniente, y Capitan General hagais las instancias conuenientes a fin de que se ponga en execucion, pues en virtud dela reservua que me hize en la confirmation delos Priuilegios, y Constituciones de ese Principado, y facultad que me reserue de mudar, ordenar, y declarar todo

todo lo que pareciere conueniente en esta materia de insaculaciones, y habilitaciones podreis fundaros, y que deben ser habilitados dichos Regentes para sortear, y exercer dichos officios como va dicho. Dat. en Buenretiro a 4. de Julio 1663.
To el Rey. Vidiit Don Christophorus Crespi Vicecancellarius. Vidiit Comes de Albatera. Vidiit Don Petrus Villacampa Regens. Vidiit Exea Regens. Vidiit Don Michael de Zalba. Vidiit Don Antonius Ferrer.

Hæc rescripta transmissa fuerunt Proregi. Sed (o bone 100 Deus !) (res inaudita) ipse fuit contradictor validissimus , ea enim retinuit, nec Deputatis, & Aduocato fiscali tradidit. Cancellarius, qui est primus post Proregem , aliquique Senatores olim Collegæ mei eum adloquuntur super hac re, verum conatu irrito , nunquam enim mentionem fecit dictorum rescriptorum, eisque dixit nolle se in miscere huic rei, sciebat enim ut certissimum, totam Prouinciam iterum turbandam si regiæ epistolæ notitia haberetur, prohibuitq; ne persona aliqua ei de hac re verba faceret: *Adeo vitia nobis sub virtutum nomine obrepunt*, ait Seneca epis. 43. Ne dicam noua scandalo plena visa fuerunt hęc omnia vniuerso populo, & hi qui non multum Regios Ministros amant, non parum lætati sunt. Nihil tam desiderant Proreges Cathaloniæ, quam in Magistratibus Deputationis Principatus, & Ciuitatis Barcinonæ habere Regios Ministros qui errantes ad viam reducant. Semel, bis, & tertio exoratus fuit Prorex, vt vellet tam iustæ petitioni regio ordine munitione assisteret, sed semper persistit in eo scilicet nemini sicut ipsi notum esse Regni statum, nolle se illud perdere , sed conservare , & eo peruenit non insistentia modo, sed pertinacia. Proregia, vt nō dubitauerit prohibere ne quis de hac re sibi adloqueretur sub pena strictissimi, & rigurosissimi carceris, & quia instabat tempus, nō poterat Sua Regia Maiestas horum fieri certior: decreta est enim dies quæ immutari non potest.

Illuxit illa extractioni Habilitatorum destinata, isti una 101 cum Deputatis de hac re tractant, disputant, cōferunt, ex-
perge-

pergefacti omnes de eo quod audierant existere regias epistles, nolleque Proregem eas exhibere, quia nolebat quod ego concurrerem, omnes obstupefacti post varia colloquia
 102 habita † in eam tandem deuenerunt sententiam exceptionem contra me oppositam locum non habere, idcircoque declarant quod ego remaneam habilitatus. Perculus improuiso, inopinatoq; euentu Prorex, & illi adhaerentes, (mei inimici prout hæc narratio manifestat) nihil ausus fuit pronuntiare. Vbinam ergo turbata Prouincia? Vbinam cōmotum Regnum? quando ipsimet Deputati, & Habilitatores, qui eam repræsentant, non solum consentiunt imo quod magis est decernunt habilitationem. O res noua! miranda sanè, renuente Prorege, istorum virorum constantia, quorum memoria in æternum viuet, quorum amor erga suum Regem, & eius Ministros nunquam deficiet, æterna laude digni. † Nomina vero eorū ut posteritati innotescant sunt hæc quæ sequuntur. *Michael Ioannes Offona* Præcentor, & *Canonicus Ecclesiæ Barcinonæ magnus Theologus*, Concionator egregius, expulsus tempore turbationum à Gallis à Principatu, imo Romam ut ibi puniretur qua fidelis Regi suo, traductus. *Vincentius Prexens* Archidiaconus maior, & *Canonicus Ecclesiæ Dertusæ*. *Don Ioannes Magarola* Monachus Monasterij Sæcti Cucuphatis Ordinis Claustralium Sancti Benedicti, qui ob debitam fidelitatem Principi suo redditam nō pauca passi sunt. Isti tres erant pro Brachio Ecclesiastico, *Don Josephus de Bru* post longos, & periculos carceres semper in regio obsequio indefessus. *Don Antonius Ferrau* Regi suo obsequentissimus, & *Ioannes Carreres* isti tres pro Brachio Militari. *Didacus Figarola* Iuris Consultus egregius, non minus excellens in Iurisprudentia, quam in fidelitate erga suum Principem, *Hieronymus Pastor*, & *Petrus Paulus Vines* de regio seruitio benemeriti, & isti tres vltimi pro Brachio Regali. Super istos cecidit fors habilitationis de qua conqueri non possumus, vt dicebat Tacitus lib. 13. anna. *quod deerrauerit ad parum idoneos.* Nec in hac forte verificatur quod Heluidius asserbat

Dissertatio Quinta §.II.

215

rebat ad Senatum teste eodem Tacito lib. 4. històr. Sorte, & vna mores non discerni. Fuit tandem deuentum ad extractionem Deputatorum, & superalium cecidit fors.

Re tota ad Supremum Consilium deuoluta, & ibi tractata visum fuit Domino nostro Regi gratum se ostendere Deputatis, & Habilitatoribus scribendo eis, & etiam Proregi ad illius confusionem in hunc modum.

Rescriptum directum Proregi est tenoris sequentis.

104

El Rey: Spectable N. mi Lugartiniente, y Capitan General. A los Deputados escriuo con estimacion delo que el Consistorio, y Habilitadores han obrado en la habilitacion del Regente Don Raphael de Vilosa de este mi Supremo Consejo con sola la noticia que tuvieron de que era mi voluntad que assi lo hiziesen, y assi les dareis la carta que va con esta para que lo tengan entendido, y llamando vos a los Habilitadores les significareis lo mismo de mi parte. Dat. en Madrid a 13. de Agosto 1665. Yo el Rey. Vidi Don Christophorus Crespi Vicecancellarius. Vidi Don Petrus Villacampa Regens. Vidi Exea Regens. Vidi Don Michael de Zalba. Vidi Fernandez ab Heredia Regens. Vidi Don Antonius Ferrer.

Rescriptum vero directum Deputatis continebant sequentia verba.

105

El Rey: Deputados. Hauiendo entendido como esse Consistorio, y Habilitadores han habilitado la persona del noble magnifico, y amado Consejero Dō Raphael de Vilosa Regente la Cancillaria en este mi Supremo Consejo para el officio de Deputado militar en que se halla insaculado, he querido significaros en esta que quedo servido, y con estimacion delo que en esta parte hauéis obrado que corresponde ala atencion con que procedeis en todo lo que toca a mi servicio. Dat. en Madrid a 13. de Agosto 1665. Yo el Rey. Vidi Don Christophorus Crespi Vicecancellarius. Vidi Dō Petrus Villacampa Regens. Vidi Exea Regens. Vidi Don Michael de Zalba. Vidi Fernandez ab Heredia Regens. Vidi Don Antonius Ferrer.

ee

Sed

106 Sed neque Regium hoc rescriptum tradidit Deputatio
Prorex, licet postea ad eorum manus peruererit, nec Habi-
litatores vocauit. † At nec omnia simul iuncta fuerunt in
causa ut ego coram Regia Maiestate, nec in Supremo Con-
silio querimoniā aduersus Proregē proponerem, licet aqua-
lem virtutem in ea inueniſſem, ſicut dolorem in cauſa, vt aie-
bat Saluia. lib. 6. de guber. Dei pag. 210. & ita vti ignorata, im-
108 punita remansit inobedientia. † Verum rerum euentus ita
infausti Proregi fuerunt precepū carceratio cuiusdam De-
putati, & militum ex ordine suo aduersus Barcinonę habi-
tatores die 17. Martij indefensos, & incautos conflictus, vt
cum à muneribus illis Proregis, & Capitanei Generalis pe-
109 titia licentia abſtinere conſtrixerint. † Glorior in hac re me
fuiſſe primum ex Regentibus Supremi Consilij, qui hunc
honorem meruit. Cōferunt maximè verba Ciceronis Phi-
lipp. 2. in Marcum Antonium. *Qui honor, post cōditam hanc
urbem, habitus est iugato ante me nemini.*



DIS-

DISSE^TRAT^IO S^EX^TA

DE IVRE MAIESTATIS:

AN MAIESTATIS LÆSÆ IN PRIMO CAPITE REV^S
sit, qui Proregem alicuius ex Regnis Coronæ Ara-
gonum interficit.

Ab Authore vulgari sermone primum scripta, nunc
latinitate donata.

PRÆFATIO IN QVA RATIO DISSE^TRAT^IONIS
latè proponitur.

S. I.

S V M M A R I V M.

- 1 Non est nouum ut familiares colloquij disputationis causam prebeant.
- 2 Amici Authoris sensus.
- 3 Authoris reticentia.
- 4 Admiratio ignorantia filia.
- 5 Nicostrati factum refertur.
- 6 Accommodatur instituto.
- 7 Sententiae numerantur in Consilijs, non ponderantur.
- 8 In Consilijs equalitas est inequalitas.
- 9 Aduocati cuiusdam Regni Sardinia dictum.
- 10 Eiusdem delectatio.
- 11 Epitaphium Barnaba Brissonij.
- 12 Consilio Iuris Consultorum componabantur ieiamenti.
- 13 Verum debet cum eorum consilio perpetrare hactenus inauditum.
- 14 Publica domus, ut proprior clientibus, esset affignata fuit.
Caro Scipioni Nascica.

ce 2

15 Amici

- 15 Amici Authoris perseverantia.
 16 Defensio non scripta, sed naturalis lex est.
 17 Temporum calamitates designant materiam scribentibus.
 18 Nostri cui calamitates.
 19 Duo Proreges nostris temporibus occisi.
 20 Comitis Sancte Columba de Queralt casus narratur.
 21 Eius mortis causa refertur.
 22 Comparatio seditionis Cathalonie cum Romana.
 23 Idus Parricidas nominarunt Romani quibus Iulus Caesar occisus fuit.
 24 Manlius fuisse memorabilis si temporibus Marij, et Sylanatus fuisse.
 25 Sic et Comes Sancte Columba si post introducta in Provincia bella Prrex fuisse.
 26 Verba Marci Zuerij Boxhornij expenduntur.
 27 Curia celebratur in Regno Sardinia decimo quoq; anno.
 28 Regalia cateris praestantior celebratio Curiarum.
 29 Dominus Rex seipso maior dicitur dum celebrat Curias.
 30 Don Laurentius Matheu contrarium sentit.
 31 Pralati una cum Capitulo maiorem seipsis videntur habere dignitatem.
 32 Sicut Imperator una cum Senatoribus.
 33 Status siue brachia Regni Sardinia missunt Syndicum ad Curiam.
 34 Prrex Fisci Aduocatum.
 35 Quae dicantur conditiones intrinsecae respectu donatiui.
 36 Dominus Vicecancellarius Don Christophorus Crespi laudatur.
 37 Statuam adorare, et Statuarium contemnere contraria ex Lactantio.
 38 Licet quis vivat non propterea indignus laude.
 39 Praeses non grauatae laudes suas accipere debet.
 40 Virgili gloria nullis laudibus crescit, nullius imperatione minuitur.
 41 Conditiones intrinsecae ad iei possunt donatiuo, et quae sine.
 42 Quae extrinsecae.

43 Exem-

- 43 Exemplum adducitur.
- 44 Confirmatio priuilegiorum etiam quia in usu non erant percibatur.
- 45 Secundus articulus, ut officia omnia, & dignitates solitè originarijs Regni conferrentur.
- 46 Officia in Callaritana Ciuitate gerebant solum Cathalani, Aragonenses, & Valentini seclusis originarijs.
- 47 Videndus Calicij locus circa Sardos.
- 48 Corrasius dixit in adagium abisse Sardi venales, quasi negotium infinita prolixitatis.
- 49 Extinctio Rota criminalis licentiam peccandi inducere videbatur.
- 50 Tracta quas petebat Brachia Annona penuriam potius, quam prouidentiam inducebant.
- 51 Marchio de Laconi non vincitur ratione.
- 52 Omnia remissa fuerunt Marchioni de Camarasa.
- 53 Marchionis de Laconi redditus pernicioса operatur.
- 54 Adeo vi visum fuerit Proregi, sic etiam iubente Rege, Curias dimittere.
- 55 Occiditur Marchio de Laconi.
- 56 Opera Ducis Sancti Germani agnoscuntur homicida.
- 57 Occiditur Marchio de Camarasa Prorex Sardinie.
- 58 Expenditur atrocitas delicti.
- 59 Consideratur Taciti locus.
- 60 Res ipsa seueritatem exposcit.
- 61 Punitio non debet differri.
- 62 Lasa Maiestatis delictum non in occasione, sed in veritate.
- 63 Eius atrocitas non facit quin suis probationibus non indigeat.
- 64 Exemplum Theodorici Gothorum Regis referatur.
- 65 Illius probatores clariores, & certiores esse debent.
- 66 Iudices in delictis quid optare debeant.
- 67 Olim delictum Lasa Maiestatis omnium accusationum complemenumerat.
- 68 Non tempore Traiani.
- 69 Punitio buius delicti omnium intereat.

72 Sed

70 Ciceronis verba circa hoc delictum expenduntur.

71 Homicidium Marchionis de Laconi fuit perpetratum occasione accepta ut publica causa posset attribui.

72 Sed amoris insania fuit vera causa.

73 Sardinia nec Lupos, nec Serpentes venenosos gignit.

NOuum planè aut insolens nō fuerit, vt qui habiti fuerint inter amicos familiariter sermones iuridicæ causam præbeant dissertationi Cicero lib. 7. epist. famil. epist. 22. Trebatio suo scribens eum alloquitur ita: Illuseras heri inter scyphos quod dixeram controuersiam esse posset ne heres quod furtum antea factum esset rectè furti agere? Itaq; et si dominum bene potus, seroque redieram tamen id caput ubi hac controuersia est, notaui, & descriptum tibi missi, ut scires id quod tu neminem sensisse dicebas Sex. Aelium, Marcum, Manlium, Marcum Brutum sensisse. Ego autem Scanula, & Tessa assentior.

Exagitata disceptatio hæc fuit longè post annum à dolendo Marchionis Camarasæ fato cum in Sardinia Prorege esset. † In qua quidem, amicorum qui tum conueneramus unus, doctrina, ac rerum peritia clarus affirmare non dubitauit quin eius qui Prorege est nex, et si magna inter exsecrenda sit crima accensenda, lesæ maiestatis sit delictum. † Infanda hac ego audita propositione (fateor) obstupui, reique nouitate perculsum animum colligere oportuit, ut possem respōdere, quod de Tiberio Tacitus testatur annal. lib. 1. Perculsius improvisa interrogatione paulum reticuit, deinde collecto animo respondit.

Non ignoro nouum sanè, & difficile hominum quorundam ingenijs videri, quod cæteris planum est, & expeditū. † Quāquam autem admiratio inscitiz filia vulgo habeatur, cum tamen hanc aut rei gestæ pondus aut facinoris gignit enormitas stultum profectò foret non mirari, inquiete Platone: Maximè Philosophi hac affectio est qua admiratio dicitur, neque enim aliud prater hoc est Philosophia principium.

Su-

Subiqt; nunc memoriam Nicostrati factum. † Aelianus scribit, Zeuxim celebrem fama Pictorem illum, qui non artem tantum illustravit penicillo, sed & suæ picturæ umbris cæterorum secum de primis cōtendentium honoribus Pictorum famæ tenebras offudit, Helenæ vultum tam benè expressisse, ut exemplo exemplar cederet ipsum ut rectè proinde queam dicere quod de eadem Martialis

Ipsam denique pone cum tabella.

Aut utramque putabis esse veram,

Aut utramque putabis esse pictam.

Videbatur certè vinci Helena vera à semetipsa ficta: & Paridem è Troia si ad se pellexit vera, atq; impulit ad raptum, Græciam penè totam traxit picta, inque sui rapuit admirationem. Tabulam vedit Nicostratus Pictor ipse quoque, cognitaque in facie illa artis præstātia stupidus hæsit, ac si Medusæ inspexisset, non Helenæ caput. Cum autem intentiš in picturam oculis obstupescens perstaret adhuc, rogatus à quopiam qui ad eum accesserat: Quid tandem in Helenæ illa stuparet? respondisse fertur: *Nō interrogares me, si meos oculos haberes.* † Idem fermè, stuporis mei causam roganti respondere possum ego: mentis namq; meæ oculis hac inspecta thesi, non possum non mirari, animo quoties ipse voluo, quænam ex infandis adeo præmissis in Regiæ detrimentum Maiestatis possunt deduci illationes; & quænam fatales lineæ ex imo hoc infaustoque centro, ad magnorum peripheriam Regnum quæ Regis nostri ornant diadema, duci queant. Et dubio procul vlo meam roganti admiracionem, possem ego respondere, quod si meis rem hanc oculis ipse cerneret aut animo, mirari certè desineret; *Non interrogares, si meos oculos haberes.* A loquendo tamen, & vltierius in rem verba effundendo supersedere mihi visum, parumper; donec audirem, quidnam amicorum ceteri sentirent de hoc; † Haud enim fugit me quod Plinius scriptū reliquit epistol.lib.2.epist.36. de Consilijs agens, *Numerantur sententiae non ponderantur, nec aliud in publico Consilio potest fieri, in quo nibil est tam inaquare, quam equalitas ipsa*

6

7

9 ipsa:nam cū sit impar prudentia, par omnium ius est. † Animum deinde verti ad id quod circumferebatur ē Sardiniae Regno nuper allatum nuncium; causarum nempe Patronū quēdam, longē ante quam id fieret scelus, scripto tradidisse dogma hoc multis quidem suffultum argumentis; Pro regis nempē necem Maiestatis lēsæ crimen non esse. † Eoque (scripto huiusmodi) immanitatē istam extra limites latam, ut rara, & nunquam ante hac audita præventione execrandum adeo perageretur facimus. † Magnus ille I. C. Barnabas Brissonius Parisiensis Curiaz, seu Parlamenti Praeses seditionis orū manu cœsus perhibetur, quod inter optimos Henrici III. Galliarum Regis Administratos esset; eiusq; tumulo epitaphium hoc erudito sanè calamo fuit inscriptum.

Quid mirum, si exlex Brissonem turba trucidat?

Non potuit iuris gloria, iure mori.

Inscitiae certè, lusu hoc, arguere voluit Poetę ingenii tanti viri occisores, quem si ius spectes, & iustitiae sub sellia nullo debuerat pacto necare crudelitas. Sed in nostro quod Sardiniae euenit infortunio, eadem non poterat nota inuri, quæ multitudine procax ex Iurisperiti consilio barbaras in Principis imaginem protendit manus: Quippe quia pro manu ductore habuerit dogmata, quæ viderentur iuridica, ut specie recti velata prodiret tam detestanda pernicies. † Memoria adhuc teneo quod legi, apud priscos cum quis testamentum vellat condere, adhiberi solitos Iuris Consultos quod probat egregiè l. Lucius 88. alias l. Scœuola §. ultimo, ibi, *Hoc meum testamentum scripsi sine aliquo Iurisperito ff. de leg. 2. l. moris 9. §. solent, ibi, Solent, Et sic interdicere ut testamenta ne ordinent ff. de pan. l. Dictantibus 22. C. de testamen. Et Cassius apud Ciceronem lib. 2. de orat. Scœuolam ludens, si (inquit) nullum erit testamentum ritè factum, nisi quod tu scripseris, omnes ad te Ciues cum tabulis venient, omnium testamenta tu scribes viuus. Exornat Cuiac. ad l. 1. de testam. Et lib. 1 6. qq. Papiniani in l. cum quidam 11. ff. de his quibus ut indign. Donell. & Osuald. lib. 6. commentar. cap. 6. lit. A. vnde ait Auctor hic, Vix quisquā sine Iurisperito testam- rum*

tum facere audebat. † Sed in patrandis ex Iurisperitorum sententia homicidijs, in inferendis ex Aduocatorum iustitiae voto maximis iniurijs, & ex iustitiae preceptis vnum ledere, colenso qui in Regno maior, & sanctior est habendus, in auditum prorsus hoc est, atque infandum; Et non dum plane eo deuentum erat malitiæ, ut conciperetur ita. † Aequum certè non fuerit publicam designare domum diserto huic causarum Patrono, quo paratior consulentibus esset, ut Romani fecisse dicuntur erga Caium Scipionem Nasicam, Cuius etiam (ut refert text. l. 2. §. fuit post eos 37. ff. de origin. iuris) publicè domus in sacra via data est, quo facilius consuli posset. Quin potius, ut indignus qui inter homines esset, ab humano dispellendus est cetero, earum repertor nequitiarum, per quas expeditior ad tantorum cedes virorum sit via.

Atqui circumstantia huius turpitudi potis non fuit, quæ à sua dimoueret sententia contradictorem. Quin nouis ipse substructis fundamentis, nouisque exquisitis Auctoriibus suam gestijs corroborare magis opinionem mordicus eam propugnans. Hinc eo me adductum vidi, quod conclusio nem validis adeò faburram rationibus, quas insinuabimus deinceps, spretam cernerem; ut ad eam defendendam me accingere deberem; † moderamine tamen eo in ignibus istis seruato, quod Natura docuit ipsa: Cuius, ut Cicero pro Milone ait, non scripta, sed nata lex est, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripimus, hau simus, expressimus; ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus.

*Libri cuiuspiam scribendi thema, elecio scribentis non est. Era temporum quibus vixerunt scriptores, fuit eritque semper quæ scriptio præbeat, ac veluti materiæ designet. Ea declamatione quam in Lucium Sergium Catilinam composuit Porcius Latro, & apud Sallustium exstat *Historiarum Romanarum lib. 1. in fine*, queritur quod Catonis, & Scipionis Coetanei sui tempore ageretur tantum de legibus, de institutis maiorum, de gloria militari, deq; laudibus, ac victorijs: Sibi autem eo calamitatum pleno contigisset viuere*

sèculo, quo, si in foro esset dicendum, aut Curia, omnino
 sibi foret opus, aut de Patriæ cladibus, aut de Ciuium dicere
 oppressionibus, aut de perdita iuuenum vita. Ecce, si pla-
 cent, Porcij verba, *Marcos quidem Catoni, & Scipioni Coe-*
taneo suo monumentis immortalibus huius Vrbis, & sine du-
bio clarissimis hominibus temporum suorum, de legibus dicen-
dum erat, de institutis maiorum de gloria militari, persapè
de laudibus, de victorijs. Nobis vero qui deuenimus in hac
truculentam temporum conditionem, sublata est omnis gra-
zia dicendi, atque interceptus locus omnis, aut iucundissimi
sermonis, aut reconcilianda benevolentia popularis: Nam
18 *si quando vox nostra, siue à foro, siue à Curia desideratur,*
dicendum est perpetuo nobis aut de tetricis huius Patriæ
calamitatibus, aut de nefarijs oppressionibus ciuium, aut de
perdita iuuentutis nunc impudicitia flagitiosa, nūc ignavia
singulari.. † Easdem hasce voces querulas effundere iure
 possumus, qui truculentam nostri æui experimur conditi-
 onem; eo sèculo nati, quo librorum tituli scribendorum, nil
 planè preferunt aliud, quam lugubres tragedias, Regnorū
 motus, Prouinciarum exitia, Exercituum strages, vniuersa-
 les ferè, ac pestilentes morbos, Regum parricidia, exitialif-
 sima bella, infausta prælia, Cometarum portenta, Elemen-
 torum alterationes, fœda immensis imbribus tempora, clas-
 sium profligations, violentas Proregum neces, & recapitu-
 latum demum per septuaginta huius sèculi annos, quicquid
 infortuniorum septem tulerunt hactenus secula; Ut verum
 proinde experiamur quod Tacit. annal. 3. scripsit: *Nisi for-*
tè rebus cunctis inest quidam velut orbis, ut quemadmodum
temporum vices, ita mores vertantur; demonstreturque
 etiam nobis per ærumnarum huiusmodi reuolutiones, dura-
 nostrorum conditio temporum, an colluuiet! vt de Caligu-
 la tèporibus memorie prodidit Suetonius in *Caligula cap.*
60 *Conditionem temporum illorum etiam per hac existima-*
re quiuis potest. Tacitus quoq; lib. 1. hist. de illis Neronis,
 Domitianis, & alijs dixit: *Opus plenum magnis casibus, atrox*
pralijs, discors seditionibus, ipsa etiam pace sanum: quatuor
Principes ferro interempti, &c. Intra

Intra triginta ferè annorum orbes duorum violentia manu percussorum Proregum cedis fuisse nostris in Regnis spectatores. † Horū prior fuit Don Dalmatius de Querale Sanctæ Columbae Comes, è præcipua Gothalanica Nobilitate. Vir, ob suam verius fidem, atque constantiam, quam aliam quāvis ob causā occisus, & è terra ad maris oram sub Barcinoensis promontorij cuiusdam laciniā proiectus: Monitus siquidem à circumstantibus tunc amicis, nō aliam sibi præsta fore tabulam, qua ex frequentibus ciuiliis bellorum vndis posset emergere, præter tritemum ex ibidem existentibus vnam quam concenderet, ut scribit Lucas Aſſerinus Iauensis de *Gothalanis moribus lib. i pag. 140.* ex quo minus tuta in solo, quam in fali incostantia sibi statio eset; consilium respuit ipse veritus ne, se absente intumerſerent magis seditionis eius fluctus, quibus Regis sui res obruerentur. Nec iræ iustè proritatem feruor potis fuit planum reddere, & pacatum, quod fidelis experientiae renisus sub initium ipsum facile fecisset. † Id vero præcipuum in necis huius causa fuit, seditiosi nempe cuiuspiam (non erat hic Gothalanus origine) mendacium; circumferentis, in ædibus Villafranchæ Marchionis, ac Ferrandinæ Ducis occisum ex Barcinoensis Consulibus, quos Cōſiliarios ibi dicunt, vnum fuisse. † Qui seditionem in Romano fuscitauerunt exercitu sub Tiberij Principatu, ut Tacitus refert *annal. lib. i.* suas inter gestiebat nequitias; Postquam vero vincitos dimiserunt è carcere, qui cæterorum velut Duces essent in seditione illa, eò procelerunt audaciæ, ut gregarius miles quidam Vibulenus nomine (verba sunt Taciti) ante Tribunal Bleſi adlevatus circumstantium humeris, apud turbatos, & quid pararet intentos, *Vos quidem, inquit, his innocentibus, & miserrimis lucem, & spiritum reddidistis,* sed quis fratri meo vitam, quis fratrem mihi reddit? *Quem missum ad vos Germanico exercitu de communibus cōmodis, nocte proxima iugulauit per Gladiatores suos, quos in exitium militum habet, atque armat.* Responde Bleſe, ubi cadaver abieceris; *Ne hostes quidem sepulturam inuident;*

cum osculis, cum lacrymis dolorem meum implevero; me quoque trucidari iube; dum interfector nullum ob scelos, sed quia virilitati legitatum consulebamus. Incendebas hac fletu. Et pectus asque os manibus uerberans, mox disiectus quorū per humeros susinabatur precepit. Et singulorum pedibus adnolutus, tātum consternationis insidiā eque conscientiū, ut pars milium gladiatores, qui ē seruissio Bleſſerant, pars ceteram eiusdem familiam vincirent, uti ad quā erendum corpus effundarentur. Ac in propere neque corpus ullum reperiū, Et seruos exhibitis cruciatibus abnuere cedem, neque illi suisse unquam fratrem pernotuſſet, haud multum ab exiſtolegati aberat. Vibulenus nostri temporis sedicioſus hic fuit (cuius memoria apud posteros exſecranda ſi ſemper) qui in apud tumultuantis suis ipſe oculis ſe inſpexiſſe mortuum aſta retur Iuratum illum, qui multos poſteā vixit annos. Ita plane rata fuunt ſplendidiſſimā mendacia, ut Tacitus adnotauit hiftor. lib. 1. de Principiis cuiuspiam locutus neoc̄ragus primum, Et incertus rumor, mox, ut in magnis mendacijs intonuſſe ſe quidem, Et vidiffe affirmitabantur.

Patrem patriæ appellabat ſeditioſus hic Iuratum illum, quo pungeret magis caterorum animos, qui in ea hæc quæque miſcuerant ſeditionem. Eoque mendaci irritati rumore, Bacchantium more, ad locum currentes ubi noſcererat Praſes, ibi eum tāto cum furore, tantoque ira æstro perciti trucidarunt, vt prudens nonnulli ceperint conſilium, non modò defunctū funerum pompa vlla non prosequi, & quæ tantum deceret Heroem; ſed & reticere quoque ſacram illam ædem, ubi conditus fuerat; ne quorundam aut malitia, aut liuor in ipsius depaſceretur cadavere; contra quam fecerat Romana olim plebs; quæ eadem ipſa letitia Appiij Claudiij laudationes excepit post eius obitum, qua viuentis audire geſtij accusationem, & vt Liuius ait decad. 1. lib. 2. fraudari ſolenni honore ſupremum diem tanti viri noluit, Et laudationem tam aguis auribus mortui audiuit, quam viuus accusationem audiuerat.

23 Parricidas dixere Idus Martias Romani, quod eo die cef-
fus

sus Julius Cesar, ut Suetonius scribit in *Iulio cap. 88.* Haud absimili quoq; ratione hoc nomen in dendum diei septimo Iduum Junij videtur, quo magnum hoc in fortunatum nostro euenit Proregi; de quo illud certè dici potest quod de Manlio Capitolino Liuus *decad. 2. lib. 61.* 24
Nunc exiit habuit vir, nisi in libera Civitate natus esset; memorabilis. † Fuisse sanè memorabilis Manlius, si tēporibus Marij, & Syllae natu-
tus esset: Fuisse vriq; memorabilis Comes noster, si Prouinciam suscepisset longè post quam bellis affligi cepta: Nam
quæ bellum sequuntur incommoda, longò suetis usu, tole-
rabilia magis, & ferenda sunt; Imò assuetudine malorum,
dulcorantur quæ fuerūt amara prius. † Planè in agēdis rebus
suum, omne feliciori, exercuisset ingenium; & obsequen-
tius subditi eius suscepissent mandata; nec feris vnguibus
diluniato perire obtigisset. Fortunata & sibi, & Romæ Fa-
bij Maximi cunctatio fuit, quod per id tēporis ea esset usus,
quo maxime cunctatione opus erat Reip; vt debellaretur
Hannibal. Id precipue commendandum in Lucullo duxerunt
Romanorum sapientissimi, vt in eiusdem vita testatur
Plutarchus, quod magnos Reges duos, Mithridatem nempe
tarditate, Tigranem verò celeritate vicisset. Ita Author hic
scriptum reliquit, Romanorum verò præstantissimi, belloque
exercitatissimi Duces id in Lucullo maxime laudauerant,
quod duos maximos, illustrissimosque Reges duabus diuer-
sissimis artibus, celeritate nimirum, & tarditate vicisset.
Mithridatem enim florētem, bellum terendo confecit, Tigranem
celeritate attriuit; fuitque ei hoc cum paucis eius tem-
pestatis Ducibus commune, quod cunctatione in re gerenda;
audacia ad se tuendum usus esset. † Non omittenda sunt,
quod ad rem hanc attinet, M. Zuerij Boxhomij emblem. 14.
verba, quæ Don Ioannes Solorzanus refert embl. 46. nu. 23.
& 24. *Qui moratur cum res poscit, iam festinat; qui festinat*
cum oportet, satis diu moratus est. Qui moratur ubi festinan-
dum erat, currentem fortunam tarditate sua sistit, qui festi-
nat ubi morandum est, in malo suo commoratur. Tarditas
profecto qua usus fuit Comes, & in agendo celeritas forent
illæ

illæ quidem nunc plausibles multum, multumque opportunitate cum diuturnitate familiare prorsus habeatur id bellum, quod tunc, Regente eo Provinciam, perenniat ignoratum, adeoque exosum. Nec demum absque piaculo pretereundum mihi est desumptum ex Tacit. in vita Agricolæ elogium, quo'decoretur Comes: *Ei ipso quidem quanquam media in spacio integre etatis erexit, quantum ad gloriam, longissimum euum peregit, quippe & bona, qui in virtutibus sua sunt, impletum.* Medio quanquam vita cursu noster defecerit Heros, negare tamen poterit nemo; quia omnia compleuerit glorie stadia.

Posterior autem, ebdem fidere natus Prorex, fuit Excel-lētissimus Dominus Don Emmanuel Gomez de los Cobos, Camaræ Marchio, Castriq, Comes, ex Hispaniæ Primatibus, Sardinie Prorege. Eius autem ita contigit satum.

- 27 † Moris est in eo Regno, dēcim⁹ quoque anno Curiæ celebrari. Speciali deinde diplomate Rex noster mandat Proregi, qui tunc Regnum moderetur, ut eius nomine Brachia cogat, habitisq; super Regni negotijs deliberationibus, solium celebret, ac si Rex ibi adesseripse. † Hoc sane ius est, quo supremam image nullum aliud reperiē est, quod suis in Regnis nostri exercant Reges, † ut merito nō Aragonenses tantum, sed Gothianici quoq; dixerint Pragmatici, Regem in Curijs seipso maiorem esse. Sece de inhibit. cap. 5. §. 9. nu. 93. Ramirez de lege Reg. S. 18. nu. 2. Petr. Aloys. Martinez in alleg. de Proreg. extet. nu. 212. Ripol de Regis lijs cap. 4. nu. 42. Dom. Reg. Don Philippus Vinyes eo discursu quem scripsit, quod Comitiorum brachia non possint absque Regis placito officia Generalis conferre pag. 20. vers. Que la Vniuersidad, & in discurs. super Curijs celebrandis discurs. 1. num. 55. citatis Marian. de Reg. Instit. lib. 1 pag. 88. & Michaele Martinez de Villar in Appendice de innata felicitate Regni Aragonum §. 9. par. 252. † tametsi Dom. Dō Laurentius Matheu olim Curiæ Iudex, nunc Indiarum in Senatu Regius Consiliarius, omniū plausu ob eximias suas virtutes atque eruditioñem electus, iii. 1. de Regi. Regn. Valencia.

lent. cap. 3. §. 1. nū. 131. contra sentiat, censeatque propositionem hanc indignam viris, qui eam probant. † Idem ferme de Prælatis dicitur, qui maiorem simul cū Capitulo obtinent potestatem, ac iurisdictionem, quam soli ipsi *cap. 1. de excess. Prelat.* *Felin. in cap. causam nū. 3. de indic.* Iason *in l. placet C. de sacro sanct. Eccles.* † Ac de Imperatore pariter, qui major est cum Senatoribus, seipso sine eis, ut Bald. ait *in l. cum multa C. de bon. que liber.*

31

32

33

34

35

36

37

Curias cōuocauit Marchio, & in habitis de Regni rebus colloquijs multi extricandi super Regni ipsius petitionibus obtulere se difficultatum nodi: Cognitoq; nullo eos pacto posse exsolui; tum nec Curias villa cum deliberatione concludi; † misere Status, quos Estamentos dicunt, ad Regis nostri Aulam Syndicum Dō Augustinū de Castelui, Marchionem Laconi, & Septem Fontium; † Prorex verò D. Luperium Antonium Molina Regiæ Audientiæ in Sardinia Fisci Patronum. Diù multumque disceptatum de quatuor articulis, ad quos reductæ Sardorum petitiones, & impropriæ nimis conditionum nomine ab his appellatæ. † Nam reuera nulla ex ijs conditionibus erat, quæ dicerentur intrinsicæ, quasq; admittit, ac recipit solum donatiui oblatio, † vt pro consueta, & magna sua eruditione docet nos seculi huius lumenare maius, totiusque Regni Valentiæ decus eximium, Excellentissimus Dominus Don Christophorus Crespi de Valdaura, Regnum Aragonicæ subiectorum Coronæ Viccancellarius, ac cōspicuam hanc ob dignitatem Supremi Consilij Præses amplissimus, suis in obseruationibus oppidò illustribus, quas èquè suspicio, ac eiusdem merita, eam ne notam incurram reprehensionis, † quæ apud Lactantiū legitur *de origin. error. cap. 2. Simulachra Deorum*, inquit ille, *venerantur, fabros, qui illa fecere contemnunt. Quid inter se tam cōtrarium, quam statuarium despicere, statuam adorare?* Cum enim opus hoc tanta dignū sit laude, èquum certè fuerit, vt eadem quoque decoretur operis Auctor, de quo pariter & libro dicere queas verè, quod Plinius ait *lib. 1. epistol. 10. Nihil est quod discere velis, quod ille docere non possit.*

possit. Mihī certè quoties aliquid abditiū quaro, ille thesau-
rus est. Etsi certò scio, quod vnam recensere aut alteram, de
tot in tanto viro conspicuis virtutibus, ceteras quas certa-
tim in Magno hoc Prēside cōcurrentes admirantur omnes,
imminuere quadantenus sit, vt de socero suo Tacitus dixit,
*Integritatem, aut abstinentiam in tanto viro referre iniuria
virtutum fuerit.* Nec facilè prēterea fiat, vt tam magnæ pe-
riodi terminum designare detur, quod de Pompeio Cicero
ait orat. pro leg. Manil. *Huius autem orationis difficilius est
exitum quam principium inuenire.* † Quod autem viuat ad-
huc excellētissimus vir, & de eorum cētu sit, quos Magnus
olim Rex noster Philippus IV. Regnis præfecit suis, desi-
gnavitque regendæ Monarchiæ Administratos, id planè de-
trahere quicquam non debet, aut minuere ex multis quæ
magna ipsius rectitudo, longusq; rerum usus usurpauit en-
comia. Neque enim (vt de Pompejo Saturnino Plin. lib. 1.
epist. 16.) debet operibus eius obesse quod viuit. An si inter eos
quos nunquam vidimus floruisse, non solum libros eius, ve-
rū etiam imagines conquereremus; eiusdem nunc honoros, &
gratia, quasi satietate languescet? At hoc prauū malignūq;
est, non admirari hominem admiratione dignissimum. Quā-
uis autem non ignorat modestiæ rubore aliquo perfusum,

38 cum iri, ob breuem hanc laudum periodum. † Attamen nō
grauatè laudes istas accipere debet qui Præses, Prouincialiū
suorū decus vbiq; audit, vt de Proconsule Vopianus ait in l.
si in aliam 7. ibi, laudesq; suas nō grauatè audire, cū honori
suo Prouinciales id vindicent D. de offi. Procon. Nec enim
æquū fuerit, vt molestè hanc ferat digressiunculam Excel-
lētiss. Dominus, quādo suam ipsius æquè omnes suspiciunt,
ac venerantur meritorum existimationem, vt iure proinde
dici de eo queat, † quod de Virgilio Macrob. 1. *Saturn.* Hac
est Maronis gloria, vt nullius laudibus crescat nullius viu-
peratione minuatur. Insignis planè hic vir (vt ad institutum
redeam) obseruat. 3.n.18. multum interesse ait, inter intrin-
secas conditiones, & extrinsecas. † Intrinsicæ quidem sine
dubio poni, adjicique possunt concessioni, seù donarij obla-

39 tionis,

40 41

dici de eo queat, † quod de Virgilio Macrob. 1. *Saturn.* Hac
est Maronis gloria, vt nullius laudibus crescat nullius viu-
peratione minuatur. Insignis planè hic vir (vt ad institutum
redeam) obseruat. 3.n.18. multum interesse ait, inter intrin-
secas conditiones, & extrinsecas. † Intrinsicæ quidem sine
dubio poni, adjicique possunt concessioni, seù donarij obla-

tioni,

tioni, vt si v.g. donarium in pecunia sit soluendum, id paci-
scantur vt offerentes distributio eiusdē inter duos, aut inter
certum personarū genus debeat fieri. Aut si pro huiusmodi
exsoluendo donario foret opus annum censum vendere,
vel quod ad se in id obligandum illi, aut illi sint designandi.
† Extrinsicē verò, quę ad Principis leges pr̄escribentis cul-
men pertinent, nec poni debent, nec retardare donarium
queunt, † vt quas apposuit olim Episcopus quidam in Sar-
diniæ Regno Don Aluari de Madrigal temporibus; cum
peteretur vt priusquam donarium offerretur, decernēdum
esset de omnibus Curiæ capitulis; Qui hoc tulit responsum,
conditionem esse extrinsicam, adeoque nō admittendam;
nec retardandam proinde donarij solutionem. Et ita decla-
ratum ab eadem Curia accepimus, ex D. Ioanne Dexart *su-
per Capit. Curia Sard. lib. I. cap. I. nu. 71.*

Quattuor sanè articuli, qui in cōtrouersiam vocabantur,
& conditiones appellabantur Sardis, extrinsicæ conditiones
erant omnes, & ad legislatoris pertinentes potestatem; non
autem intrinsicæ donario, vt ex singularum disquisitione
fiet manifestum.

Primus articulus, Priuilegiorum omnium confirmatio-
nis cōtinebat petitionem, à Serenissimis Regibus tam Uni-
versitatibus, quam priuatis concessorum, & tam eorum quę
vigerent adhuc, quam quę desueta iam essent. Quod planè
fuit in causa, vt R̄ex petitis nequiret annuere; quippe quod
desuetudine abrogata, desierant illa quidem priuilegia esse:
Atque ita, si confirmarentur, noua priuilegia dici, n̄c ideo
concedenda quia ignoraret Princeps quid concedendum
peteretur.

Secundus in eo versabatur articulus, vt officia omnia
tum Politica, tum Militaria, Pr̄elaturæ omnes, Pr̄ebendæ,
Beneficia, atque Pensiones originarijs Regni sicut confer-
rentur. Hoc vt percipiatur melius, sciendum est, † Gotha-
ianorum, Aragoniensium, & Valentinorum qui Sardiniæ
Regnū suo adiecerunt imperio diù ibi vixisse memoriam;
ad eo ut iij tantummodo, etiam originarijs exclusis in Calla-

- ritana Ciuitate officia gererent, & Magistratus. Ita sanè factetur Don Ioannes Dexart origine Sardus in *comment.edizio super cap. 30. Curiar. ann. 1545. tempore D. Antonij de Cardona lib. 2. tit. 6. cap. 4. nu. 1.* per hæc, *Quemadmodum originarij, Cathalani, & Valentini, quibus dumtaxat supponitur datum, & permisum olim fuisse præfata Ciuitatis officia gerere. Et in memorato cap. 30. tres Regni ordines quos dicunt Estamentos supplicarunt Regi, vt qui in Callaritanis orti essent suburbis admittere dignaretur ad ea quoque in Ciuitate illa gerenda munera, quæ Gothalani, Aragonenses, & Valentini. Quibus Rex supplicatis ad sui beneplacitum annuit.* † Pudor cæterùm vetat narrare, quod magnus ille noster Pragmaticus Iacobus Calicius se vidisse narrat Cathaloniæ de Sardis, Regum Petri Tertij, & Martini temporibus in Margarit. fisc. dub. 8. prærogat. 206. nu. 31. in fine, repetitque in Extrauag. Curiacap. 7. quæst. 206. nu. 98. † & Ioa. Corrasius in l. 28. capta deinde Sardinia nu. 2. D. de orig. iur. asserit, tempore quo eam domuit Tiberius Sempronius Gracchus tantum captiuorum numerum inde abduxisse, vt longa res venditione in Prouerbium abierit & ardientes, de negotio infinitæ prolixitatis, & penè inexplicabili.
- 47 49 Tertius eò respiciebat articulus, vt criminalis Aula supprimeretur omnino. Propositio hæc in Reos animaduersiōnem prorsùs tollere visa fuit, nedum impedire. Cum enim id vnicè voluerit. Regnum in porrectis Regi supplicationibus, cap. presertim 4. Curiarum Marchionis Baionæ, & Episcopi de Alguer ann. 1633. super Criminalis huius Aulæ erectione, vt de Reis quam celerrimè sumeretur suppliciū, quod citò à Ciuilium negotiorū Iudicibus quibus hæc quoque demandata tunc erat. Provincia, id explicari nequirit; è republica non videbatur nunc esse, vt ad priorem res istæ metam recurrerent.
- 48 50 Quartus, vt concederentur Regni eius Ciuitatibus, quas vocant portionum tractas; possentque earum frui commendo, nulla eis lege præscripta, quod ad frugum extractionem pro

pro Regni annonā conseruanda, ne penuria inde crearetur
vlla. Hoc visum quoq; fuit in euidentem Regni perniciem
omnino vertere; Nec peti quod ad equitatis normam esset.
Cum enim ob id tractarum huiusmodi beneficium impar-
tiretur Princeps, vt faciliū Cōmunitatibus hisce esset, ha-
bere, quod foret satis ad victum ex prouidentiæ regula; fie-
bat inde, vt magna Regni totius incolumenti impenderet
clades. † At nulla se rationis scintilla in Marchionis de La-
coni pectus potuit penetrare. † Et tandem eò recidit nego-
tij exitus, vt omnia hæc Marchioni Camarasæ remitteren-
tur; Qui Curias extrahendo id ageret, vt pro sua ipse soler-
tia, & qua erat in rebus agendis dexteritate, tanti rem pon-
deris felicitè expediret. † Marchionis de Laconi ad patriā
re infecta reditus, eos in multis qui suffragia ferrent in Co-
mitijs illis instillauit spiritus, vt ab oblato etiam recedere-
tur donatiuo; cum in eo priùs essent, vt facilem sternerent
viam Regis ad hoc imperio, vel reiectis ab alijs expeditis
conditionibus, quarum meminimus supra. Et quod in cor-
de gerebant occultum, in apertum aduersūs alios qui à Re-
ge erant proferentes dissensum, talis in vtrisque animorum
conflictatio, & quidem peruicax fuit (quam in Regno illo
Partium studio abripiantur homines notius est, quam vt per
me ulterius queat innotescere) † vt è Republ. expedire vi-
sum Proregi per suam prudentiam fuerit Curias dimittere,
ad vitanda ita quæ mala ex Comitorum huiusmodi conti-
nuatione possent suboriri; Regis hac via impletis iussis: Vt
in sui proindè excusationem iure posset ipse afferre, quod
Cicero sui muneric tempore *Philipp. 2. ait in Antonium.*,
Obiecit Consulatum meum, qui Consulatus verbo meus, Pa-
tres conscripti re uester fuit. Quid enim constitui, quid gessi,
misi ex huius ordinis consilio, auctoritate, sententia?

Paucos inde post dies, & XII. fermè Kalendarum Iulian.

1668. sub noctem, cum è suis ædibus in Callaritana Vrbe
egredieretur Marchio de Laconi, sicarij sex ex porticu qua-
dam sex in eum paruorum tormentorum, quas Carabinas
dicunt explosis iæribus lethaliter vulneratum, & cum ipso

56

etiam famulum pugionibus tandem adorti confecerunt; occasionem tunc per iniquitatem summamque naesti mali-
tiam, ne in priuatum quempiam id reijceretur scelus, sed
publicæ vt ipsi dicunt tribueretur causæ. † Sed Excellentissimi Domini Sancti Germani Ducis, in defuncti Marchio-
nis Camarasæ locum suffecti intenta in id cura, & opera, ex-
quisitis adeò circumstantijs verum eruit protulitq; in aper-
tum, vt nullus amplius dubitadi de veritate ista supersit lo-
cus, vt patet expresse ex impressis, & per totum orbem mis-
sis sententijs, Diui Augusti exéplo, vt aduertit Dion.lib. 5 2.
Quadam ex tempore disposuit, quadam reiecit in tempus.

57

His peractis: Ad xii. Kalen. Augusti eiusdem anni, fatali
aduersascente die, & sub creperæ initium lucis redeun-
tem ex æde Virgini sub titulo Montis Carmeli dicatæ Mar-
chioné Proregem carpento vectū vnā cū vxore, & quatuor
liberis in via, quæ Equitum dicitur, ex postico domus An-
tiochi Brondo, cuius ianua latam respicit viam, tribus ex-
plosis paruorum tormentorum, Carabinas dicimus, iictibus,
septemdecim confossum vulneribus, intrà pectoris cauum
occiderunt parricidæ aliquor; Quos nō Præsidis huius virtus,
non dignitas à tanto deterrere potuerunt scelere, quin sa-
cilegas in eum nefarij aggressores suas extéderent manus;
contra quam fecere Messenij in Philepemenem; quem (vt
Iustin.refert lib. 3 2.) iacentem, seu metu virtutis, vel vere-
cundia dignitatis interficere ausi non fuerunt. Nec scelostas
illos subiit recordatio vlla vinculi eius quo tenentur sub
Principe nati subditi. Nec ipsorum per venas currens san-
guis pro Principe fundendus totus ceù remora quædam à
tāto distinere quiuerunt peragendo criminē; quod quidem
erat, de quo querebatur Cicero aduersus Lentulum orat. 3.
*in Catilinam, Imago auti tui clarissimi viri te à tanto scel-
re, etiam muta reuocare debuit.*

58

Hec igitur atrocitas est, quę ansam nostræ præbuit differ-
tationi. Hec illa est, quam Læsæ Maiestatis titulo insigniri
nolunt Aduersarij. Hec est, quę si seuera coerceatur puni-
tione, Maiestatem, Regisque seruabit, vt decet, æquumq;
est

est auctoritatem; Quæ si negligatur, aut per dissimulationē transmittatur in causa erit, vt vel apud remotissimos, & longo terrarū interuallo à nobis dissitos populos respectui habetur felicissimum Regis nostri regimen; cum in omnes influat sua mala, aut omīsa, aut laxata criminum punitio: cuius quidem, tūm Regis Administrorum, tūm Regis ipsius tantūm interest executio. Nam hoc propugnaculo, quo imperium defendere suum queat Rex, tutius aliud quipiam reperire nō datur. † In ea seditione quæ orta fuit inter Romanorum exercitus, quum ad imperij apicem contenderet Otho, vt refert Tacit. *histor. lib. 1.* licere putarunt nonnulli, siue iure, siue religione inspecta, de Pisonis nece tanquam de hostis, ac de imperio certantis morte letari. Occisorum capita hastis infixa inter centuriarum insignia propè legionis Aquilam ferebantur, omnibus qui cedes patrauerant, atque spectaculo interfuerant cruentas ostētantibus manus, & suam in his, seù verò, seù falso de egregio velut quodam facinore, iactantibus operam. Vitellius demùm Imperium adeptus, plusquam centum suprà viginti eorum repperit libellos, qui ob egregiam à se eo die nauatam operā prēmia poscerent. *Quare omnes conqueriri* (ait Historicus) *et interfici iussit, non honore Galba, sed tradito Principibus more munimentum ad presens, in posterum ultionem.* † Nam (vt Cicero inquit orat. 2. in Catilin.) non est iam lenitati locus, seueritatem res ipsa flagitat. Nec enim crudelis horrendus est titulus, cum res per se ipsa prouocat ad crudelitatem; quod idem Orator insinuat orat. 4. in Catilin. per hæc, *Vereamini censeo, ne in hoc scelere tam immani, ac nefario, nimis aliquid seuerè statuisse videamini, cum multò magis sit werendum, ne remissione pœna crudeles magis in patriam, quam ne seueritate animadversionis nimis vehementes in acerbissimos homines fuisse videamini.* † Ideòq; Henricus Imperator VII. sua illa extrauaganti edixit, *Ei quantò plus differtur punitio, tanto amplius culpa crescit, et gentibus perniciosius in exemplum transit.* † Non hoc sanè institutum meum est, vt indè cupiam lēsæ maiestatis delicta venari, vbi nulla

59

60

61

62

- nulla monstrorum huiusmodi lerna est, non enim præterit
me, quod ait text. *I.famosi 7. §. 1. ff.ad l.Iul.maiest. Hoc ta-*
mamen crimen à Iudicibus non in occasione(idest non obtentu
adulationis alicuius, vt ait Gothofred.) *ob principalis Maie-*
statis venerationem habēdum est, sed in veritate rei. † Nec
63 in dubium reuocare, quin admisi grauitas sceleris id secū
ferat, vt quæ habendæ sunt de hoc probationes, per suos nō
sint dirigendæ gradus, vt benè aduertit in his eisdem lēsæ
Maiestatis terminis Daniel Moller. *lib. 3. semestr. cap. 17.*
† vbi Theodorici Gothorum Regis exemplum affert; in-
quiens, iustum dolore eum occubuisse, quod Symmachum,
& Boetium, nō benè expensis, trutinatisque probationibus,
65 vt in ceteris delictis fieri consuevit, morti addixisset, † &
apertiùs Tiraquèl. *ad cap. 1. lib. 4. dier. genial. Alex. ab Alex.*
Sed nec quantū, inquit, ad crimen lēsa Maiestatis illa lex
est, qua ex sola suspicione Reum puniat; neq; id rationi, au-
zuri congruat; sed potius quo grauius, atrociusq; id crimen
est, gravius ideo & acerbius vindicandum est, & in noxium
ipsum, & in liberos, & in familiam, eò illius probatio clarior;
66 *& certior esse debet, argum.l. ultim.C. de probat.* † Quin po-
tiū censeo, boni, & æqui Iudicis esse id optare, vt qui defe-
rūtur Rei, per suas defensiones delicta eludant verius, quam
vt quæ non sunt comminiscantur improbi scelera, vt Cice-
ro aiebat pro Cluentio, *sed in hac tanta difficultate, illa me-*
res tamen, Iudices, consolatur, quod vos de criminibus sic
audire cōsuevistis, ut eorum omnium dissolutionem ab Ora-
67 *tore quaratis.* † Et compertum tamen est, per ea tempora,
vt aduertit Lipsius in notis ad Pliniū Panegyric. nu. 95. *Ple-*
rumque crima inscripta sub titulo Maiestatis, ac etiam
Tacitus annal.lib. 3. vix aliam fuisse præter unam hanc lēsæ
maiestatis accusationem, Addito maiestatis crimine, quod
68 *tum omnium accusationum complementum erat.* † Quam-
obrem laudibus extollit summis Traianum Plinius in Pa-
negyrico, *Quod metum legis Iuliae maiestatis sustulerit, con-*
sensus magnitudine, qua nulli magis caruerunt, quam que
sibi maiestatem vindicabant, de quo Traianus ipse gloriari
solitus

solitus erat Plinio scribens epist. 86. lib. 10. Cum propositum meum optimè nosse, nec terrore hominum, aut criminibus Maiestatis reverentiam nomini meo acquiri. Eoque accusationum huiusmodi tunc latus fero, ut M. Aurelius Imperator, referente Vulcatio Gallicano in *Audio Casio*, dixerit Deinde in causis Maiestatis hac natura est, ut videantur vim pati etiam quibus probatur; & transcripsit Valenzuela in consil. 163. nu. 66. tom. 2.

69

Hoc, ut diximus, non est inde dimetere delicta, vnde nulla criminum seges; sed circa iustitiae causas cardinem se vertere, in qua Regum omnium, omniū Principū, Rerum publ. Pro regum, Regumque Ministrorum tantum interesse cernitur. Protestatus id fuit, eleganti stylo, suoq; ingenio digno Petr. Herod. lib. 7. rer. indic. cap. 20. eo expenso quod in vna, quæ infertur Principi iniuria ceterorum omnium leditur Principum auctoritas; per haec, Quæ Principi infertur iniuria, omnium Principum iniuria est; neque enim iam persona, quam dignitas ladiatur, si Cine violato, quia omnium Ciuiū sanguis consunctus existimat, violato Equite, Senatore, Magistratu, reliqui omnes suam iniuriam arbitrantur; quia ea agitatio est in alterius iniuria se se despetos, dignitatemque ordinis contemptam, & abiectam.

70

Cum autem tam atrox hoc scelus tot comitantur circūstantiae, furoris nempè, impudentiae, ac seditionis quod ad eos, qui tantum patrarunt parricidiū, verba Ciceronis orat. 2. in Catil. quibus quid inter Partes suas interesset, & aduersas exaggerat, iure mihi vendicare posse videor, *Ex hac enim parte (inquit) pudor pugnat, illinc petulantia, hinc pudicitia, illinc stuprum, hinc fides, illinc fraudatio, hinc pietas, illinc scelus, hinc constancia, illinc libido, denique equitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignorantia, cum temeritate, cum vitijs omnibus, postremo copia cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatione cōfligit. In huiusmodi certamine, & pralio, nonnè etiam si hominum studia deficiant,*

Dij

71 *Dij ipsi immortales cogent ab his praelarissimis virtutibus,
tot & tanta vita superari. † Quod eo deuenerit hominum
malitia, ut graue adeo fiat delictum occasione arrepta, qua
publicæ tribueretur causæ quicquid temerè suasit liuor!
Grauis profectò circumstantia hæc est, digna verius quæ de-
mentię (qui effectus est istius vndantis adeò affectus) quam
alteri cuiquam adscribatur causæ. † Non omittenda puto,
quæ cecinit P. Behusius Societatis Iesu lib. 1. Epigrammat.*

*Dicitur cur longa est amentis syllaba prima
Insano contra cur in amante brevis.
Sic credo, furor est amenti, pars & amanti,
Sed furor est illi longus, huic brevis est.*

73 *Sed turbidus hic affectus eos peperit furoris partus, quo-
rum longa fuerit, & duratura diu apud posteros recordatio:
† De Sardinia nūc prædicari certè nō licebit, quod affirmauit
olim Camill. Borrel. de Catholic. Reg. præstant. cap. 46. num.
151. ac etiam Iohan. Coraf. ad l. 2. Scapta deinde Sardinia
nu. 2. ff. de origin. iur. & Vico in histor. Sardin. Sardinia nec
Lupos, nec Serpentes venenosos gignit; Suo namq; sinu fuisse
venenosiores, & oppido immaniores, quas inculta magis
nemora, magisque deserta Libiæ abortæ sunt; & aluerunt
arenæ. Porro tam exsecranda feritas, de nulla adhuc legitur
muliere.*



CON-

CONCLUSIO

LÆSÆ MAIESTATIS REV SIN PRIMO CAPITE EST,
qui Generalem Locum tenentem, seu Proregem in quo-
piam Regnorū Aragoniæ Coronæ subiectorū interficit.

ARGVMENTVM PRIMVM.

Explicatur l. i. s. i. D. ad l. Iuliam Maiest.

S. II.

S V M M A R I V M.

- 1 Argumentum hoc unicū ob sui prstantiam debebat esse.
- 2 Cretenses de suo labyrintho dicebant nullum ingressis esse exitum.
- 3 Ob delictum tres leduntur persona Princeps, Magistratus, & pars.
- 4 Princeps indirectè leditur.
- 5 Prorex in Prouincia quam gerit habet potestatem, & imperium.
- 6 Contradictores sunt aliqui, qui conuinci, nō vinci possunt.
- 7 Eorum argumentis, non ipsis satis fit.
- 8 Iacobus Gabiofredus expenditur.
- 9 Principis maiestas leditur cù leditur eius Magistratus.
- 10 Merum, & mixtum imperium apud Proregem existat.
- 11 Prator etiam illud habuit.
- 12 Prorex est summus, & supremus Magistratus.
- 13 Quid si potestas, & quid imperium remissiuē.
- 14 Potestas in maioribus Magistratibus Imperium dicitur.
- 15 Merum Imperium tantum, Potestas dicitur.
- 16 In Magistratibus utrumque stat.
- 17 Magistratus appellatur Potestas.
- 18 Quod intellige de ijs qui Prouincias exteras regunt.
- 19 Imperium residet in persona Proregis.

hh

20 Non

240 Don Raphaelis de Vilosa

- 20 Non potest Prorex à se abdicare hanc potestatem.
- 21 Bouadilla casus adducitur.
- 22 Non minuitur hac potestas quia temporalis.
- 23 Sic ut nec in Dictatore.
- 24 Imo quia officium perpetuum nō est maiori pollet autoritate.
- 25 An incidat in panas l. quisquis C.ad l. Iul. Maies. qui hoc scelus committit.
- 26 Farinacij sententia refertur.
- 27 Explicatur tex.in l. i. S. i. ver. securitatem D.ad l. Iul. Maies.
- 28 Sardinia non fruitur ea quiete qua olim.
- 29 Regnum Sardinia & fuit expositum ruina, ac direptioni.
- 30 Quia per perturbatio oritur ex Proregis quam Principis nece.
- 31 Maximè cum hoc euenerit in Ciuitate Callaritana, que est Regni Metropolis.
- 32 Ioan. Jacobus Chifletius laudatur.
- 33 Eius dictum expenditur.

1 PVS quidem non esset nostros protrahere sermones ad probationes alias, quam ad eas quas hoc desiderat argumentum; quod sui inspecta qualitate vnicum esse debet, † & ab eo sane nō absimile de quo Philochorus aiebat, Cretenses nempè de suo iactasse labyrintho, referente Plutarcho in Theseo, nil mali aliud in se habere, quam quod nullus illuc ingressis esset exitus. Argumenti fundamentum est expressus Vlpiani textus in l. i. S. i. ff. ad leg. Iul. Maies. vbi enumeratis speciebus, quæ locum faciunt lēse maiestatis in primo capite criminis, hæc verba leguntur, *Qui nū imperium, potestatem nū habeat occidatur.* † Ob delictū quodlibet commissum, tres lēduntur personæ; vt Fernandez de Otero diuersi iur. qq. p. i. q. i. nū. i. Princeps nempè, Magistratus, & Pars læsa, l. si quis 7. C. ad l. Del. de iuri publ. † At quia qui principaliter lēditur Princeps non est, eum indirectè tantum lēdatur ipse; Nō igitur delictum quodvis sub lēsa maiestatis censum venit; sed illud solum, quo aut Prin-

Principis, aut qui eius gerit vices persona leditur. Vlpianus, ceterum, relatis delicti huius speciebus, inquit, Qui imperium potestatemue habentem occiderit, in hoc crimen incidit. Hoc autem ait, postquam locutus est de Republ. quæ Principis tunc gerebat vices. † Quod Prorex in Prouincia quam regit, aut Regno hanc habeat potestatem, & imperium nemo unquam negare fuit ausus; Ideoque in dubium reuocare poterit nemo, qui textus huius litteram legerit, quin certa sit nostra opinio; † Nisi tamen Cōtradicōres nostri (quod certè nolim) sint illius farinæ homines de quibus D. Augustinus ait, *Conuinci eos posse, sed vinci non posse;* † ac ut Anton. Faber in Cod.lib.1.tit.1.de Sanctor.intercess. ut quamvis eorum argumentis satisfacias, ipsis tamen satisfacere nunquam possis.

Expendit, quod ad rem attinet hanc, textum iam dictum Petr. Grego. de Repub. lib.4.cap.6.nu.17. Et 18. † sed maiori cum expressione Iacob. Gothofred. in cōment. ad l. quisquis C. Theodo. ad l. Cornel. de siccari. his verbis, sic sanè, quod repetere necesse est, Et olim lege Iulia Maiestatis tenebatur, qui Magistratum aliquem Populi Romani, vel eum, qui imperium potestatemue habebat occidere studiisset l. 1. S. 1. ff. ad l. Iul. Maiest. Quo vtiq; numero erunt Magistratus Prouinciales, qui sanè imperiū potestatemque habebant Hieronym. Gig. in tract. quem edidit de crimin. laf. maiest. quest. 26.n. 1. idem fermè quod nos propugnamus, in vim textus huius ait; Et Affl. in cap. 1.S. Et bona committentium vers. septimo n. 63.tit. Quae sint. regal. docuit in crimen lessæ maiestatis incidere eum qui officialem cui sit merum, mixtumq; imperium, occidit; † Quia Principis maiestas leditur cum eius leditur Magistratus. † Hoc autem merum, mixtumq; imperium Proregi inesse, quanquam extrà omnem controvërsiæ aleam sit, docuerunt etiam Nouar. ad Pragm. Regn. Neap. propos. 2.nu. 5. Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 6. nu. 80. Ramirez de lege Regia S. 11. nu. 31. Fontanell. decis. 3. num. 22. Sanfelic. decis. 55. nu. 13. Don Michael Cortiada olim Collega noster, de Iurisprudētia optimè meritus decis. 10.n. 14.

- 11 † Ac Prætorem id quoque habuisse probo ex text. in l. final. ibi, *aliquin inane, & elusorium Prætoris imperium esset.* At quò breuiùs èò elegantiùs quàm cæteri Quintil. lib. 5. cap. 10. hisce verbis, *Iniuriā fecisti, sed quia Magistratus, Magistratis actio est.* † Quod autem Prorex sit summus, idemq; supremus Magistratus, habes apud Mastrill. de *Magistrat.* in *pralud. nu. 51.*
- 13 Explicauit latè Bodin. in *Method. histor. cap. 8. pag. mihi*
 243. Quid potestas esset, quid imperium, statuens maiores Magistratus vtrumque habuisse; & Carolum Sigonium, atque Gruchium Festum secutos, & Grammatices adstrictos regulis refellit, quod eis potestatem tantùm inesse dicant, non autem imperium; † cum certum sit potestatem maioribus in Magistratibus imperium dici l. potestatis 215. ibi, *Potestatis verbo plura significantur, in persona magistratus, imperium ff. de verb. signif.* † Quamuis autem merum imperium tantùm, Potestas dicatur iuxta text. l. 3. ff. de *iurisdi-*
 14 † certum tamen est in Magistratibus vtrumque fuisse l. sed
 15 *eis 26. §. 1. ibi, Consalem ceterosque qui imperium potestatu-*
 16 *mue habent D. ex quibus caus. maior. l. lex 7. ibi, Qui cum*
 17 *imperiū potestatu habere D. ad l. Iul. de virpubl.* † Qua-
 18 *rè ortum hinc duxit, vt Magistratus, Potestas nuncuparetur*
l. 1. ibi, Qui Magistratum potestatu habet, D. quod quis-
que iur. l. qui accusare 8. ibi, Propter magistratum potestatu-
mue in qua agentes sine fraude in ius vocari possunt D. de
accusa. † Quod autem hoc de ijs accipiatur, qui Prouincias regunt exteras probat text. l. *cum qui 13. §. 1. ibi, Magistrat-*
rus, vel is qui in aliqua potestate sit, vt puta Proconsul, vel
 19 *alij qui Prouincias regunt D. de iurisfa.* † Confirmant mirè quod dicimus, imperium nempe hoc in Proregis residere persona, verba quæ leguntur in titulo quo decoratur idem; Ea porrò hæc sunt (vt expendere omittamus alia, & in proximum reiijciamus argumētum) locoq; *& vice nosfris* (alloquitnr Rex Generalem suum Locumtenentem) *præsis,* *&* *præferaris,* *&* *imperes respectiuè omnibus,* *&* *singulis Ar-*
chiepiscopis, Episcopis, &c.

Hoc

Hoc verò imperium, hæc potestas arctis adeò vinculis
adnectitur Magistratui, aut qui eius gerit vices, vt nequeat
ille etiam si velit eam à se aut abdicare, aut dimittere iuxta
Bouadil. sententiam *in politic.lib. 3.cap. 1. nu. 31.* † ubi quæ-
rit; an, si quis iniuriam Magistratui inferat, his verbis, *nisi
toggam baberes, hic autem respondeat, dimissurum se, aus
eam depositurum*, postquam verè dimisit, aut depositus ipse
toggam, ledatur; eandem ledens incurrat pena, quam is qui
Magistratui iniuriam irrogat; Resolutique dubium affirma-
tiuè, iuxta Io:Fabr. doctrinā *in l.seruus C.de pan.* & Cassan.
*ad Consuetud.Burgund.tit.de Iust.S.8. vers. septima conclu-
sio,* & *in Catalog.glor.mund.par.7.consid. 13.in princip. per
text.l. 1.S.usque adeò D.de iniur.usque adeò* (ait textus) *iniuria qua sit liberis nostris nostrum pudorem pertingit, vt
etiam si volenter filium quis vendiderit, patri suo quidem
nomine competit iniuriam actio filij verò nomine non compe-
tit, quia nulla est iniuria, qua in volenter fit. Sed peculiari
magis loco de hoc agetur articulo.*

20

21

22

23

Nec quia imperium hoc, potestas ista Proregis est ad cer-
tum limitata tempus non autem perpetua; Ideò quicquam
ei de sua decedit amplitudine, magnaq; auctoritate: vt nec
olim quicquā Dictatoriae decebat dignitati, quod ad tem-
pus sumeretur, nec ideo summo quicquam Dictatoris im-
perio fiebat præiudicij. Nam decempeda, qua id oporteat di-
metiri non est quidem officij perpetuitas, sed auctoritatis
limitata facultas. † Dictator sanè eadem exercebat prorsùs
jurisdictionem quam Princeps; nec alius quispiam præter
vnam ipsam Rempublicam rescindere poterat gesta. Quod
magnus hic honor intrà præfiniti temporis cōcludatur can-
cellos, quicquam tamen de sua nō amittit natura. Ità loque-
batur Hug. Grot. *de iur.bell.* & *pac.lib. 1. cap. 3. nu. 11.* Ne-
que enim (hic Auctorait) illis assentio, qui Dictatori negant
fuisse summum imperium, quia perpetuum non erat. Nam
rerum moralium natura ex operationibus cognoscitur; Qua-
rè que facultates eosdem effectus habent, eodem nomine nra-
cupanda sumi. At Dictator intrà tempus suum omnes actus
eodem

codem iure exercet quo Rex , qui est; optimo iure neque elus actus ab alio reddi irritus potest . Duratio autem naturam rei non immutat.

- 24 Quod si ex eo quod Proregis officium perpetuum non est, maiori eum pollere auctoritate probemus, scopum attigisse videbimus, tum extrae instituti nostri fines non vagabimus, principali nostro themati supperias etiam ferentes. Habeamus ex Farinac. doctrina, *in eo quem scripsit tractatu de crimin.lasa maiest.quest. 112.nu.39.* si ledatur Papae, aut Imperatoris Vicarius laesae maiestatis crimen committi. Auctores laudat in hoc Farinac. Salicetum *in l. quisquis num. 4. in fine vers.* Aut Superiorum recognoscunt C. ad l. Iul. Maiestat. Bart. Alex. Et alios, sed presertim Capyc. in decis. 13 o. dub. 6. per tot. qui de Prorege loquitur; eo quod idem sit, ut ait ipse, ac Vicarius. ¶ Difficultas autem non in eo sita est, an laesae maiestatis committatur crimen, sed an qui hosce hedit impenas incidat omnes l. quisquis C. ad l. Iul. Maiest. prescriptas. ¶ Et post multos quos citat DD. concludit tandem Farinac. se distinctionem ad hoc repperisse apud Gigan. lib. 3. quest. 23. nu. 7. inquietem, posteriorem opinionem locum sibi facere in Vicario, qui perpetuus non est, sed ad certum tempus designatus; Priorem verò in Vicario, seu perpetuo Locutente. Rationem assignat; quia Vicarius perpetuus, et si ab Imperatore iurisdictionem habeat, eam tameni suo proprio exercet nomine; Temporarius autem administrat illam, non suo quidem, sed Imperatoris nomine. Ideoque est locus regulæ quam statuit Bart super Extravag. Henrici VII. vbi dixit, crimen laesae maiestatis committi contra officiales, qui nomine Principis iurisdictionem administrant, non autem contrà eos, qui principaliter iurisdictionem exercent, licet eam habuerint à Principe, & allegat Dec. conf. 61 o. lib. 4. ac Decian. lib. 7. tract. crimin. cap. 49. nu. 40.

Ex haec tenus traditis, legitimè infertur, non solùm Maiestatis laesae crimen committi, cum Prorex leditur, eo quod temporium gerat officium ipse; sed hanc etiam ob causam in crimen istud incurri. Nam si perpetuum id esset officium

Res

Dissertatio Sexta §.II.

245

Res maiorem vtique haberet, ex auctoris huius sententia dubitationem.

Sed priusquam citatæ *I.i.S. i.D.ad l.Iul.Maies.* seponamus textum, sunt adhuc perpendenda mihi verba aliquot mirum in modum nostro apta instituto. † Enumerat in hoc textu Vlpianus delicti huiusmodi species; & inter cætera, hæc ponit verba, *Nam Maiestatis crimen illud est, quod aduersus P.Romanum, vel eius securitatem committitur.* Vocem hanc securitatem, explicans Dionysius Gothofredus ait idem esse, ac tranquillitatem, Accursij, & Vuessembecij in paralit. *ad tit.D.ad l.Iul.maies.* omisso intellectu, existimantium, vocem istam securitatem accipi debere pro comedatu quem dicimus saluum conductum, qui multis concedi confueuit. Sed Gothofredi opinio vt certior, ita est communior, & ante eū ita senferunt Bald. Duaren. *lib. 2. disput. anniuers. cap. 22.* Menoch. *in cons. 99. nu. 27. lib. 1.* Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 54. nu. 1 2.* Iacob. Durant. *lib. 1. var. cap. 1.* multa quidem cum eruditione, & Budæ. *in notis ad Pandect. super hunc tit.* vbi ridiculam Accursij censet opinionem. Et sanè nō ab ludit ab huius textus germano sensu, quæ affirmat opinio; eum qui pacem, publicamque turbat tranquillitatem maiestatis crimen hoc in primo capite committere. † Quod ceterum Sardiniae Regnum ea non fruatur qua olim letum erat quiete, & antequam id euenisset infortunium, nostro satis didicimus magnoq; dolore; cum exsecrandi huius parricidij patratores pacatissimam momento turbarint tranquillamq; Prouinciam; † Nec dubitandum, quin Regnū illud omnime exposuerint ruinæ, ac direptioni. De graui siquidem timendum præcipitio, vbi Nobilium Ciuitatnq; Sardorum fidelitatis radices olim altissimæ syderat; nunc quadantenus cernuntur. Ecquis enim certos reddiderit vñquam scelestos illos, quatenus publicæ quietis per Proregis necem posset ferri motus? Hanc rerum confusionem, hæc discrimina, pericula hæc que violentam Proregis cuiuspam consequuntur mortem, expendit appositè P. Petrus Gambacurt. Societ. Iesu decus eximium *in tract.*

27

28

29

de

- 30 *de Immunit. Eccles. lib. 5. cap. 44.* † Et in articulo quem trā-
Etat, an sceleris huius auctor, Ecclesiæ gaudeat immunitate
nu. 9. ad rem verba hæc ait, *Quia par perturbatio Reip. per*
periculum ex huius (de Prorege loquitur) atque ex Princi-
pis ipsius nece oritur: & Martin. Rumel. ad Auream Bullam
Caroli IV. par. 3. diff. 5. Huius laſione, inquit, concutitur to-
31 *ta Respub.* † Non erat planè parui momenti circumstantia,
qua grauius mage hoc esset crimen, inde enim totius Re-
gni illius timendus erat motus, quod in Callaritana Ciuitate
commissum esset, quæ Regni Metropolis est, exemplo cu-
ius de cæterarum posset motu dubitari; Nam, ut Tiberius
aiebat apud Tacit. annal. lib. 3. *Neque decorum Principibus*
sivna, aut alia Ciuitas turbet, omiſſa Vrbe, unde in omnia
regimen. Ad eluendam porrò huius notā criminis cōpērio,
32 à quodā quod Gerbert. ait epist. 1. † (quem refert Io: Jacob.
Chifletius, Vindex Hispanus antonomasticè dictus, fulgi-
dissimum seculi nostri iubar, Lipsius alter, qui solidioribus
disciplinis eruditiorum notitiam litterarum, ipsamq; etiam
historiā, & Politica adiunxit felicissimè, & maiori quidēm
cum dignitate, quam Andrēas Cannoncherius; cuius certè
Chifletij stylo magis debet Hispania quam ceteris suis om-
nibus Scriptoribus, in *Vindicijs Hispanis in Comment. pro*
Lotharingia Ducum domo editis) hanc fuisse allatam excu-
33 sationem, † *Maiestatis Reus non dicitur, cui pro Cœfare*
stare semper fuit gloria, contrà Cœfarem ignominia. At qui
non id pro se afferre posse videntur, nec debent Parricidae
isti; Nō enim stāte pro Cœfare est, cum Cœfaris turbant Re-
gnū; Nec puduit eos Cœfaris contraire iussis, Auctores se
tot delictorum quæ prius sunt consequuta, præbentes: Quā-
do è Sardinia migrare oportebat æquumq; erat; nec ibi per-
tinaciter ad eas fouendas turbationes morari, quas vigere
adhuc nouimus.

SECVNDVM ARGUMENTVM.

Explicatur Vox *Maiestas*.

S. III.

S V M M A R I V M.

- 1 *Maiestas* est summa potestas.
- 2 *Est decus, amplitudo, excellentia, ac suprema dignitas.*
- 3 *A magnitudine dicitur.*
- 4 *Ex nupijs inter Honorem, & Venerationem contractis dicitur nata.*
- 5 *Nunquam fuit Infans, quia semper maior.*
- 6 *Graci ut amatores libertatis in sua lingua hoc nomine non vtuntur.*
- 7 *Apud Romanos merum imperium inauditum.*
- 8 *Maiestas appellatur, nō recognoscere Superiorē in terris.*
- 9 *Qua Maiestate gaudet Rex nosier inuictissimus.*
- 10 *Etiam ut Rex Sardinie.*
- 11 *Est character quem venerantur etiā perditissimi homines,*
- 12 *Sic seruus Caium Marium interficere erubuit.*
- 13 *Sic in Vespesiano emicuit hac maiestas.*
- 14 *Scipio Africanus hac de causa etiam veneratus fuit.*
- 15 *Est quid latens ex quo veneratio oritur.*
- 16 *Petri Gregorij locus ad institutum expenditur.*
- 17 *Plures species huius Maiestatis referuntur.*
- 18 *In omni Imperio quod sūmū reperiitur dicitur Maiestas.*
- 19 *Eam etiā veneramur in parvulis ad Maiestatem natis.*
- 20 *Etiam dimisso Magistratu viget in aliquibus.*
- 21 *Exemplum Appiū adducitur.*
- 22 *Elegans locus Theodosij Grasuinkel consideratur.*
- 23 *Quare Imperatores, & Reges appellantur Maiestates.*
- 24 *Maiestas optima ad iumulus sedāndos.*
- 25 *Hanc Maiestatem habet Rex quia est imago Dei.*
- 26 *Dicuntur Christi Domini.*

248 Don Raphaelis de Vilosa

- 27 Persa adorabant Reges.
- 28 Elegans Tertuliani locus.
- 29 Hac maiestas communicatur Proregibus.
- 30 Et iam tempore Romanorum Magistratibus.
- 31 Diuiditur in Imperatoriam, Regiam, & Pratoriam.
- 32 Elegans Valerij Maximi locus.
- 33 Hinc iurisdictio Magistratus Imperium vocatur.
- 34 Insignis Seneca locus.
- 35 Maiestas hac precario residet in personis, quibus comunicatur.
- 36 Magistratum Dea vocabatur Maiestas.
- 37 Unicum asylum Adversariorum.
- 38 Lex maiestatis aliam quam Principis comprehendebat personam.
- 39 Singularis locus Taciti adducitur, & exornatur.
- 40 Princeps, vel Praefides cōpositio vulnus in Senatu assistant.
- 41 Quando verba solum arguuntur, presumitur quis innocens factorum.
- 42 Expenditur ad idem institutum l. de minore 10. S. 1. D. de quaſtio.
- 43 Quadam inseparabilia sunt à Diadematè Principis.
- 44 Expenditur ad id Andrea Cannonberij elegans locus.
- 45 Alius locus Bertrandi Argentre ad idem adducitur.
- 46 Expenditur cap. dudum 14. de Praben. in 6.
- 47 Sed hac locum non habent in nominatione Proregis.
- 48 Proregis occione saltem diminuta manet maiestas.
- 49 Plura loca de diminuta maiestate loquentia.
- 50 Rei etiam diminuta maiestatis reperiebantur.
- 51 Nulla differentia est inter diminutam, & laſam maiestatis.

Secundum hoc nostrum argumentum super expositiōne in vocis, Maiestas sua iacit fundamenta. Cum enim totius questionis in eo vertatur cardo, an Iēſa illa ob delictū huiusmodi queat dici; necesse omnino duco, quid sit Maiestas expendi. Quod si votis fortuna arriserit, ut peculiari alii qua

qua id aperiamus explanatione magnam ferè partem insti-
tuti nostri confecisse videbimus: cōsusendi ad hoc impri-
mis sunt Cocher. *Aphor. Politi. lib. 2. cap. 9.* Henningius Ar-
nisēus de iur. *Maiest. cap. 1.*

Maiestas, Diuus ait Thomas in *Comment. ad epistol. ad He-*
braos Diui Pauli cap. 2. erat summa Potestas. † Et Tiberius
Decianus *lib. 7. tracta. criminal. cap. 2. nn. 1.* affirmauit hanc
esse decus, amplitudinem excellētiā, & supremam digni-
tatem vel Senatus, Populiq; Romani, vel Pontificis Maximi,
vel Imperatoris, vel Regis. † Festus verò inquit à magnitu-
dine dictā. Poetę ex nuptijs inter Honorem, & Veneratio-
nem cōtractis ortam finxere; † nūquām autē infātem fuisse
quia ab ipsa nativitate prodijt maior Ouid. *lib. 6. fastor. Pli-*
nus lib. 35. cap. 10. Diuus Augustin. *de Ciuitate Dei lib. 4.*
cap. 21. §. 24. Claud. Min. *ad Alcias. emblem. 9.* Camill. Bor-
rell. *de Regis Cætholici præstantia cap. 60. nn. 27.* † Magnaq;
adeò fuit, vt Græci (forte quia tantos libertatis amatores
accepimus) quanquam diuite lingua, nomen ei indere
nequierint, vt aduertit Franciscus Broeus in *Commentar.*
ad Proæmium Institu. vers. Imperatoriā maiestatem.
nn. 2. † Hinc factum, vt Romanorum temporibus (Ara-
gonenses idem planè affirmant) inaudita hæc vox fuit
rit, *Merum Imperium*, quod Turnebus obseruauit in *Ani-*
maduerf. in Rullianos Petri Ramii Comment. Nec ullus vn-
quām Ciceronis ætate merum imperium vel dixit, vel aus-
diuit præterquām quod, nec Populus Romanus liber me-
rum imperium ferre patuisset.

Dignitas, Superiorem in terris non recognoscendi, Ma-
iestatis etiā appellatur nomine, vt noster adnotauit Mieres
magnus Gothalanus, benemeritus Gerundę Ciuitatis filius;
in Curia Montisalbi Alfonsi III. collat. 5. cap. 31. innouis
per hæc, *Sed Dominus noster Rex, § alij Reges, § Prince-*
pes Hispania, qui non recognoscunt Imperatorem habent ma-
iestatem. Petr. Gregor. *de Rep. lib. 8. cap. 4. nn. 1.* † Quod Rex
noster Superiorem in terris non recognoscat liquet inter
DD. Glos. *in can. Hadrianus in vers. per singulas 63. distinc-*

Panorm. in cap. per Venerabilē nu. 9. Qui filij sint legit. Nicol.
 Vbald. in tract. de success. ab intest. in fin. Bald. in l. ex hoc iure
 col. 2. vers. Tertio queritur. D. de iustit. Et iur. Castald. tract.
 de Imper. quæst. 53. Redin. de maiest. Princip. vers. Imperato-
 riām maiestatē nu. 35. Mastrill. qui plures refert lib. 1. cap.
 4. nu. 15. cum seqq. late Camill. Borrell. de præstant. Reg. Ca-
 thol. cap. 47. per tot. qui penè infinitos tradit Pareja de inscr.
 editi. in additionibus ad primum tomum pag. 117. & de Re-
 ge Aragonum in specie videndus Calixtus Ramirez de lege
 Regia S. 21. nu. 20. ybi plures adducit, & respondet Carolo
 de Grassalijs, qui id negat. † Et in terminis Reginis Sardiniae
 Hieronym. Oliues, origine Sardus, & in Supremo Aragoniae
 Consilio Regij fisci Patronus in Comment. super ll. Sardinia
 cap. 2. nu. 3. in fine.

11 Maiestas hæc, dignitatis præstantia est, cuius nota velut
 signum est, aut Potestatis character. Vnde factum videmus ut
 vel perditissimi homines in eos qui hanc ferunt imaginem
 suas extendere manus ausi nūquām fuerint. † Ita seruo eue-
 nit illi, qui carcerem intrare, & Caium Marium ibi necare
 iussus inermem, distentus à scelere fuit, latente illa, & solum
 in Marij oculis scintillante maiestate, vt adnotarūt Appian.
 lib. 1. de bell. ciuil. Plutarch. in Mario, & Valer. Maxim. lib. 2.
 cap. 10. † Ac etiam, statim ac de Vitellij victoria fama per-
 crebruit, apparuit in Vespesiani facie, quæ ante non se pro-
 diderat maiestas, vt Sueton. refert in eius vita cap. 7. † Syl-
 lius autem Italicus de Scipione Africano locutus, non tam
 venerabilem eum fuisse ait quia bello potens esset, quām
 15 ob maiestatem istam, † quod obseruanit quoque Petr. Gre-
 gor. lib. 8. de Rep. cap. 3. nu. 1. additq; nu. 2. auctor hic, haud
 facilè explicatu esse in quo maiestas ista sita esse dicatur; &
 dici tantū posse, eam latens quid esse ex quo veneratio suam
 16 ducat originem, † Quid autem sit illa maiestas nō potest fa-
 cilè exprimi, proprietatem rei clarè sensibus insinuando; est
 enim quidpiam latens, quod reddit prater naturam propriā
 mirabile quippiam, unde veneratio singularis, Et honor na-
 scitur, nec quale illud sit possunt ipsi admirantes notare aper-
 tū

36. Certe Dei hac virtus est, *S* radius à vera Dei maiestate, inditus, ut opinor, scù Angelus potestatis minister, vel aliud quippiam efficax, sed incognitum. † Hæc planè maiestas illa est, quam Israeliticus agnouit Populus in Moysis facie post quam Dominū fuit ille allocutus, vt ait sacer textus *Exod.* 34. Et quā Deus ipse ex Moysis spiritu in septuaginta eiusdem deriuauit Coadiutores *Numer. cap. 11.* Hæc est eadem illa, quam in Saul aspexere, postquam in Regem eum vnxit Samuel, vt *Reg. 1. cap. 10.* Et quæ Daudem comitata est post acceptam Regni coronam, vt *Reg. 1. cap. 16.* Quam in Moyse admiratus adeo fuit Pharao, vt suas in eum iniçere manus dubitarit. † In Imperijs omnibus (ait Altusius *Politico. cap. 9. nu. 97.*) magnum quid admirari est, quod maiestatis compellamus nomine, in omni enim Imperio aliquid sumum reperire licet, quod maiestatem appellamus. † Hæc demùm est quæ vel ex ipsis Principum crepūdijs ad Purpuram natorum, eius nos venerationis monitos facit, qua ergà ipsos nosmet gerere debeamus; Nec ijs parere detrectamus quos ad Imperium, antequām discernere queant lucem, natos scimus. Nec dubitandum, quin latens vis aliqua eos informet animos, quos antè prætextam ad togæ decus agnouimus creatos. † In quibusdam hæc tanta infunditur cum vi, vt etiam post abdicatum magistratū, vigere videatur adhuc, † vt de Appio refert Liuius *decad. 1. lib. 2.* qui de latus vt Reus eadem fuit veneratione habitus atque timore ac si Consul tunc esset, *Idem habitus oris* (Liuius ait) *eadem contumacia in vultu, idem in oratione spiritus erat, adeo ut magna pars plebis Appium non minus Reum timeret, quam Consulem timuerat.* † At ex primitia magis magisque vocem hanc, Maiestas, significantia verba me apud alium non repperisse fateor, quam apud Theodosium Grassuvinkeliū *eo libro, cui titulum fecit, Dissertatio de Iure Maiestatis cap. 4.* vbi postquam suum ferè lassauit magnum ingenium in peruestigando quid grandi hoc comprehendatur nomine, ita loquitur: *Ergo nihil aliud de Maiestate, id est de potestate absolute praedicari potest valentius, quam id ipsum quod sit.*

17

18

19

20

21

22

su. Ergò hac in se collata stat. Maius, aut minus non admittit, omni lege maior, nullo limite circumscripta, nullis temporum spatij arcta. Quod in corpore anima, id in imperio maiestas est. Ut sicut tota anima est in toto corpore, tota in singulis partibus, itidem & maiestas in sibi subdita; in omnia se insert, influit, se figit, ac solidè sita. Individuum quid maiestas, eoque nec diuidi potest, & facra cum sit, nulla cōmunione cum altero profanari. Summo non aliud summum: Manifestem quia egreditur, superior maiestas non est, priore asserta. Sed hac, & his similia illustrare si contendas, aut amittare, verius obscures. Claudam verbis non meis. Rectè sumum Imperium corona comparari, atque illius imaginem pingi solere. Est ea utriusque natura ut parte omissa, etiam substantiam amittat. De præcipiti loco qui cadit in medio nobis, de summo fertur in subiecta; facit vulgatum illud, coronam ne carpseris.

Pergit auctor hic, ac suprà se loquendo latus, ità ait cap. 6. *Vt neque aqualem ferat quod sumum est, esse enim ipsum illud aquale summum; duo autem summa dari non possunt. Summa vero potestati, aqualem si adiunxeris aque sumam, iam neutra erit summa. Eque est, ac si dicas dari duo infinita contrà infiniti definitionem, quia id demum infinitum docet, extrà quod nihil assami potest. Si quis infinita duaporne vellet, utrumque destrueret; idem de summis. Potestatis dictum est. Diuinè in casu hoc nostro in oratione contrà Idololatras Diuus Athanasius, ut multitudine Deorum, utilitas est Deorum; ità quoque necesse est multisudinem Principum efficere, ut nullus esse Princeps videatur.*

23 Hinc ergò factum est, ut Imperatores, ac Reges dicantur Maiestates Proem. Inst. ibi, Imperatoriam maiestatem l. 1. ibi, Imperatoris maiestatis C. de Thesuar. lib. 10. l. 1. ibi, Regia maiestatis C. ut nemo priuatus. L. si quis ex grege, ibi, Indultum nostra maiestatis oraculum. C. de cohortal. Princip. lib. 12. l. 1. ibi, ut tam in adoranda nostra serenitate. C. de silentiar. lib. 12. l. ultim. ibi, Quos Augustalis dederit maiestas. C. ubi, & apud quem. l. benè à Zenone, ibi, Qui nec maiestatem

Dissertatio Sexta §.III.

253

tem imperiale agnoscunt. C. de quadrienal. prescript. l. vltim. s. vlti. ibi, *Ad nostrā maiestatē*. C. ubi Senat. vel Claris. l. 2. ibi, *Sine à nostra maiestate*. C. de annual. except. l. penulti. ibi *Principalis maiestas*, D. de hered. instit. l. neminem 12. ibi, prout nostra se dederit maiestati. l. cōtrà ibi, *Augusta nostra maiestas*. C. de re milit. lib. 1 2. l. final. S. sed quia nostra maiestas. C. commun. de legat. l. si *Imperialis maiestas* C. de legib. l. meminisse, ibi, *Si quid contra maiestatem Imperatoris*. C. ad l. Iul. maiest. l. fin. ibi, *Nihil aliud est iam peculiare Imperiali maiestati*. C. de donat. inter, Eccl. Clementin. Pastoralis vers. sane in ipsius maiestatis offensam, de re iudic.

24

Hæc plane maiestas est, ob quam de Tiberio querebatur Populus Romanus, quod per se ipse Illyricam non adiret Provinciam, ad exortos ibi sedandos tumultus, cum ei dicentes, referente Tacito *annual. lib. 1. Ire ipsum, Eccl. opposere maiestatem imperatoriam debuisse*. † Hæc sanè maiestatem habent Reges, quod Dei referant imaginem, ut Plutarchus scripsit in lib. *Ad Principem ineruditum*. Iustitia finis legis est; lex autem officium Principis; At Principis imago Dei est omnia recte disponentis, & constituentis. † Ideò Reges Christi Domini dicuntur *Reg. 1. cap. 24*. Essæi autem ut sacram quid, & à Deo datum reputabant, ut ex Joseph de *Ætis Iudaorum aduertit*. Petrus Gregor. lib. 26. de *Repub. cap. vlti. nu. 14*. † Atque hanc ob causam Reges adorabant Persæ Iustin. lib. 6. Et Caius apud Tacit. lib. 3. *annual. aiebat, Principes instar Deorum esse*; Plato autem Regem, Deum appellavit hominum; † Sed melius nemo hanc explicauit dignitatem, quam Tertull. lib. *ad Scapulam*, & refert Brisson. *de Regn. Persar. lib. 1. pag. 8. Colimus Imperatorem*, ait, ut hominem à Deo secundum, Eccl. solo Deo minorem.

25

Sic cæterū probabimus, summam hanc maiestatem cōmunicari, & à Regibus in suos diffundi Proreges, aut Generales Locūtenentes posse, ad scopum collineabimus: Nemo enim dubitauerit vñquam, quin, humana si quippiam in maiestatem hæc attenter audacia, lædatur ipsa in sanctiori sui pectoris parte. † Et ut ab antiquioribus ordinar exemplis

26

27

28

29

30

plis; compertum habemus, Romanorum hanc temporibus in Magistratus transfundi solitam fuisse; cum ex tribus id habeamus textibus. Prior quidem est *l. penultima*, ibi, *Vbi-*
cunq; Prætor salua maiestate imperij sui, saluoq; more ma-
iorum ius dicere constituit D. de iusit. Et iur. Alius est *l. si*
familia 9. ibi, fortasse Et quia hic contempta maiestas Pra-
toris vindicatur D. de iuris d. omn. iudic. Tertius tandem est
l. quod Reip. 33. D. de iniur. ibi, Sed ad vindictam maiestatis
publice respiciat. Atque ita sentit Altus. Polit. cap. 19 nu. 97.
deducitq; Petr. Grego. de Rep. lib. 8. cap. 3. Creatis enim Ma-
gistratibus, Deus occultam maiestatem, & quasi maiorem
statum illis imprimit, quo mirabilis, & augusta excellentia,
31 *dignitas, & veneratio eorum reddatur. † Idem quoq; sensit*
Soccin. Sen. in conf. 22. nu. 4. lib. 1. vbi humanam diuisit Ma-
iestatem, in Imperatoriam nempè, Regiam, atq; Prætoriam
ac deduxit etiā Lancellot. Conrad. in Templo omn. iudic.
32 *lib. 1. cap. 1. §. 1. nu. 6. † Et Valer. Maxim. lib. 2. cap. vii. quem*
refert Pancirol. lib. 1. Thesaur. variar. cap. 2. ità ait, Est illa
quasi priuata cēsura maiestas clarorum virorum, siue Tri-
bunalium fastigio, siue Apparitorum ministerio potens in
amplitudine sua obtainenda, grato enim, Et iucundo introitus
animis hominum illabitur admirationis prætexta velata,
33 *quam rectè quis dixerit longum, Et beatum honorem esse si-*
ne honore. † Hinc autem duxisse originem, vt Magistratus
iurisdictio imperium vocetur. l. 2. ibi, Vel Magistratus im-
perio D. de adopt. Quod ea porrò fuerit in Prætorem deriuata
probatur. l. final. ibi, Alioqui inane, Et elusorium Prætoris
34 *Imperium esset D. ne quid in loc. public. † Sed ad hanc pro-*
bandam quam exornamus propositionem, à Lectore exigo
meo, vt concinnam mihi se debere fateatur ex Seneca de-
sūptam periodum lib. controvers. 4. controvers. 25. quam vnam
sufficere puto ad Auctoris huius famam. Thema est, Præto-
riscuiuspiam reprehensio eiusque nominis probroso futura
recordatio, quod meretricis cum qua cōsuetudinem habe-
ret ipse, cupere se dicentis hominem videre decollatum,
votis fecisset satis Prætor, decollari corām ea iubens damna-
tum

tum Reum quēdam. Inter ceteras quas magnus Orator hic assert rationes, suo planè magno dignas ingenio, & quas Eruditi perpendant omnes, conquestus velut de infortunio Magistratus eius eo quod meretrix vna toti Prætorio illi viseretur imperare, ita ait, *Maiestas Populi Romani per omnes Nationes, p o m m e s d i f f u s a P r o u i n c i a s i n s i n u m e r e t r i c i o i a c e t . E a i m p e r a t P r e t o r i n o s t r o q u a p r a s t i t i t . V n d ē l i q u e r ,* maiestatem illam communicabilem omnibus fuisse nationibus, atq; Prouincijs per Proconsules, Præfectos, ceterosq; id genus Rectores. † Posse verò hanc transfundi maiestatem, & per aliquod temporis spatium velut precario cuiquam communicari probat Jacob. Gothofred. in *Commentarij ad Cod. Theodos. super l. quisquis C. Theodos. ad leg. Cornel. deficar.* vbi agit de personis, quas Principis immò publicè intersit pro sacrosanctis, & inviolabilibus haberi, eosque maiestatis precarie specie indui. Quod de nullo certè alio dici melius potest, quam de Proregibus Prouinciarum, quæ Aragoniæ subsunt Cotonæ. Nec repetere semel atque iterum & pluries omittam, allatū supra ad rem hanc ex Quintiliano locum lib. 5. *Instit. cap. i o.* cum breuibus contineat verbis, & probet quicquid nostrum capit Argumētum; cuius extrema ea sunt, nimirum esse maiestatem huic cōmunicabilem Magistrati. Ac qui eum ledit lessè maiestatis in primo capite crimen committere. Cum autem pauca sint verba à Lectoris nostri humanitate id speramus futurum ut eorum nobis condonet repetitionem, *In iuriam fecisti, sed quia Magistratui maiestatis actio est.* † Hinc euénisse puto, ut Magistratuū Diua vocaretur maiestas, quod Guillelm. Stuckius adnotauit in *descript. sacror. sacrific. Gētil. pag. 18.*

Vnicum ad quod configuant Aduersarij asylum illud est, quo dicunt personalissimum hoc delictum esse, & ipsam tantum Principis respici personam in hoc. Et præter eam, alia licet immediatè magis Principem representans ut Prorex est, lardatur persona, non posse dici quod tale propriè acceptum commitatur delictum. Sed, quamuis totius nostri Thematis discursus, & quæ aggeramus argumenta in id inten-

38

tendantur omnia, vt infādām hanc obruant propositionem;
 & alibi curæ erit, vt huic satisfaciamus argumento: † Eo
 nūnc vtar ī medio, vt nostris confugiū huiuscmodi adimam
 Aduersarijs, quo liiquidō probem, prīcis etiā temporibus,
 & ante Arcadij Constitutionem in *t. quisquis C. ad leg. Iul. maiest.* (cuius quidem explicationem in id reseruamus, vt
 integrum exindē faciamus in eadem hac Dissertatione ar-
 gumentum) Maiestatis legem, aliam quam Principis com-
 prehendisse personam: † Singularem, ad rem nostram ha-
 beo Taciti locum *annal. lib. 4.* Delatus apud Senatum cum
 esset Cremutius Cordus, quod editis suis Annalibus M. Bru-
 tum laudasset, & C. Cassium Romanorum fuisse postremū
 dixisset; Accusatio Taciti subiit censuram; Eamq; nouam,
 ac nunquam ante auditam ait, *Nouo tunc, ac inaudito cri-
 mine.* Tametsi de cōsimili in Labieni personam accusatio-
 ne, quam obrem eiusdem scripta cremari iussa, acutè Sene-
 ca, *Res noua, & insueta supplicium de studijs sumi.* Causam
 dixit eleganti sanè oratione Cremutius Cordus, sed sine vl-
 la absolutionis spe, quod nullū in Cēsarī vultu miseratio-
 nis vidisset indicium; *Et Cēsar truci vultu defensionem
 accipiens.* † Optimum id documentum est pro Principi-
 bus, Præsidentibus, ceterisque Ministris, qui Consilijs ad-
 sunt, ne suos prodire sinant affectus ex vultu, quem sem-
 per eundem seruent in omnibus, & æquum. † Excusauit
 se inquiens, dum criminum nequiret, verborum tantum
 insimulari, *Verba mea arguuntur adeò factorum innocens
 sum;* Scriptores omnes viros istos laudasse, quorum res ge-
 stas nemo sine honore memorauit; Titum Liuium tantis adeò
 laudibus extulisse Pompeium, vt Pompeianum eum dice-
 re Augustus non dubitarit; Cum Brutum atque Cassium
 memorat, parricidas nec latrones, quin potius magnos vi-
 ros eos appellare solitum: Asinium Pollionem suis scriptis
 illustrem de eis peculiari sermone nobis reliquiſe memo-
 riam: Se tādem quod scripserat, nec in Principem aut Prin-
 cipis Patrem dictum, quos Maiestatis respicit lex; Sed neq;
 bac in Principem aut Principis parentem, quos lex maies-
 ample-

40

41

Dissertatio Sexta §.III.

257

amplecti iur. † Alium rēperio textum, qui expendi ad rem hanc potest, & est *I.de minore 10.§.1.ibi, In Maiestatis criminis, quod ad personas Principum attinet D. de quaſt. ex qua colligitur, non Principis tantum personam priscis illis temporibus lege Maiestatis fuisse comprehensam.*

42

Quanquam autem nō pauci DD. affirment multa à Principis persona inseparabilia prorsùs esse, & quæ in alios nequeant deriuari, ut Regale ius, quod ad Recursus attinet, de quo loquuntur Grot. *de iure belli lib. 2.cap.4.n.13. Bellug in Specul. Princip. rubr. 1. §. sed quod dices nu. 6. Aponte de potest. Proreg. tit. 3. de elect. official. §. 1. n. 24. Salgad. de Reg. protet. lib. 1. cap. 2. num. 32. Et 39. Sesse decis. 438. nu. 4. tom. 4. Scacc. de appell. quaſi. 8. nu. 111. Couar. pp. qq. cap. 4. num. 1.*

43

† Andr. Cannonher. *ad Tacit. cap. 5. pag. 76. vbiait, Quando igitur Casar exemptionem concedit, non arbitror ita eximere, quin ipse remaneat superior; Et quando transfert potestas imperandi, Et iurisdicendi, nō arbitror transferre illam quæ uniuscuiusque competit; Nam Et Moyses Principibus à se ele-ctis dedit omnem potestatem, illa excepta quæ ad ipsum unū ex diuina voluntate spectabat: Hanc enim potestatem supremam Casar nullo modo à se abdicare potest, neque scindere unitatem Imperij sibi commissi, quoniam est unicum, Et individuum, sicut unica est Ecclesia. Hinc dixit Baldus Iurisperitissimus, Imperatorem non posse à se abdicare imperium, etiam minima particula, quia per minimas particulas deueniretur ad interemptionem totius, totum diuidendo per frisa, Et ut eiusdē Baldi verbis utar, Casar qui eo pacto scinderet imperium diceretur proditor, homicida, Et periurus; excederet enim fines manda tibi à Deo, Et populo iurisdictionis, Et iuriurandum violaret, quod initio præstat de non diminuendo, sed augendo. † Id autem specialius explicauit Bertrand. Argenter. *ad Confuet. Briann. art. 28. no1. 1. nu. 2. por hæc, Non rectè à Doctoribus tradi, summum Imperium communicari, quod verum non est, si summum imperium in genere primo prout Principi soli congruis accipimus, cum ins corona semper illibatum maneat intactum, Et impracticabi-**

44

kk 2 16,

45

- le, & inseparabiliter hærens in persona Principis: Nec quod concedui idem est numero, & specie cum eo quod retinet innarum titulis imperialibus; sed quod in Principe genus est summū, in inferiori sit species, & subalternum generi primo propter mutationem personarum, & habent se ut productum ad producentem, & genitum ad generantem. Manet igitur solida potestas in Principe concedente, nec in aliū transit aquarilitate participationis, sed per derivationem, veluti lucerna accensa de magno igne ut cōcedens nihil ponat de suo supremo Iure; Quare solent prouerbio dicere, Casar erogat, & nihil ei perit, quod intelligendum de his, quae supremi Imperij iure, titulis Regalibus adharent. † Facit ad rem text. in cap. dudum 14. vers. Nos igitur, ibi, Nos igitur attendentis, quod et si memorato Episcopo predictam concessimus potestatem, penes nos tamen nihilominus remansit maior, de præbend. in 6. † Sed quæ tradunt isti, nemo non videt, ea locum nō habere in nominatione, seu Proregis electione, sed in donationibus tantum, & largitatibus quas faciunt Principes de locis cū iurisdictione; In quibus planè reseruatum semper intelligitur supremi dominij ius in casu recursus, ob notoriā oppressionem, aut iniustitiam.
- 46 47 48 49 Verūm ut dissertationem ampliemus magis. Estò Principis maiestas lēsa dici nequeat ob sui Proregis necem; Non poterunt tamen Contradictores negare, quin imminuta saltem remaneat maiestas, quando facile adeò ad Principis destruendam imaginem audaces peruadunt. † Ità sanè Caluin. sensit in Lexic. verb. Maiestas, ibi, Maiestas est in Imperij, atque omni Pop. Rom. dignitate quam minuit is qui per vim multitudinis rem ad seditionem vocauit. Cicero verò lib. 2. de orat. hoc delictum definiuit per hæc, Maiestate minuere definit de dignitate aut amplitudine, aut potestate Populi, aut eorum quibus Populus potestatem dedit aliquid derogare. Quod idem profectò est cum eo quod Iulius Seuerianus tradidit in preceptis artis Rethorice, Maiestatem imminuere est de dignitate, aut potestate Pop. Rom. aliquid derogare. Meminit diminutæ maiestatis Blancas in Comment. rerum Ara-

Aragonien. in vita Petri Quarti pag. 190. & obseruauit Ioa. Coras. in explicatione l. penul. D. de iustit. & iur. num. 6. ac Vuesembec. in Paratitl. super tit. ad leg. Jul. Maest. nu. 4. Et Cæsar lib. 3. Belli civilis ait, In hoc omnis multitudo maiestatem regiam minui prædicabat, & Lentul. epistol. 15. lib. 12. epistol. famil. Ciceronis, de Rhodijs questus inquit, Contra publicam pacem, interdixisse eos suis militibus Ciuitate, portu, hospitio, commeatu, & aqua; Et hanc indignitatem appellauit, & maiestatis imminutionem, Quam indignationem, & diminutionem maiestatis. † Hoc posito; Certum quoque est, fuisse olim ita delatos imminutæ, ut lessæ maiestatis Reos, quod probant egregiè duo ex Ammiano Marcellino petiti loci; quorum alter lib. 21. ita habet, Addebatur misericordia arumnis, qui Rei maiestatis imminuta, vel lessæ deferebantur acerbitas eius, & iracunda suspicione in huiusmodi cuncta distenta; Alter verò lib. 28. vbi ait, Vno prologo in eiusmodi causas, quas arroganti proposito maiestatis imminuta miscet. Et Apuleius, ut refert Cicero lib. 2. de natur. Deor. legem tulit, vt publicam minuens maiestatem capite puniatur, Ayma. Rial. in sua histo. iur. Canon. & Ciuil. nu. 147. † Quamuis autem Tiber. Decian. lib. 7. tract. criminal. cap. 2. nu. 5. nihil interesse contendat inter diminutam, aut lessam maiestatem, inquiens quod ut ledere est in aliqua parte offendere, ita & minuere, vel imminuire, idque probare nitatur per text. l. 1. in princip. iuncto §. 1. D. ex quibus caus. maior. Budæus tamen in annotat. posterior. ad Pandect. pag. mihi 52. in hac permanet differentia, quæ congruit magis locis superiùs allatis.

50

51

Ex dictis igitur hoc argumento probatum me Iudice vindicetur, Principis maiestatem eius Proregi communicari. Et si nemo unquam dubitauit, quin Principe lessō maiestatis crimen in primo capite committatur; idem certè fuerit, si in sui Generalis Praefecti persona lædatur.

AR-

ARGUMENTVM TERTIVM.

Explicatur immediata repræsentatio, quam habet Prorex
Principis personæ.

§. IV.

S V M M A R I V M.

- 1 Sermo est de Proregibus Regnorum Corona Aragonum.
- 2 Dignitas Proregis est maior quam Vicarij.
- 3 Delegatus à Principe dignior est propter representationem.
- 4 Habet Prorex immediatam representationem.
- 5 Non obtinet secundum, sed ipsummet locum quem habet Rex.
- 6 Idem solium occupat.
- 7 Idem debetur honor.
- 8 Est Alter nos.
- 9 Et Prorex Regni Sardinie.
- 10 Eisdem honoribus, & prærogatiis fruitur exceptis inseparabilibus.
- 11 Est imago Regis.
- 12 Potest concedere priuilegia.
- 13 Abolere delicta, & penas remittere.
- 14 Eandem habet iurisdictionem, quam Rex si in prouincia esset.
- 15 De Prorege Sardinie etiam hoc probatur.
- 16 Instructionibus secretis quadam prohibentur.
- 17 Non tamen propter hoc diminuitur potestas cum remaneat validum etiam quod contra Instructiones concedit.
- 18 Clausula priuilegij Proregis Sardinie adducitur.
- 19 Principis representatio etiam in Comedüs regios infundit animos.
- 20 Prorex est ipsu corpus Regis, vel alter Rex representatus.
- 21 Verba alia priuilegij Proregis Sardinie expenduntur.
- 22 Considerantur verba Marij Giurba.
- 23 Prin-

- 23 Princeps in Proregem totum sese profundit.
 24 Fraternitas est diuisus spiritus.
 25 Hac transfusio non est alijs concedere, sed in sua propria imagine, & persona conseruare.
 26 Hac est qua venerationem infundit.
 27 Lac ademoniorum Legati dictum.
 28 Romani Proconsulibus concedebant, ut iisdem insignis possent vii.
 29 Explicatur tex.in l. 1 S. casum D. de postulan.
 30 Maiestas vertitur vel in Imperio, vel in dignitate imperij, vel in veneratione.
 31 Secunda laesa maiestatis species est quoties veneratio Principibus debita dicto, vel facto violatur.
 32 Elegans Ioannis Leslai locus expenditur.
 33 Identitas persona Proregis, & Principis probatur ex Sacra Scriptura textu.
 34 Est character quidam id quod in Prorege exprimit haec representatio.
 35 Elegans Marci Zuerij Boxhornij emblema.

Dissertationis huius initio diximus, pluriesque repetitum à nobis est in eiusdem progressu, loqui nos de ijs Proregibus, qui Aragonicæ subditis corona Regnis presenti; eo quod videatur mihi in Priuilegijs, seu Titulis eorum clausulas legi, quæ cōmunicationem in ipsos designent totius magnitudinis, atque maiestatis, quæ in Principe est. Nec tamen repugno, aut dubito quin eadē hæc alijs insint Præfectis, Vicarijs, aut Locumtenentibus Generalibus, in quos fuerint à Principe transfusa. † Alijs Regnis (ait de Hispanorum Proregibus locutus P. Adam Cotzen lib. 7. de Republ. cap. 21. S. 14.) non ita vītata dignitas, maior est, quam potestas Vicarij. Atqui ego, et si vt certam admittere iūuet opinationem Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 111. nu. 70. afferentis quod honor, & pralatio nō prouenit ex iurisdictione, neque ex qualitate, & quantitate ipsius sed ex representatione, † ideoq; affirmantis nu. 81. quod Delegatus à Principe

1

2

3

cipè dignior sit, quanquā iurisdictio eius minor sit, ea quām Ordinarius habet quia representat personam Principis, hoc etiam casu scopum attigisse videbor. Nec opus fuerit in hac re disceptare famigeratam adeò, adeoq; controversam questionem, præsertim Gothalanos inter, & Valentinos; An Proregis iurisdictio delegata sit, an Ordinaria, de qua sexto agemus argumento; Sed assumemus eam nunc ut medium ordinariæ probandæ terminum; † Et certum planè est immediatam illum habere Principis personæ representationem; ac esse ut alium Regem representatum Oliba de iur. fisc. cap. 4. nu. 58. Cancer. 3. par. variar. cap. 3. nu. 329. Ripol. de regal. cap. 11. nu. 27. Bosch de los titols de honor lib. 2. cap. 36. nu. 39. vers. El Rey Carol. de Grass. except. 1. nu. 43. Nouar. ad Pragm. Regn. Neap. prop. 2. nu. 4. Amendol. ad Franc. his decis. 165. n. 1. Aponte de potest. Proreg. tit. 1. nu. 1. Portolez S. Locumtenens Generalis nu. 6. in fin. Fontanell. decis. 433. nu. 18. par. 2. Giurb. conf. 19. nu. 17. § conf. 59. num. 2. Ramirez de lege Regia §. 11. nu. 3. Berart. in Specul. Visitat. cap. 9. nu. 1. § 2. Mastril. de Magistrat. lib. 5. cap. 6. nu. 21. Solarzan. de Iur. Indian. tom. 2. lib. 4. cap. 9. nu. 6. § 7. Matheu de Regi. Reg. Valen. 10. 1. cap. 2. S. 1. nu. 2. Sanfelic. decis. 221. nu. 8. Cortiada. decis. 10. nu. 5.

5 Obtinet Prorex non secundum quidem à Rege locum, ut tenuere Ioseph, & Aman, sed eūdem illum ipsum quem Rex haberet ipse, si in Prouincia degeret Oliba de iur. fisc. cap. 4. nu. 61. § 64. Cancer. 3. par. var. cap. 3. n. 329. Bosch. tit. de honor. lib. 2. cap. 36. S. 3. in fine principij, § 39. vers. lo Tribunal Dō Acac. de Ripol ad Peguer. in prax. ciuil. rub. 27. nu. 77. Xammar de offic. Iudic. p. 2. quæst. 7. num. 97. § de priuileg. Cinitat. Barcino. S. 7. nu. 4. Fontanell. decis. 433. nu. 18. par. 2. Carol. de Grass. except. 1. nu. 43. Ramirez de l. Reg. S. 11. nu. 3. Cortiada decis. 10. nu. 6. Dominieus Tassorius de antefato vers. 2. obserua. 2. nu. 12.

6 Idemque solium habet, quod Rex Nouar. ad Pragmas. Regn. Neap. propos. 2. nu. 11. Bellug. in Specul. Princip. rub. 6. nu. 4. cum relatis per Don Laurentium Matheu de Regi. Regn.

Regn. Valen. tom. i. cap. 2. §. 1. nu. 22. cum alijs relatis per Mastrill. de Magistr. lib. 5. cap. 6. nu. 34. Cortiada dict. decis. 10. nu. 7. † Tum consequenter idem ei debetur honor, ac Regi iuxta textum in cap. precipimus 93. distinct. *Guillelm. de Montalanduno in Clem. 1. de offic. Vicar. Menoch. conf. 52. nu. 75. Et conf. 885. nu. 9. Berart de Visit. cap. 9. nu. 34. Bouadill. lib. 3. Polit. cap. 2. nu. 1. Et nu. 20.*

Immediatè adeò Regis repræsentat personam vt sit Alter nos Oliba de iur. fisc. cap. 4. nu. 58. Et 61. Cancer. 3. par. variar. cap. 3. nu. 329. Ripol. var. resol. cap. 1. nu. 11. Et de Regal. cap. 1. nu. 13. Et cap. 21. n. 29. Et in addit. ad Praxim D. Ludouici à Peguer. rubr. 27. nu. 77. Io: Paul. Xammar de offic. Iud. p. 1. q. 7. nu. 97. Gabriel Berart de Visit. cap. 9. nu. 2. Fontanel. decis. 3. nu. 7. Et 433. nu. 18. Ramirez de lege Reg. 5. 11. nu. 1. Belluga in Specul. Princip. rub. 25. nu. 4. Sesse decis. 175. nu. 5. Franch. decis. 163. nu. 3. Muta decis. 44. nu. 22. Bosch. tit. de honor. lib. 2. cap. 36. §. 39. vers. Rey Solorzan. de Guber. Indiar. tom. 2. lib. 9. cap. 9. nu. 10. Sanfelic. decis. 222. nu. 8. Giurb. conf. 19. nu. 19. Mastrillo de Magistratib. lib. 5. cap. 6. nu. 32. Et decis. 205. nu. 14. Nouar. ad Pragm. Regni Neap. propos. 2. nu. 10. Castill. decis. 113. nu. 6. Et 18. Suevus conf. 41. nu. 36. lib. 2. D. Laurentius Matheu de Regi. Regni Valen. to. 1. cap. 2. §. 1. nu. 15. Cortiada decis. 10. nu. 13. Montan. de Regal. in proem. n. 29. Octau. Glorit. resp. 1. par. 3. nu. 179. Et respons. 7. nu. 35. noster Vicecancell. D. Christophorus Crespi de Valdaura obser. 5. nu. 72. † Et in terminis Proregis Sardiniae D. Francisc. Vico ad Pragmat. Regni Sardiz. lib. 2. tit. 25. cap. 12. nu. 15. Camill. Borrel. de Prastant. Reg. Cathol. in prefat. nu. 60.

Eisdemq; honoribus prærogatiuis quibus Rex ipse fruiatur, ijs tantum exceptis quæ incommunicabilia sunt, & à Corona inseparabilia l. 2. cum gloss. C. de offic. eius qui alter. Vic. ger. Bart. in l. si filius D. de legal. Et in l. comperimus nu. 4. C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12. Felin. in cap. cum magister de maior. Et obed. Boer. de auct. Magn. Consil. nu. 67. Carol. de Grassis. excep. 1. nu. 45. Surd. conf. 281. nu. 1. Et conf. 540. n. 18.

Nouar. ad Prag. Regni Neap. propos. 2. nu. 5. Berart. in Specul. Visita. cap. 9. nu. 10. E° 11. D. Lauren. Matheu de Regim. Regn. Valen. tom. 1. cap. 2. §. 1. nu. 13. Cortiad. decis. 10. nu. 9. Giazziresol. decis. 2. & ibi addit Balthas. de Angel. nu. 8. Surgen. de Neap. illustra. cap. 22. nu. 8. Menoch. conf. 52. n. 162. Roman. singul. 362. Mirauete de Blancas tract. de Prorege extraneo par. 1. pag. 23. Castal. de Imperat. quest. 75. num. 5. Octau. Glorit. resp. 7. nu. 35. cum alijs traditis per Mastrill. de Magistrat. lib. 2. cap. 6. nu. 26.

11 Debetur ei idē honos, ac Regi ipsi cuius imago est l. eos, ibi, *Qui imaginem Principis C. de appellat. l. 1. C. de off. Vicar.* ibi, *Ei indicationis nostra soleat representare reverentiam.* Mastrill. lib. 5. de Magistrat. cap. 6. nu. 34. Menoch. dict. conf. 52. nu. 1. 75. E° 167. Nouar. ad Pragm. Regni Neap. propos. 2. nu. 12. D. Francisc. Vico ad Pragm. Regni Sardin. lib. 1. tit. 2. cap. 1. Solorzan. de Gubern. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 9. n. 13. D. Laurent. Matheu de Regim. Regn. Valent. tom. 1. cap. 2. §. 1. num. 23. Cortiada decis. 10. num. 10. Guilhelm. de Montelaudino in Clemen. 1. de offic. Vicar. Martinez in tract. de Prorege extero nu. 374. Lel. Altograd. conf. 1. nu. 44. tom. 2. & esse Regis imaginem probat Dominicus Tassonius de Anifato vers. 2. obser. 2. nu. 12.

12 Priuilegia cōcedere potest Cancer. 3. par. cap. 3. nu. 325. Oliba de iur. fisc. cap. 4. nu. 58. Fontanell. decis. 433. nu. 18. par. 2. Bossius tit. de Princip. nu. 87. Giurb. conf. 19. num. 46. Mastrill. lib. 5. de Magistrat. cap. 6. nu. 243. D. Laurent. Matheu de Regim. Regn. Valent. to. 1. cap. 2. §. 1. nu. 73. quos refert Cortiada d. decis. 10. nu. 16.

13 Abolere delicta, & pēnas remittere potest Mastrill. dict. cap. 6. nu. 147. E° decis. 205. nu. 8. Giurb. conf. 22. nu. 11. E° conf. 74. nu. 16. Gabr. Berart. cap. 9. nu. 33. Reg. Vico in Comment. ad ll. Sardi. lib. 2. tit. 25. cap. 12. Sesse de inhibit. cap. 1. §. 5. nu. 10. Portolez ad Molinum §. Rex nu. 282. D. Ludovic. à Peguer. decis. 39. Ripol. de Regal. cap. 35. nu. 37. Ramiree de leg. Reg. §. 25. n. 45. D. Laurent. Matheu de Regim. Regn. Valent. 10. 1. cap. 2. §. 1. nu. 95. Cortiada d. dec. 10. nu. 17.

Ean-

Eandem habet iurisdictionem quam Rex; Idque etiam.
potest quod Rex, si in Prouincia illa adesset Franchis decis.
165.num.2. vbi eius Addition.Amendola num.1.Bellug.in
Specul.Princip.rubr.25.Fontanell.d.deci.433.nu.18.par.2.
Ripol.cap.21.nu.47. Aponte de Poteft.Proreg.tit.1.num.1.
Ballis tract.vari.lib.5.de offi.Proreg.nu.3.Castill.decis.113.
nu.6.Marc.decis.17.nu.4.Berart in Specu.Visit.cap.9.nu.1.
Burgius de mod.proced.ex ab rup.quaft.51.nu.3.Giurb.conf.
19.nu.13. ♂ 19. ♂ conf.59.nu.2.Nouar.ad Pragm.Regni
Neap.propos.2.nu.4.Sanfelic.decis.221.nu.8.Frecc.de sub-
feud.lib.2.tit.quis dicatur Dux nu.29.Bossiustit.de Princi-
pe nu.87.Greg.de feud.cap.10.nu.16.Surgen.lib.1.de Neap.
Illustr.cap.22.nu.11.Grass.excep.1.nu.44.Milanen.decis.8.
nu.71.lib.1.Masfull.ad Capyc.decis.121.num.10.Cancer.3.
par.variar.cap.3.nu.329.Iac.Gallus conf.184.nu.8.Caual-
can.de Brach.Reg.par.1.nu.167.Menoch.conf.1201.nu.19.
♂ conf.963.nu.11.Surd.conf.281.nu.1.♂ conf.540.nu.18.
♂ conf.514.nu.18.Felician.alleg.3.num.33.par.1.Decian.
conf.23.nu.66.volum.1.Octau.Glorit.resp.1.nu.179.par.3.
♂ respons.7.nu.35.Mastrill.lib.5.cap.6.nu.24.et 245.et lib.
3.cap.10.nu.12.Cortiada decis.10.nu.18.& 19.Portolez §.
Locumienens nu.5.& 6.Don Laurent.Matheu tom.1.cap.2.
§.1.nu.13.Madariaga tract.del Senado,y su Principe cap.4.
§.1.vers.El terçero Senado pag.56.Don Ioan.Solorza.lib.4.
de India.guber.cap.10.nu.1.† Ac in terminis Proregis Sar-
diniæ D.Ioan.Dexart ad cap.Regn.Sardin.in proem.nu.25.
Reg.D.Francisc.Vico ad Pragm.eiusdem Regni lib.1.tit.4.
cap.4.nu.5.

Quanquam autem in more habeant Principes dandi suis
Proregibus secretas quasdam instructiones, quibus nonnulla
ex palam eis concessis prohibeantur fieri, iuxta §. ut au-
tem in Autb.de Praefide Pisidia collat.10.Cerdan.in Verilo-
quio cap.1.§.2.Aponte de Poteft.Proreg.tit.1.num.2. et §.4.
nu.5.Ramirez de lege Regia §.11.nu.6.Mastrill.de Magistr.
lib.5.cap.8.nu.146.Fontanel.decis.433.nu.21. et 23.par.2.
Bardaxi for.1.Quod Dominur Rex non possit facere Locum-

tenentem Generalem nu. 5. Sanfelic. decif. 62. nu. 13. Cortiada decif. 10. nu. 21. Valenzuela conf. 147. nu. 42. Giurb. dict. conf. 19. nu. 25. vbi Philippi II. literas affert scriptas 8. Aprilis ann. 1591. Comiti Albæ de Aliste Sicili æ Proregi per quas ità Rex ait, Audiuimus Proreges qui pro tempore fuerunt in isto Regno obtenu auctoritatis quam in priuilegijs eis damus, appellantes ipsos Alter Nos, dispensare, &c. ab solutam ijs verbis dantes intelligentiam.

17 Hoc tamen auctoritatem non minuit, validum namque remanet quicquid contrà instructiones facit Prorex Ripoli de regal. cap. 1. nu. 15. Bosch *de titols de honor lib. 2. cap. 36. §. 39. nu. ningun altre* Fontanell. decif. 433. nu. 22. par. 2. Raimirez de lege Regia §. 11. nu. 7. Cortiada d. decif. 10. nu. 22. Don Ioannes de Solorzan. lib. 4. de gubern. Indian. cap. 10. num. 4. ¶ lib. 2. cap. 4. num. 76. Carol. Paschal. de legat. cap. 58. ¶ 59. Mirauete de Blancas *in tractatu de Prorege extran.* vbi nonnulla affert exempla par. 1. pag. 64. ¶ 65. & præ ceteris scopum attingens magis Dominus Vicecancellarius Aragoniæ obser. 12. nu. 13. quidquid dicant Cöfiliarius Franciscus Roccus de offic. Regen. rubr. 12. nu. 7. & Tasson. de Antefato.

18 Deprehenditurque ex clausula quadam quæ habetur in priuilegio Camaraæ Marchionis cum Sardiniae designatur Prorex, quæ talis est, *Item conuenimus, ¶ promittimus in bona fide Regia in manibus, ¶ posse Secretarij nostri, ¶ Notarij infrascripti predicti, omnia ¶ singula à nobis prote, ¶ illis etiam personis cuiā intersit legitimè stipulantis, nos ratum validum, atque firmum perpetuò habere quicquid, ¶ quantum per te Alter Nos, personamque nostram representantem, huiusmodi potestatis vigore actum fuerit, tanquam si per nos administratum fuisset, ¶ nullo tempore reuocare sub bonorum, ¶ iurium nostra Curia obligatione.*

19 Don Didacus à Saavedra Hispaniæ nostræ decus, cap. 11. *Corona Gothicæ* inquit, Principis personam, vel in Tragedijs, aut Comædijs gestam Regios instillare animos. † Quod si ità est in ficta; in vera quam Prorex agit representatione nonnæ

nonnè maius quid inde fuerit? De eo sanè locutus Gabriel Berart in *Specul. Visit. cap. 9. nū. 1.* ait, *esse ipsum corpus Regis cuius locū tenet, & n. 2. inquit, Est alius Rex representatus.*

Vt tandem vno liqueat obtutu, quam ei tribuat Princeps auctoritatem, atq; potestatem; referre iuuat verba substantialia magis, quæ in priuilegio Proregi Sardiniae concessa leguntur, & sunt hæc, *Tenore igitur presentis, de nostra certa scientia, Regiaque auctoritate, deliberatè & consultò te Locumtenentem nostrum Generalem in dicto Sardinia Regno ex latere nostro dextro sumptum, personamq; nostram representantem facimus, constituimus, creamus, & ordinamus ex ipsoque latere nostro dextro delegamus. Ità quod tu in predicto Sardinia Regno, & cunctis illius partibus sis Locumtenens Generalis noster ex latere nostro dextro sumptus personam nostram representans, locoq; & vice nostris præsis, & preferearis, & imperes respectuè omnibus, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, &c. tāquam nostra persona, & Alter Nos disponere imperare, & statuere pro liberto voluntatis tua, & prout tua prudentia, & discretioni pro nostri seruitij, & status conseruatione Reip. Regni huiusmodi videbitur expedire. Possis etiam exercere, & exercere facere omnem iurisdictionem ciuilem, & criminalem supremā, & infimam, & alias quamcunq; merum, & mixum imperium cum omni gladij potestate, Delinquentes quoscunque puniendo etiam si inculpati existant de crimine laesa maiestatis in primo, & secundo capite, & remittere, & perdonare, & componere, &c. Possis etiam, &c. & alios quouis actus digniti nostrarer eruatos facere, et generaliter omnia alia, & singula facere, & pleno modo exercere, que ad predicta, & eorum singula, et alia que occurrere possunt necessaria, utilia, et quomodolibet opportuna, et qua nos ipsi faceremus, facere que, exsequi adimplere, et mandare possemus, si in eodem Regno personaliter adessemus, etiā si ita forent, que de iure, vel de facto, aut alias mandatum exigerent magis speciale, quam presentibus est expressū; Nos enim ita et super præmisī, etc. omnem potestatem auctoritatem, et facultatem tibi*

con-

*conferimus, concedimus, et plenariè elargimur cum libera,
et generali administratione, et plenissima potestate.*

- 22 Omittenda planè nō sunt, nàm ad rem mirè faciunt, verba Marij Giurba *conf. 19. num. 17.* sic enim s̄ e res habet (ait Auctor hic, cum de authoritate quam Princeps in Proregem trāsfert, sermonem haberet) † vt Princeps ipse in mādato quod facit totum s̄ e in ipsum suum Proregem Locumtenentem Generalem profundere, omnemq; suam potestatem in eum transferre videatur . † Ad quod pertinere posse puto quod de fraternitatis vinculo Quintilian. ait *declam. 321.* *Nàm quid est aliud fraternitas quàm diuisus spiritus.* Sed elegantiū nemo hanc hucusq; expressit representationem prēter vnum Dominum Vicecācellarium Aragoniæ obsernationum suarum primā nu. 230. ita, Poteſt illam Regaliam Princeps communicare Proregibus suis, qui illum immedia-
tē repräsentant, & Prefectis Pratorio. † *Quia hoc nō est tām alijs concedere, quàm in sua propria imagine, & representatione conseruare, eamque ubi ipsius Principis vel persona, vel imago viva adest cum illa altissima potestate qua Alter Nos constituitur Prorex, sīc Praes retinere maiestatisque radios, & splendorem effundere.* Nullum certè ingenium prēter istud tām propriè, ac bellè de re differuit ista.
- 26 Immediata hæc repräsentatio est quæ venerationem in eius infundit personam, & cuius precium, quo habenda illa est, † declarauit egregiè Lacedemoniensium Legatus ille, qui rogatus quam gereret ipse personam respōndit, se vtique, si quod petebat adsequeretur, vti Reip. suè Legatū venisse, sin secus, velut priuatum quempiam. Id innuens, magnitudine representationis eius tunc vtendum, quum peream id assequare quod petisti. † Ad hanc inducendam venerationem Proregibus suis Romani eadem dederūt insignia quibus vtebatur Res publica, vt latiùs sexto dicimus argumento. † Ideoque adnotauit Vlpianus *in l. 1. §. casum D. de postuland.* non aliam ob causam cęcū in iudicio adesse non posse, quam quod videre, tum venerari nequiret Magistratus insignia, *Dum cęcum utrisque luminib⁹ orbatum*
- 27
- 28
- 29

Pra-

Dissertatio Sexta §.IV.

269

*Prator à postulando repellit, quod insignia Magistratus videre, & reuereri non posset. Quod adnotauit etiam Pancirol. lib. 1. Thesau. variar. cap. 10. † Et hoc, Herclè, est quod Iacobus Gothofredus ad l. quisquis C. Theodos. ad l. Cornel. de sicut ait, Maiestatem veriti, vel in Imperio, vel in dignitate Imperij, id est in securitate, & amplitudine Imperij, vel in veneratione. † Quare secundam lēsa maiestatis delicti speciem Auctor hic ponit, lēsionem venerationis Maiestatis, Secundum Maiestatis crimen voco lēsa venerationis, vide licet, quoties debita Principibus venerationis facta, dictouē aliquo atroci violatur l. 6. & l. 7. D. ad leg. Iul. maiestat. † Hoc idem probat Ioan. Lesleus de reb. gest. Scotorum, qui lib. 1. de Scotia Magistratibus locutus ait ita, Hic tanto in honore (de Prorege loquitur) est, ut si quis illius dicto, & imperio morrem non gerat, violate Regia Maiestatis mandati nomen incurat; Regis enim personam quam gerit in illo ladi, agerri-
mē omnes ferunt.*

Sed quod ad rem nostram, probare sufficit, immediatam unam representationem efficere, ut illata Proregi iniuria habeatur, ac si ipsimet Principi esset illata. Ad quod probandum affero textum in lib. 1. Regum cap. 8. ex quo habetur, cōuenisse Israelis Populum ad nouum sibi diligendum Regem; Et de hoc Samuelem eorum Principem cōsuluisse, inquietes, quanquam filios haberet ipse, in quos foret æquum ut Dignitas conferretur illa, videri tamen sibi non eos esse qui Principem hunc obtinere locum possent, Ecce tu sensisti, inquieti, & filii tui non ambulant in vijs suis, cōstitue nobis Regem ut iudicet nos; Consulenti vero Samueli Deum de re hac, id responsum ab irritato per huiusmodi petitionem Deo tulisse, afflicturū se Populum hanc ob audaciam, indicata etiā punitione, & qua ille esset afficiendus pena, Non enim te abiecerunt (ait Deus) sed me ne regnem super eos; Ac si dixisset, me quidem, non te affecerunt iniuria, quia me in eorum Regem noluerunt. Vnde d'gnoscitur apertè, illatas ei qui Deum representat iniurias, perinde haberi, ac eas quæ in Deum committuntur ipsum. Ita

pror-

30

31

32

33

34 prorsus illatæ Proregi, censendæ sunt, ac in Principem ipsū factæ iniuriæ. † Est certè velut caracter quidam id quod maiestatis communicationem in Prorege imprimit; Inquiete eodem Gothofred. *super d. l. quisquis per hæc, Attamen Arcadium factionem istam tanquam aduersus seipsum, seu maiestatem suam, & corpus initam ad animum suum reuocasse, nempè maiestatis sua fulgore, seu caractere personis illis impresso, corporisque sui communicatione tributa;* seu ut inquit Alex. ab Alexan. lib. 4. dier. genial. cap. 23. *Ac quadam inter eos effet societas, & coniunctio imperij.* † Sed elegantiùs magis Marcus Zuerius in emblem. politic. 16. pag. 108. allatus à Solorzan. *de Indiar. gubern. lib. 4. cap. 9. nu. 12.* qui, ad repræsentationem significandam istam, eandem pinxit in folio figuram, hoc addito titulo, *Alter et idem*, & in hunc explicauit modum, *Quemadmodū sigillum cera impressum eandem ipsi vim præstat quam habet, ita Maiestatem in fortune sua ministros Princeps transmittit: Cū enim unius hic sit omnibus præesse, unus tamen omnia præsens ipse non possit moderari, in partem curarum vocandi per quos ibi sit ubi non est, loquatur ubi tacet, & ut simul dicam, cum imperio agat ubi oportet, et non videtur. Tantum est in Maiestate; datur illa alijs, et in potestate eius manet, qui dedit. Idem tamen est hac parte qui accipit, cum illo à quo accepit. Princeps se in alium, altius se in Principem transfudit, dum ille per hunc; hic pro illo agit; ille cōmodata; hic accepta maiestate.*

Ex his doctrinis consequenter infert idem D. Ioa. de Solorzan. nu. 14. eundem deberi honorem, eandem prorsus reverentiam Proregibus, quæ Regibus ipsis; Nosq; etiam legitimam, veramque colligimus illationem, quæ antecedentia ista omnia consequitur.

QVARTVM ARGUMENTVM.

Explanatur vox Princeps, & Principatus.

S. V.

S V M M A R I V M.

- 1 A Principis salute totus pendet Status.
- 2 Prorex est, & vocatur Princeps in Prouincia in quod respicit.
- 3 Joseph erat Princeps in terra Aegypti, & Pharao erat Rex.
- 4 Idem dicitur de Aman.
- 5 Nec Joseph, nec Aman tantam autoritatem habuerunt sicut ceteri Proreges.
- 6 Proreges appellariur Principes in Prouincia quam regant.
- 7 Reges etiam vocantur Principes.
- 8 Plures significaciones huius vocis Princeps.
- 9 Rex appellatur Princeps, & Princeps appellatur Rex.
- 10 Cathalonia Regni nomine à multis illustratur.
- 11 Unde originē traxerit quod Cathalonia Principatus appelletur.
- 12 Reges Aragonia semper suis pretulerūt insignia Comitis Barcinona, & quare.
- 13 Comes Barcinona nullū in terris recognoscit superiorem.
- 14 Principatus Romanus fuit dictus quicquid Imperio subiectebatur Romano.
- 15 Bullis Pontificij quibus conceduntur decima, & subsidia Domino nostro Regi in Regnis Hispaniarum comprehensa fuit Cathalonia.
- 16 Sicut, & Principatus Asturiarum.
- 17 Licet in titulis non reperiatur Rex Cathalonia.
- 18 Elegans Aemiliij Probi locus.
- 19 Sed nec inter titulos legitur Princeps Cathalonia, & quare.

mm

20 Ti-

- 20 *Titulus Comitis Barcinona virtualiter continet omnia.*
 21 *Quia Regia potestate pollet, & superiorem non agnoscit.*
 22 *Barcino fuit Metropolis secularis Cathaloniae.*
 23 *Decisiones Rot. Rom. circa materiam quomodo intelligenda.*
 24 *Vis argumenti in epilogum redacta.*

1 **A**mmianus Marcellinus lib. 24. ait maius in Rep. periculum illud esse quod ex morte, aut Principis lesionē prouenit; à cuius quippe salute totus pender Status, *Periculum enim omnium maximum ex morte, aut lesionē*, *Principis esse quis ignorat?* *A salute enim Principis velut à filio dependet Status ipse;* Cui sanè dicto respondet Egesippus illud, *In milite unius fors est, in Imperatore universorum periculum.*

2 Nemo vñquam negare ausus fuit, quin in Regis personam injicere manus lēse maiestatis sit delictum, & quidem in primo capite. † Prorex est, vocaturq; Princeps in ea quam regit Prouincia; Si igitur hic occidatur, idem prorsū committitur delictum. Maior argumenti propositio indubia est.
 3 Minor probatur ex sacra Scripturæ textu † Genes. cap. 42. vbi hæc leguntur verba, *Et Ioseph erat Princeps in Terra Ægypti;* cum tamen certum sit, Ægypti Regem tunc esse Pharaonem; Ioseph autem Generalem, velut Locutentem. *Quod colligitur ex verbis cap. 41.* *Tu eris super dominum meam, & ad tui oris Imperium cunctus populus obediens;* *vno iantum Regni solio se precedam;* Et ex sequentibus verbis, *Ecce constitui te super uniuersam terrā Ægypti,* & *Fecitque eum ascendere super currum suum secundam,* ut *propositum esse scirent uniuersa terra Ægypti.* † Idemque de Aman fuit, vt legitur Esther cap. 3. & cap. 13. de quo sacer ait textus, *Posuerat solium eius super omnes Principes,* *quos sub se habebat.* † Atqui nec Ioseph, nec Aman exhibita auctoritas, quæ nostris datur Proregibus; Nam vt ex relatib; verbis liquet, non habebant, quia Rex ibi aderat, idem solium quod Princeps, secundum habebant carpentum, seu currum, non autem primum; Vnde dignoscitur secundam
 4 à Rege
 5

á Rege personam illos gessisse. Nostri verò Proreges, non secundum, sed primum quidem ipsum tenent solium, ut tertio probauimus argumento: Primam gerunt non secundam ipsi personam. † Appellaria ueni Principes in demandata eis Prouincia Proreges probat Octavius Glorius resp. 7. nu. 35. & laudat Hyppol. de Marsil. in l. si quis obrepserit nu. 2. D. ad legem Cornel. de fals. & Mastrill. lib. 3. cap. 6. nu. 30. Idemq; sentiunt Nouar. qq. foren. qta. 30. nu. 2. Giurba conf. 19. nu. 19. in fin. Gabr. Berart de visitat. cap. 9. nu. 3. Fontanell. decis. 433. nu. 20. par. 2. quos refert Cortiada decis. 1. o. num. 8. † Reges appellari Principes notissimum est, & vbi Martialis ait, te Princeps dicere voluit, te imperante, & habet ex l. 1. in prine. iunct. §. 1. D. de Constit. Princeps. vbi postquam I. C. ait, Quod Principi placuit legis habet vigorem, de eodem hoc Princeps locutus, Imperatorem eum appellat, ibi, Quodcumque igitur Imperator, & ex l. 2. D. de adopt. multisque alijs legibus. † Et ut missas faciamus significaciones vocis huius Princeps, quas affert glos. in Clem. unic. de Baptism. verbo Regum, quas post acrem in eam factam censuram transcripsit ad literam Mar. Ital. de Immun. Eccl. lib. 1. cap. 5. Sc. 2. nu. 1. p. † Certum exploratūq; est Regem appellari Principem, & Principem, Regem dici, vt Corsetus aduerit de potest. Regis quaf. 17. nu. 12. Mastrill. de Magistrat. par. 2. lib. 2. cap. 3. nu. 26. Decian. conf. 19. num. 224. lib. 3. † Ideoque multi Cathaloniam Regni nomine decorant Auctores, Francisc. Didaci de Ayusa de antiquitate prefap. Osca lib. 3. cap. 3. U. lib. 5. cap. 2. Cened. qq. Canon. quaf. 11. nu. 9. Dimas Serpi in Histor. Sanctorum Sardinie lib. 1. cap. 2. in fin. U. lib. 4. cap. 3. Salgad. de Reg. protect. par. 1 cap. 1. pralud. 3. nu. 107. Cæsar Caren. resolut. 60. num. 5. Perguer. in praf. criminal. cap. 4. in fine Fontanell. de pact. nupti. claus. 4. glos. 13. par. 3. nu. 18. in fin. Michael Ferter par. 3. obseruati. cap. 172. Matheu de Regim. Regni Valen. 10. 2. cap. 7. §. 3. num. 33. Peñaz in vita Nicolai Eymerici qua habetur in Direct. Inquis. Paramo de orig. Sanct. Inquisit. lib. 2. iii. 2. cap. 9. 1. Camill. Borsell. de præstant. Reg. Cathol. cap. 26. Belluga

6

7

8

9

10

11

in *Specul. Princip. rubr.* 34. num. 1. Illescas in *Histor. Pontif.*
 par. 2. fol. 44. Thoro in *compend. decis. tom.* 1. in *prafat. pag.*
 5. Molino de rit. nuptia. compar. 5. num. 2. Lancell. Conrad.
 in *Templo omni iud. lib.* 1. cap. 3. num. 15. Botero in *suis re-*
lationibus lib. de diuis. Hispan. cap. 3. Gregor. XIII. in *Bulla*
de concord. inter Pontificem, & Regem Petrum, relatus per
 Don Laurent. Matheu *tom. 2. de regim. Regni Valent. cap. 7.*
 §. 1. sect. 2. nu. 36. Sixtus V. in *Constit. qua incipit inter preci-*
prias, & reperitur in *Append. ad tom. 4. Bullar. noui*, vbi ait,
 Ordinem Beatæ Mariæ de Mercede fuisse primitùs erectū
 in Regnis Hispaniarum. Et tamen exploratum, certumque
 est Religionem hanc fundatam primò fuisse in Ciuitate
 Barcinone, vt probat Stephanus de Corbera in *vita D. Ma-*
riae de Ceruello cap. 22. Et Vrbanus Octauus in *Bulla qua*
incipit, Ex Clementis Sedis Apostolica tom. 4. Bullar. §. 1. &
 Rex Iacobus Primus in *sua histor. fol. 154.* Cathaloniam vo-
 cat nobile, summoq; dignum honore Regnum, inquiens,
 Aragoniæ Comites omnes quadruplo minores numero esse
 Comitibus Cathaloniæ, Sacerdotes verò, Equitesque quin-
 tuplo. Et Imperator Carolus Quintus in *priuilegio sub Dat.*
Barcin. 4. Decembris 1533. Barcinonem vocat Regni Me-
 tropolim, quam ità quoque longè appellauerant ante Do-
 minus Rex Petrus in *priuilegio ann. 1339.* & Ferdinan-
 dus Rex in alio de an. 1515. vt refert Doctor Io. Paul. Xan-
 mar de *priuilegiis Ciuit. Barcin.* §. 6. num. 4. ¶ Est autem notissi-
 mum, quod non aliam ob causam Principatus nomine de-
 coretur Cathalonia, quam ob contractum à Comite Don.
 Raymundo Berenguer cum Principe Dōna Petronilla Ra-
 miri Aragoniæ Regis filia matrimonium, in quo conuene-
 re Partes, vt à Regis titulo abstineret Comes, quousque
 Rainirus Rex viueret, Principis tantum appellatione con-
 tentus Menescal. in *sermone de exsequijs Regis Iacobi II.*
 pag. 42. Escolano lib. 3. histo. Valen. deca. 1. cap. 2. nu. 2. ¶ Zu-
 rita in *Annal. Aragon.* par. 1. lib. 2. cap. 1. vbi testatur Arago-
 niæ Reges, suis semper prætuliſe Comitis Barcinonis insi-
 gnia, vti præstantia magis eo quod per masculinam lineam
 à Ca-

à Cathaloniæ Principibus descenderent Aragoniæ Reges.
ipſi. Escolano d.lib. 3.deca. 1.cap. 2.nu. 2. † Quod autē nominetur Principatus, Regiā Comitibus illis potestatē nunquā abstulit, quam à Vuiffredo II. iam exercuere Superiorem in terris nō recognoscentes vllū, ut notarunt Marquil. in *Vſat.*
Si quādo col. penul. Tho. de Mieres collat. 9. in Curia Barci.
Ferdinandi I. cap. 1 o.nu. 1 3. & 1 6. Oliba de act. par. 1.lib. 3.
cap. 1.nu. 1 3. Calicius in direct. pacis, & tregua dub. 1. vers. Et
bic quaro, & dub. 1 3. col. 1. † Nisi Doctoris Ioānis Galleg. in
Cathalonię Audiētia Senatoris celeberrimi opinionē sequi
juuet, in respons. in Causa proprij Sindicatus par. 1. cap. 6.
nu. 1 2. Inquietis ita fuisse appellatam eandem ob causam,
qua Principatus Romanus dicta fuit terra omnis, qua Reip.
& Romano fuit Imperatori subiecta in *Auct. de hered.* &
falcid. prop̄ finem col. 1. † Obseruātia subsequuta fecit quod
in Pontificijs Bullis, quibus concessa sunt subsidia, & deci-
mæ super bonis Ecclesiasticorum in Hispaniæ Regnis, Ca-
thalonia quoque sub hoc comprehendetur nomine, † vt
& Asturiæ Principatus qui Castellæ subest Regnis. † Ta-
meti verò notum sit inter titulos, quibus Regis nostri de-
coratur diadema, Cathaloniæ Regis illud non reperiri id ni-
hilominus nil prohibet quin sit, † vt de Miltiade ait Æmi-
lius Probus, *Erat enim inter eos (Chersonenses) dignitate*
Regia, quanuis carebat nomine. † Sed neq; inter illos ipsos
titulos legetur is, *Cathalonia Princeps;* eo quod expresso
id prohibeatur foro in *Constit. unic. tit. de Principe;* Ut pro-
āndē Rex D. Petrus II. hoc nomine ab hoc Cathaloniæ Prin-
cipis abstinerit titulo tūm in literis, tūm in diplomatis,
tūm in Solio, sed Barcinonis Comitem se tulerit; † In hoc
enim virtualiter Regis est titulus. † Nam quia Barcinonis
Comites Regia pollēt potestate, & Superiorem in terris nō
recognoscunt Oliba de iur. fisc. cap. 1.nu. 2. & cap. 3. num. 2.
Michael Ferrer Senator Cathaloniæ par. 1. obseruat. de *Euo-*
cat. caus. cap. 9.nu. 9.par. 3. cap. 278.nu. 4. & 5. † Semperque
Barcino Cathaloniæ fuerit Metropolis in sacerdotalibus Gu-
lielm. de Valles. in *Vſat.* cum Dominus nu. 24. Marquilles in
Vſat.

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

Vsat. Zequiam col. 10. vers. Nota sextio Thomas Mieres in Curia Regis Petri II. Barcin. cap. 37. collat. 2. par. 1. fol. 18. in antiq. Gabr. Berart in Speculo Visit. cap. 22. nu. 10. Oliba de iur. fisc. cap. 1. nu. 18. Andr. Bosch. dels titols de honor. lib. 4. cap. 3. Io: Paul. Xammar de priuileg. Ciuit. Barcin. §. 6. nu. 4. Michael Ferrer Senator Cathaloniae 1. par. obseru. cap. 37. nu. 1. Fontanell. tom. 1. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 8. nu. 21. Hieronym. Pujades in histor. Vniuer. Cathal. lib. 6. cap. 1. & alij quam plurimi, visus tamen semper est eo comprehendendi nomine Regis titulus. Nō omittendā verba Hieronymi de Blancas in Comment. rerum Arago. in vita Regis Martini pag. 228. Fas enim, inquit, interduim Cathaloniam Regnum appellare, nam eis tantum su Principatus nomine insignit, aliquando nec immerito potest Regali nomine digna iudicari, & licet autem modernis quibusdā decisionibus inclinare videatur Romana Rota in eam sententiam quę ait Bellami Gregorij XV. de Canoniciis Poenitentiariis, Cathaloniam non cōplete. Quia tamen decisiones omnes istae emanarunt respectu possessorij, spem fouet indubiam Cathalonia ipsa, futurum ut in petitorio, iustum adeo Tribunal Provinciae isti consulat, farctamque eam reddat, & teatram, qua parte Iesa est per huiusmodi decis.

24

Quod si in illata Principi iniuria, Iesae maiestatis in primo capite delictū continetur; Si Prorex in Provincia quam regit Princeps vocatur; Si Principis, & Principatus nomine vniuocum est cum Regis, & Regni titulo; legitime inferes, eum qui Proregem laedit, idem prorsus committere delictum.



AR-

ARGUMENTVM QVINTVM.

Perpenditur propositio Proregem nempe esse partem
corporis Principis, & expenditur *l. quisquis s.*

C.ad leg. In l. Maiest.

S. VI.

S V M M A R I V M.

- 1 Regis Administris supremo aliquo fungentes munere sunt à latere Principis licet nō coram ipso, sed in alia Provincia inferuant.
- 2 Sicut appellatione Magistratum Populi Romani non solum veniebant qui Roma degebant, sed & qui Provincias regebant.
- 3 Nulla differentia inuenitur inter Magistratū qui coram Principe, & cum qui alibi suo fungitur munere.
- 4 Contrarium sententiis respondetur.
- 5 Argumentum proponitur.
- 6 Doctores nostram in hoc articulo tenentes sententiam.
- 7 Senatores vocantur pectus, & brachia Principis.
- 8 Elegans Thome Mori locus.
- 9 Pulchra Theodorici de Senatu verba.
- 10 Senatores de latere Principis.
- 11 Quia efficit unum corpus cum Senatoribus dicitur Principem habere omnia iura in pectore.
- 12 Assertioni Principis est standum quando est cum suis Senatoribus.
- 13 Ditti sunt Sacerdotes.
- 14 Idcirco Senatus Sacer appellatur.
- 15 Appellantur Patres Principis.
- 16 Non admittuntur in Senatu nisi eximie probati.
- 17 Sanctus dicitur Senatus.
- 18 Appellatur praeceptor recti, & boni.
- 19 Dicuntur Senatores mundi lumina.
- 20 Mo-

- 20 Morum lumina.
 21 Pars melior humani generis.
 22 Reuerendus catus, Et ornamentum ceterorum.
 23 Senatores vocantur optimates, Et multorum Regum confessus.
 24 Princeps salutis, Et Corona Curia dicitur Senatus.
 25 Mundi Principes Senatores.
 26 Hispania Reges in Coronis nomina Senatorum cerebant scripta.
 27 Laudatur Traianus quod gloriam Senatorum non detraherit.
 28 Princeps est pars Consilij.
 29 Ut Stella Firmamento, sic Senatores Principi adhaerent.
 30 Cardinales pars corporis Summi Pontificis.
 31 Et in Cardinali habetur Summus Pontifex.
 32 Ladi non possunt Ministri quin habentur Princeps.
 33 Qui offendit unum ex federatis alterum lafisse dicitur.
 34 Subditus Pontifici si habet Imperatorem, qui Papa federatus est fit Reus lae Majestatis etiam quo ad Pontificem.
 35 Prorex arctiori titulo coniungitur Regi quam federatus.
 36 Et quomodo libet consideretur in eius persona semper habatur Princeps.
 37 Explicatur tex. in d.l. quisquis ibi, ut potest Majestatis reus.
 38 Ingenia acutiora non apta gubernio Reipublica.
 39 Nimia subtilitas repugnat sapientia.
 40 Varijs iuribus exornatur.
 41 Proculeiani magis ad subtilitatem, quam ad entitatem attendebant.
 42 Explicatur verbum (ut pote)
 43 Si improprietatem denotare volnissent, usi fuissent verbis similiter, vel alias simili.
 44 I. quisquis s.C. ad l. Iul. Majest. appellatur aspera, Et iniqua.
 45 Gratianus eam transcripti in suo Decreto.
 46 Et Carolus IV. Imperator, Et Bonifacius VIII. Summus Pontifex.

47 Et

Dissertatio Sexta §.VI.

279

- 47 Et in Codice Theodosiano licet sub diversa rubrica.
 48 Quis fuerit illius author.
 49 Inscriptitur Eutychiano Prefecto Pratorio Orientis.
 50 Vbi fuit lata.
 51 Quibus Consulibus.
 52 Glebalis collatio que.
 53 Quibus commissa exactio.
 54 Explicatur l. vlt. C. de prad. Senato.
 55 Collocatio tex. sub rubro. legis Iul. Maies. Triboniani, magis propria quam compilatoris Cod. Theodos. sub tit. ad l. Cornel. de sicarijs.
 56 Triarequisita vi su locus panis nostra legis Quisquis.
 57 Hac concurrunt in nostro casu.
 58 Quid sit Factio.
 59 Maiori exitio quam bellum ipsum est.
 60 Quomodo fuerit factio in nostrum Prorogem inita.
 61 Quenam factio fuerit causa promulgationis nostra legis.
 62 Non Ruffiniana.
 63 Confiscatio bonorum Ruffini fuit ante legis nostra promulgationem.
 64 Gildonij coniuratio non fuit causa nostra legis.
 65 Hic an. 398. carnificis manus occubuit.
 66 Hac factio fuit Africa.
 67 Non egit de occidendis Ministris Imperatoris.
 68 Gaina factio qua.
 69 Fuit facta cum Barbaris.
 70 Milites Palatum incendere tentarunt.
 71 Impulit Arcadium ad occidendum Eutropium.
 72 Et sibi tradi petijt Saturninum, & Aurelianū Senatores.
 73 Ratio temporis repugnat.
 74 Alia coniuratio fuit Bargij.
 75 Sed non fuit factio.
 76 Arcadius regi passus fuit à Rufino.
 77 Post mortem Rufini se tradidit Eutropio.
 78 Qui Officia militaria, & Aulica indignis donauit.
 79 Synesij legatio, & oratio.

nn

80 Ex

- 80 Ex ea calamitates Imperij colliguntur.
 81 Ha fuerunt causa legis nostra condenda.
 82 Et ratio quare Ministri pars corporis Principis cōstituti.
 83 Et ob eam amplexa fuit à Gratiano, Bonifacio, Henrico,
 & Ioanna Neapolis Regina, Carolo IV. & Carolo V.
 84 Qui viderint illorum temporum calamitates facile à ca-
 lumnijs Arcadij ob huius legis promulgationem absti-
 nebunt.

1 ID supponere pro hoc argumēto iuuat, quod uti certum,
 verumque statuit Iacob. Menoch. celebri suo illo *conf.*
 99. (de quo infrā latiūs) Administrum nempē eum, qui Re-
 gi seruit suo, supremo fungētem munere vel Proregis, vel
 Generalis Classis Præfeti, aut alio non absimili, nunquam
 non esse à latere Principis, eorumque vnum qui assident
 Principi, tametsi non coram ipso, sed in alia quapiam resi-
 deat regenda Prouincia, ut probat *nu. 33. & nu. 80.* † ait, sub
 2 appellatione Magistratum Pop. Rom. non solum venisse
 eos qui Romæ degerent, sed & qui Prouincias regerent. *L.*
 3 *voluit 4. S. 1. D. de interrogat. act.* † Nec vlla est differentia
 inter Magistratū qui corām Principe à latere eius actu est,
 eumque inter, qui Principis nomine alibi suo fungitur mu-
 nere Afflict. in *cap. 1. S. & bona committentium nu. 63. vers.*
 septimō Gigas de crimin. laſa maiest. lib. 1. cap. 26. & Iacob.
 Gothofred. in Commen. ad l. quisquis nu. 12. Cod. Theodos.
 ad leg. Cornel. de fiscar. ait, Nibil igitur necesse est ad mai-
 statis crimen contrahendum in specie huius legis, ut Consisto-
 riani, aut Senatores eo loci sint in quo Princeps moratur,
 4 *eiusq; lateri adharent.* † Quāuis autem glof. Cyn. Lauden.
 Rolan. à Vall. Clar. Baiard. Gigas, & Giurba *conf. 59. nu. 81.*
 in contrariam eant sententiam, nil tamen turbant; Nam
 omnes inituntur Saliceto *in l. quisquis C. ad l. Iul. Maior. nu. 5.*
 Qui sanè non ait maiestatis leſa crimen nō contrahi,
 in Administrum eum qui ad Magistratum gerendum mit-
 titur; sed id tantum dicit, in eo delicto non procedi ut in
 commissio in assidentem Principi criminē, sed ut in delicto
 in

Dissertatio Sexta §. VI.

281

in Magistratum gerentem admissio. Id nihilominus nō prohibet, quia lēsa maiestatis hoc delictū sit; Immò hanc eandem ob causam tale esset, si ob aliam nō foret, iuxta toties dissertatione hac memoratum Quintilianī locū, *In iuriā fecisti, sed quia Magistratui, Maiestatis actio est.* Præterea Saliceti dictum accipi potest, de minoribus Magistratibus, & quibus communicata non est Maiestas, Regiumq; decus.

Hoc posito axiome, Argumentum est, qui lēdunt aut sacrilegas in assidentes Principi Administratos porrigunt manus, lēsa maiestatis contrahunt crimen, & quidem in primo capite, eo quod iij pars corporis Principis sint. Prorex Principis imago est; immò Princeps ipse repræsentatus; est is qui à Principe sibi communicatam Rēgiam habet Maiestatem, ut supra latè probatum est; Qui ergo eum lēdunt eandem incident in penam. Maior propositio probatur per vulgatum text. *I. quisquis s. ibi, Nam et ipsi pars corporis nostri sunt C. ad l. Iul. Maies.* cuius verba ad literam transcripta fuerunt in Can. *si quis 22. quæst. 1. Et in cap. fælicis de pan. in 6.*

In eandem quoque sententiam eunt Griuell. *decis. Dolan. 7. 2. num. 13.* Petrus Gregor. *de Rep. lib. 4. cap. 6. num. 17.* Xammar *de offi. Iudic. par. 1. quæst. 2. num. 16.* Et 34. Camill. Borrell. *ad Belluga rubr. 44. vers. Principis membra Theſauri in prefat. ad decis. Pedemont. nu. 22.* Gallego *de Sindic. par. 1. cap. 1. nu. 18.* Narbona *lib. 2. tit. 5. glos. unic. nu. 2.* Maftrill. *de Magistrat. lib. 3. cap. 5. nu. 1.* Fontanell. *de pact. nupt. 10m. 1. claus. 3. glos. 1. nu. 7.* Gigas *de crimin. l. s. maies. lib. 1. quæst. 14.* Don Petr. Gonzalez *de Salcedo Regius Consiliarius in Regia Curia, qui suis scriptis illustriorem nostram reddidit Hispaniam de l. Polit. lib. 1. cap. 13. nu. 37.* + ex Cripo *lib. 2. nu. 7.*

Vos estis peccati, vos brachia corporis huius.

Quorum consilijs, quorum laboribus ita

Publica res domuit gentes, Et Regna subegit.

+ Et de Principe, ac Regno, quod nempè vnū faciant corpus, explicat eleganter his carminibus Thomas Morus.

nn 2

To-

*Totum est unus homo Regnum, idque coheret amore;
Rex caput est, populus cetera membra facit.*

- 9 Ac Imperator Theodoricus de Senatu agens apud Cas-
siodor. lib. 5. epistol. 4. *Est nimirum curarum nostrarum fe-
lix portio, qua ianuam nostrā cogitationis ingreditur, pectus.
quo generales cura volvuntur, agnoscit: Aestimare quid de
illo debeat iudicari, qui tanti particeps est secreti. Multum
ad hoc conducit quod Ioa. Sarisbarien. docuit lib. 5. Policra-
cap. 9.* † Et Imperatores Honorius atque Theodosius in l. 1.
C. de proposit. lab. lib. 12. dixerunt, nam immunitate digni sunt,
quos nosiri lateris comitatus illustrat Valenz. conf. 9. 4. nu. 1.
10 † Ac ob communicationem cum Senatoribus, atque Admini-
nistris dicitur Princeps omnia iura in scrinio pectoris habe-
re Aluar. Velazquez conf. 51. nu. 6. Solorzano emble. 45. nu.
11 19. † Et propositio illa, quod Principis standum sit assertio-
ni, intelligitur iuxta Martin. Lauden. de Consil. Princ. quest.
21. vt locum habeat quum Princeps est cum suis Admini-
nistris. † Dicte sanè fuerunt Sacerdotes l. 1. D. de iustit. & iur.
l. 1. C. de Decur. lib. 10. Xammar de offic. Iudic. par. 1. quest. 2.
13 num. 14. † Hinc verò factum, vt Sacer appelletur Senatus
Cassiod. lib. 4. var. epist. 25. Thesa. in proem. decis. Pedemont.
nu. 7. † Appellati quoque fuere Principis Patres Accurs. in
§. lex autem 4. Inst. de iur. nat. gen. & ciuil. Budetus ad l. vi.
tim. D. de Senat. pag. 98. & facit §. filius Inst. quib. modius
patr. potest. soluit. Quo certè nomine appellauit Vlpianum.
Seuerus Alexander in l. 4. C. locat. Nicol. Boer. in addit. ad
16 Ioan. de Montagn. de Parlam. §. Hoc praessumpcio nu. 2. † & Z
Cassiodor. lib. 1. epis. 51. in honorem Senatus dixit: *Respiciat
alius ordo forte mediocres. Senatus respuit eximie non pro-
batos.* † & Virgil. lib. 1. Aeneid. appellat Sanctum
Iura Magistratusque legunt, Sanctumq; Senatum.
18 † Petronius vocavit recti boniq; preceptorem, † & Pruden-
19 lib. 1. in Symma. nominauit Mundi lumina, † & Cassiodo.
20 lib. 6. epis. 4. dixit opinione gloriosum, morum lumina, † &
21 lib. 1. epis. 46. partem meliorem humani generis, † & lib. 1.
22 epis. 41. Reuerendum casum, & epis. 13. ornamenatum cas-
rorum

Dissertatio Sexta §. VI.

283

rorū ordinum, † & Nazar. in Panegy. vocat Senatores optimates, & Plutar. in Pyrro multorum Regum confessum, † & Cicero de Aurosp. respon. Principem salutis appellauit Senatum, & Ennodi. in Panegyr. Coronam Curia, † & Imperator Probus apud Vopiscum Senatores dixit Mundi Principes, † facitque optimus textus l. 7. tit. 18. par. 4. ex quo habemus, Hispaniæ Reges in more habuisse, suis in Coronis scripta eorum gerere nomina. † Magna profectò laus illa fuit qua decoratus Traianus, vt Plinius refert in Panegyrico, inquiens; quod cum ea sit natura syderum ut minores stellæ maiorum obtundantur lumine; vnuſ tamen Traianus Consiliarijs suis maior, ita se talem preſtare consueuiffet, vt nihil eis de sua ipſorum auctoritate decederet; Eo enim præſente eadem pollebant auctoritate quæ absente ipſo. Unde fiebat. vt Populus int̄entam videns Principis curam in suis honore afficiendis Consiliarijs, in maiori eos haberet precio, Est hac, inquit, natura syderum, ut parua, & exilia validorum exortus obscureret; Simili Imperatorum aduentu legatorum dignitas in umbratur; Tu tamen maior omnibus quidem eras, sed sine diminuione maior, eandem auctoritatem præfenie te quisque, quam abfente retinebat; Quin etiam plerisque ex eo reverentia exceſſerat, quicd in quoque illos reuerbare. † Princeps ipſe quoque Consilij pars dicitur l. Ius Senatorum 8. ibi, Cuius ordinis in quo nos quoque ipſos numeramus C. de dignitat. lib. 12. Martin. Lauden. de Cons. Princip. quæſt. 26. Valenz. conf. 94. nu. 4. † Adeoque coniunctum Principi, vt stellæ firmamento ex Monta. de auctor. magn. confil. Xānar de offic. Iud. par. 1. quæſt. 2. n. 34. Valenz. cit. conf. 94. nu. 2. Gigas de crimin. las. maiest. lib. 1. quæſt. 14. nu. 4. † qui quæſt. 5. nu. 1. 2. & 3. ait Cardinales partem efſe corporis Pontificis, & ipsi habent maiestatem ſicut Papa, & ex hoc principio hanc deducit illationem, † Et ita committitur crimen laſa maiestatis; laſo Cardinali laditur maiestas Papa cap. falicis de pan. in &. & Io: Ant. Lanar. conf. 88. probat Magistratibus nostri temporis omnem inesse auctoritatem, quæ erat ijs qui Romanorum temporibus regebant.	23 24 25 26 27 28 29 30 31
---	--

Ex

32 Ex traditis hactenùs, apertè, ni fallor, liquet de magnitudine Dignitatis Ministrorum Principis, eiusq; Magistrorum; &, cum sint immediati adeò ad Principis personam, quomodo censeantur eius esse membra; Ideoque lèdi non posse istos, quin lèdatur & illa, isque grauetur cui arctè adeò iunguntur. † Addo præterea axioma planum esse, & expeditum in materia fœderatorum, vt si fœderatorum alterum offendat quispiam, & alterum lèsisse sit censendus; atque ita supponitur, † quod si subditus Pontifici Imperatorem lèdat qui Papæ fœderatus est, Reus maiestatis fit, etiam quod ad Pontificem; quod probat Præpos. in can. in primis §. de persona nu. 22. 2. quæst. 1. Brun. conf. 8. 6. num. 8. Sigismund. Loffred. conf. 5. nu. 30. Gigas quæst. 4. nu. 3. per hæc, *Dicas tamen quod subditus Papa Imperatorem offendens, si nō committit crimen laesa maiestatis contrà Imperatorem, tamen illud committit contrà Papam, Imperatorem offendendo, lèdit enim Papa maiestatem, quia Imperator est defensor Papa, Et Ecclesia, Est ipsius Papa confederatus.* Ideoque Menoch. d. conf. 99. nu. 37. probat Ioannettinum Flischium lèsa maiestatis contraxisse crimen; quod Ianuam Ciuitatem Imperatori fœderatam occupare attentauerit.

33 34 35 36 Si igitur, quia corpus vnum mysticum formant fœderati, inde fit, vt nequeat horum lèdi alter, quin dici possit totum non lèdi corpus; Princeps verò cum sit, vt verè est mystici, quod simul cum ipso Administri faciunt corporis eius caput; † Prorex autem adnexus Principis personæ, arctiori certè vinculo quam inter se fœderati ipsi; duæ hinc necessariæ inferentur consequentiæ; Altera quidem pro principalis argumēti scopo; Altera verò nimis ad rem, qua de agimus. Prima erit, quod cum representationis vinculum quonectuntur inter se Principis, & Locumtenentis eius Generalis personæ arctius sit eo quo fœderati alligantur; *Æquo censebitur iure quæ fit istis, ac illis iniuria.* † Secunda, quod cum sit Prorex Minister tam supremus, quam latè insinuatum est; siue consideremus eū ut illius Magistratus caput, in quo Regis representatur persona; siue ut membrum Universali

lis Monarchici corporis, cuius caput Princeps est; nullo potest cōcipi modo, quin illæso capito lēdi illud vnquā queat.

Huic argumento occurtere gestiunt, qui contrariam
tuentur sententiam, dicentes, textum nostrum in *l. quisquis C. ad leg. Iul. Maiestat.* non adstruere, quod lēfæ maiestatis contrahatur crimen; sed id tantummodo quod delicti pena sit mors, bonorumque omnium publicatio, æquè ac si lēfæ maiestatis crimen esset contractum, ibi, *Ipse quidem ut potè Maiestatis Reus gladio feriatur, boni eius omnibus fisco addictis.* Responsio sanè (fateor) acuta est; † Sed tali acrimonia prædicta ingenia, nescio, an gerendis publicis negotijs apta sint, & idoneci Thucidores ait, *Hebetiores quam acutiores, ut plurimum melius Rempublicam administrant, facit elegans Ossorij locus lib. 7. de Reg. Inst. Considerandum est Moysi sacerorum inter alias virtutes, quibus Iudices instrutos esse vult, non numerasse nimium in interpretatione iuris acumen;* Neque enim dicit sint Iudices subtile, acuti, veteratores, & callidi; quinimò acumine subnixi varie leges interpretarentur, & simplicitatem iuris cluderent, † nihil enim magis sapientia repugnat quam nimia subtilitas Bouadilla lib. 1. politic. cap. 6. no. 1 6. Nouar. in collect. super pragm. 2. de officio Sacri Regij Consilij nu. 17. † qui id probat ex *l. penalt.* ibi, *Nedum subtilitate vimur circa res pupillares, ipsa subtilitas ad perniciem eorum reuertatur.* C. ad Trebell. l. si seruum 9 1. S. sequitur. 3. ibi, *In quo genere plerumq; sub auctoritate iuris scientia perniciose erratur D. de verb. obligat.* l. sicut 8. S. si debitori 1 6. ibi, *Ha enim subtilitates à Iudicibus non admittuntur D. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit. l. actio*

47. ibi, *Vbi concepicio formularum non obseruatur, hac subtilitas superuacua est D. de negot. gest.* Ramirez de lege Reg. §. nu. . † Atque adeò quia Proculeiani magis ad iuris intendebant subtilitatem, & antiquæ Iurisprudentiæ regulas spernebant; dicebatur de eis, quod ad opinionem magis, quam ad rei accederent substantiam; contrà quam ficerent Sabiniani, ut aduertit Emund. Merill. lib. 1. obseruat. cap. 3.

At nullum sibi locum hæc facit subtilitas ad nostri solutionem

37

38

39

40

41

- 42 tionem argumenti. † Verbum namque illud, *ut potè*, causatum est, idemque sonat ac *Quippè* ut aduertit Calvin. in suo Lexico verb. *Ut potè*, citato Valla in elegantiss., & probat text. *Auct. Ingressi C. de sacro san. Eccles.* ibi, *Ingressi Monasterium ipso ingressu se suaque dedicant Deo, nec ergo de his testantur utpote nec domini rerum.* Ad quod adnotaueram quoque ego textum *I. meminisse* 7. ibi *Postquam D. Marcus Drunciani utpote Senatoris, qui Castani furoris socius fuerat C. ad I. Iul. Maies.* vbi vox hæc, idem significat, ac quia. Eandemq; planè significationem habet apud Salust. in *Catilina*, ibi, *Antonias aberat à bello, ut potè ager, & iacens.* Atque ità in textu nostro ponitur, ac si diceretur, *ipse quidem quia maiestatis Reus gladio feriatur.* Et *Ioan. Sarisber de Nugis Curial.* lib. 6. cap. 25. pag. mihi 394. afferens verba legis huius, ità legit, *Ipse quidem ut Maiestatis Reus gladio feriatur.* † Expeditumq; ac planum est, Imperatores si improprietatem significare voluerent, usus fuisse verbo *ad similitudinem*, ut dixerunt in l. 4. *C. de vestib. holosfer.* lib. 11. ibi, *Alsoqui ad similiudinem lœsa maiestatis periculum sustinebit.* Eodem quoq; modo textus literam legerunt Leo, & Constantius lib. 60. *Basilic.* tit. 36. *Si quis, inquiunt, coniuratione facta cum militibus, vel priuatis, vel Barbaris occiderit illusrem, vel generaliter qualemcumq; Senatorem, vel militem, Maiestatis Reus iudicetur, & sanguinis panam sustineat cum publicatione.*
- 44 Multorum subiit censuras lex nostra, appellantium eam rigidam, asperam, iniquam; ac Iustinianum etiam ipsum, quod eam in suo posuerit Codice, ut *Cont. ait lib. 1. lect. cap. 7. oblitus*, † *Gratianum ann. 1150.* in discordantium Canonum hanc posuisse concordia, quam vulgato vocabulo dicimus Decretum in *caus. 6. quasi. 1. canon. Squis 22. ad literam* eam retulisse legem, † Imperator Carolus Quartus in sua *Aurea Bulla*, & Bonifacius Octauus Pontifex Summus in *cap. felicis de pen.* in 6. *Rober. lib. 2. recept. sentent. cap. 22.* & *Cuiac.* in *solemnibus recitationibus* eam propugnans. † Relata in Codicem Theodosianum fuit iam ab anno
- 45
- 46
- 47

Dissertatio Sexta §. VI.

287

anno 438. æræ Christi, vt aduersus Franciscum Balduinum explicauit Contius quanquam sub tit. *ad l. Cornel. de Sicar.* translatâ indè nihilominus anno 534. à Triboniano in Iustiniani Codicem sub tit. *ad l. Jul. maies.* Leo atque Constantius, vt diximus reposuerunt eam in *Basilic. lib. 8o. tit. 36.*

† Huius ceterum inscriptio Arcadij, & Honorij præfert nomina, sed propriè auctor eius Arcadius fuit, cui Orientale obtigit Imperium; † Nam Euthychriano dirigitur, qui fuit Præfectus Prætorio in Imperio Orientis, vt Socrates ait *lib. 8. cap. 2. in fin.* Comprobaturq; per multas diuersorum Codicis Theodosiani textuū epigraphas. † Quod patet etiam ex loco vbi lata lex est, ex Ancyra nempè Ciuitate Prouinciæ Galaciæ, quæ ad Orientale pertinebat Imperium. † Imperialis porro hæc Constitutio lata fuit Cæsareo, & Attico *Coff. pridiè Non. Septemb. an. CCCLXXXVII.* quo tempore, biennio ante, & mensibus octo Imperium fuerat adeptus Arcadius, cum vigesimum ætatis annum nondùm implesset Adiutorem adhuc habens Eutropium vt mox videbimus. Quod textus hic sumptus fuerit ex eodem loco quo *l. ultima C. Theod. de præd. Senat.* ansam præbet Jacob. Gothofredo ità super eum differendi. † Indictum erat tributū à Senatoribus, sèu de Senatorijs pendendum fundis, quæ dicebatur Glebalis collatio, vt liquet ex titulo *de Senator.* *Glebal. collat. in C. Theod.* † Indicti huius tributi initio cura exactiōnis eius demandata Curialibus fuit: At Arcadius Imperator agnosces quādī male id exigeretur, tributum abstulit ab Curialibus, vt constat *ex l. 2. C. 3. Cod. Theodos. de præd. Senat.* exigendumque commisit Prouinciarum Receptoriibus. Dignoscens ceterum, nec Officiales istos diligentes in exactione adeò esse, vt decoreret, certioratus de hoc ab Euthychiano, demādauit hanc iterum Spartam Curialibus, quod totum habetur † *ex l. ult. C. de præd. Senat.* cuius hæc sunt verba, *Docuit tua sublimitas exactiōnem tributorum.* *Senatus non posse concurrere adeo int in nonnullis Prouincijs Senatorij canonis medietas in debitis resideret, atque ideo ceteris in prioris legis serie permanentibus id solum corrigi,*

oo

atque

48

49

50

51

52

53

54

atque emendari iubemus, ut Senatorij fundi non per Officia, sed per Curiales potius exigantur ad eosque iterum solicitudo recurrat. Dat. Prid. Non. Septembr. Ancyra Casareo, E^g. Attico Coss. Hic textus eiusdem est Imperatoris ad eundem Præfectum Prætorio: Eosdem habet Coss. idem Datae tempus, eundemq; diem quem lex nostra; Infertur itaque rectè hinc in vtroq; textu de Senatoribus locutū Arcadiū fuisse.

- 55 *Inficias ire poterit nemo, quis propriùs ad scopum accerserit Tribonianus, quod textum nostrum locarit sub tit. Ad leg. Iul. maiest. quām qui Codicem compilauit Theodosianum locans textum sub tit. ad leg. Cornel. de siccari. Cum textus idem noster, duas, complectatur species. Altera de ijs est qui conspirarunt, cum militibus, priuatis, aut cum Barbaris factionem agentis aliquam, præstito, aut recepto sacramento. Altera de ijs qui Illustres occiderent viros, Consilijs, aut Consistorio assistentes Principis, aut Senatores; Et in vtroq; casu statuitur, eos vtpotè lēsæ maiestatis reos, capite plecedos esse eorumq; bona publicanda. † Sed vt legis huius pœnæ locus fiat, tria videntur concurrere debere. Primum factio; Deindè occidendi animus, & intentio; Postremò quod personæ in quas id moliatur quispiam sint de comprehensis in hac lege. Delicti huius igitur forma est modus, nempe factio, finis, seu intenta nex, & obiectum siue persona occidenda. † Videamus modo an nostra in hac specie tres istæ omnes reperiantur circumstantiæ, vt dicere iure possimus, delictum huiusmodi, legis huius subiacere pœnæ. † Factiōnem definiunt ita, *Socieas est occulta, seu arcana in exitium aliquid conflata, occasionem erumpendi in tempore exspectans, seu, vt Nonius Marcellus ait, factio dicitur maiorum consensus, E^g conspiratio.* † De hac planè factiōne Luius loquitur cum inquit, *Eſſe eas Reip. maioris exitio, quām bella ipsa, factiones fuere, eruntque populis maioris exitio quām bella, quām fames, quām morbi.* † Supradictæ omnes circumstantiæ comitatæ sunt eam qua de nunc agimur factiōnem, vt ita detestabili inusta nota ad posteros eius transfeat memoria. Adunatio siquidem fuit, & ea quidem occulta,*

ta, atque præmeditata, ad supremum Regis occidendum. Administrum; tempusq; naœta opportunum (ò appetijsset illud nunquam!) ad erumpendum in detestabilis adeò criminis exsecutionem, quod fuit planè tali cum deliberatione, præmeditationeq; tali consultum, vt in habitu inter delinquentes colloquio quodam, fuerit omnino conclusum, exequi oportere quod Barbaram illam factionem, quo die Marchionissa de Villazor festum Beatæ Virginis sub inuocatione Carmeli solēniter coleret, futurum enim vt è Regia tūm proderet domo Prorex; atque ita euenit.

Quid Arcadium impulerit ad rigidas adeò exigendas nostraque hac lege indictas penas, affequi difficile & anceps est. † Putarunt nonnulli in causa hac fuisse coniurationem, sèù Ruffini factionē, in quem duos conscripsit libros Claudianus, meminitq; eius Symmac. lib. 6. epist. 14. factionisq; eius habuere quoque mentionem Zosimus lib. 5. Sozomen. lib. 8. cap. 1. Diuus Hieronym. epist. 3. Orosius lib. 7. cap. 25. Porrò tanta fuit Rufini istius Theodosij Imperatoris Arcadij Patris temporibus, vt de collocanda in matrimonium filia cum Arcadio cogitarit, & attentarit. Quod cū adsequi nequiret, egit cum Gothis, & Hunnis seq; eis adiunxit, qui tali suffulti adminiculo multas Imperij Prouincias inuaserent. Trucidatus tandem ante portas Cōstantinopolitanæ Circuitatis, Stiliconis militum manu occubuit. Sed cū hæc Rufini coniuratio fuisse ann. 395. vt refert Socrates lib. 6. cap. 7. & Marcellin. in Chronic. atque ita sesquianno ante nostrę Constitutionis promulgationem; Inuerisimile videtur tandem differendam legis eiusdem publicationem. † Notumq; sit, bonorum Rufini confiscationem quam Arcadius mandauit fieri, longè ante fuisse; Quām inuisa ceterūm hēc tunc fuerit factio colligitur ex l. 14. C. Theodos. de bon. proscript. ijs verbis, *Serenitatis nostra prouisione solita commonemus, ut ea qua Rufinus quondam cum viueret quoquo pacto posse dicit, in eodem statu interim maneant, nec quisquam sibi post eius obitum spontaneam vindicandi tribuat potestatem; nam qui transacto tempore siluit, ac Rufinum tenere concessit, fr-*

61

62

63

scum quoque nosirum sine praiudicio possidere patiatur.

- 64 Nec etiam Gildonij coniuratio fuit quę caussam prebuit nostrae legis huius ferendæ. De coniuratione ista loquuntur *l. 19. C. Theod. de pan.* ibi *Satellites Gildonis custodijs mancipentur, & proscriptione damnentur.* Symmach. *lib. 4. epist. 4.* Claud. *in lib. de Bello Gildoniaco, & lib. 1. de laudib. Stilicon.* ac *lib. 1. in Eutropium Zosimus lib. 5. Orosius lib. viiiim. cap. 36.* turbauit hæc coniuratio Africana, eamq; ab Honorijs obedientia subtraxit anno 396. adeoūt magna hinc euererit Romæ clades, ob annonæ caritatem ex interdicto sibi Africæ commercio. † Sed cum Gildonius ann. 398. carnicis manu cœsus occubuisse, in causa condendæ legis huius esse non potuit, nec enim lex responderet ex amissim loco, tempori, & argumento non quidem loco; † quia Gildonia na factio Africæ fuit, quæ Occidentali subiecta erat Imperio, Arcadius autem Orientalibus imperabat Provincijs. †
- 65 66 67 68 69 70 71 72 73
- Nec de occidendis Imperatoris Ministris egit iste; Ac demum Gildoniana cōiuratio, longè post latam hanc nostram legem, seuera fuit animaduersione repressa.
- Alia fuit per eadem tempora factio, quam *Gaina* dixerunt, eamque quattuor editis libris retulit Eusebius Scholasticus, ac post eum Ammonius Poeta Zosim. *lib. 5. Theodo- retus lib. 5. cap. 32.* Sozomen. *lib. 8. cap. 4.* Quanuis autem nonnulla factionis huius respondeant legis huius circumstantijs, † nempè quia factio cum Barbaris fuerit acta, quorum plures tunc erant Constantinoli; † quia pulsis stationarijs Gaina per suos milites Imperatoris Palatum incendiare attentarit; † quia Arcadium impulerit ad Eutropium occidendum, † sibiq; Saturninum, & Aurelianum qui precipui inter Senatores erant tradēdum, pro quibus aptari vindentur verba legis, *de nece cogitata virorum Illustriū Consistorianorum;* quia postmodum Gaina fuerit à Barbaris occisus: † Temporum tamen ratio repugnat. Nostra namque lex edita fuit, vt diximus anno 397. atq; ità biennio ante factionem hanc, quæ fuit an. 399. & punitionis pénam subiit anno 400. vt probant Socrates *lib. 6. cap. 6.* Sozomen. *lib. 8. cap. 4.*

Dissertatio Sexta §. VI.

291

cap. 4. & Marcellin. in Chronic. Nec etiam congruit quod in necem Saturnini, atque Aureliani intenderit Gaina, tametsi enim hos voluerit, & vinculos receperit ille dimisit tamen illæfos; In nostra autem lege de factione, seù coniuratione per eosdem intentata sermo fit, ut probant verba illa, *per arcana consilia.*

Alia per idem tempus coniuratio legitur quæ fuit Bargij in qua militum Generalis Prefectus Timasius occisus prohibetur: Eutropius namque in eius intendit mortem. † Sed quia hoc per factio[n]em non euenit, nec per Barbaros, aut Ministros alios minores licet, sed eo tantum cōsilio, vt Arcadius Iudices diligeret ad id peragendum; Ideò non potuit in causa esse, nec impulsu ad legis iam dictæ dispositionem.

Atque ita ut ab incertis separemus certa, quicquid compertum in hoc haberi potest est, quod dilata Imperij Orientalis Arcadio successione ob Theodosij patris sui obitum., Regi se passus ille fuit à Rufino, ut refert Philostorgius lib.

i i. cap. 3. ita inquiens, *In Oriente omnia ex Rufini sententia acta, Arcadio nihil eorum qua gererentur attendente, sed ea tantum scribente, & pro lege habente quæ Rufinus decreuif-fer.* † Post Rufini autem obitum totum se commisit Eutropio; cuius tempore lata fuit hæc lex. Huius sanè scelera asserunt Claudian. Zosim. alijque Auctores. † Eoq; eiusdem peruenit audacia, ut officia tūm ciuilia, tūm militaria, & Aulica ministeria conferrentur non in eos tantum, qui essent indigni, sed qui iniqui etiam essent, Barbari, ac vitæ perditissimæ, ut ait Suidas per hæc, *Nullum facinus pratermisit.*

Nam & Magistratus publicè vendidit, & aliquid valentes calumniatus est, & summates exilijs subiecit, & omnem consumeliam Senatorijs viris intulit. Neque etiam Barbarorū, societate abstinuit. † Synesius autē antequām crearetur Episcopus legatione pro Cyrenensibus ad Arcadium suscepit celebreni eam habuit orationē, quam eius libro legimus, † per eam certiores sumus, quibus tunc calamitatibus affligeretur Imperium, & vaticinium habemus earum quoq; quæ postmodum euenerunt clodium. † Hæc certè fuerunt quæ causam

74

75

76

77

78

79

80

81

- 82 causā legis nostrę condendæ prēbuerunt Arcadio. † Is enim ad vitam tuendam Ministrorum, qui tunc assidebant sibi, consilium sumpsit, quod tutior alia non esset via, vt faceret eos, & constitueret æquales sibi, ac vnam eandemque personam, suam & illorum statueret ipse, vt haberetur idem Iesæ maiestatis delictum in eos manus iniucere, ac in Principem, cuius corporis iam erant membra. † Quod optimum cum visum fuisset Gratiano, legem transcripsit in suum Decretum, Bonifacius VIII. in cap. felicis de pan. in 6. respectu Cardinalium; Henricus VII. anno 1312. in Extravag. *Qui sint rebelles.* Iohanna Neapolitanorum Regina quod cœsus fuerit Andreas de Isernia suus Administer, & quidem priuatis odijs, non ob publicam causam, neq; hoc sufficere edixit ad excusandum Reum à Iesæ maiestatis criminе in primo capite, & refert Matthæ. de Afflic. ad Conf. Neap. lib. 1. rubr. 29. de iniur. curia illa nu. 4. se vidisse Edictum illud Iohannæ Primæ factū die 15. Octobris 1353. vbi condemnauit occisores Andreæ de Isernia Consiliarij dictæ Regine criminè Iesæ maiestatis, & statuit quod tale Edictum habeat locum etiam in occurrentibus, fortassis in similibus casibus, & personis, nec ibi aliqua mentio vtrum illa occisio fuit ex particulari odio, & inimicitia, vel vt Rex careat illo Consiliario, & sic patet ait Afflict. quod illa *Constitutio Eos*, que distinguit ut supra, cessat quando occideretur Regius Consiliarius, tunc enim committitur crimen Iesæ maiestatis siue odio particulari, siue vt Rex careat dicto Consiliario sit occisus, & hoc ait dici expressè etiam in d. l. quisquis C. ad l. Iul. Maies. Hanc sententiam tenuit expressè Iul. Clar. in sua praxi crimi. S. crimen Iesæ Maiestatis nu. 5. ibi, *Et licet aliqui distinguant an id fiat in odium Principis, ut scilicet priuetur illo Consiliario, an ob priuatum odium ipsius Consiliarij.* Ego tamen indistinctè teneo quod committatur crimen Iesæ maiestatis, nā Consiliarij sunt pars corporis ipsius Principis, & ideo illos offendens indistinctè censendus est Principem offendere, & etiam sequutus fuit Regens Donat. Anto. de Marinis in obseruat. ad Reuerterij decis. 416. Nostram legem

legem sanciuit etiam Inuictissimus Imperator Carolus V. in Pragm. Vormensi an. 1520. quam ad literam refert Ludouicus Molina de Hispan. primo. lib. 4. cap. 11. nu. 56. Carolus IV. in Aurea Bulla, idem fermè statuit pro Electoribus Imperij. † Nec dubito quin ab Arcadij calunijs omnino defisteret, qui nūc eum mordent, ob legis huius publicationē, si temporum illorū vidissēt clades, & quadantenus ijs tacti fuissent. Ita fatetur Camil. Borrel. de præsta. Reg. Cathol. cap. 26. nu. 32. vbi loquitur ita, *Dūm Imperatores Arcadius, & Honorius condiderunt dictam legem quisquis C. ad leg. Iul. Maiest. iustissimam causam habuerunt.*

Ex dictis igitur legitimè infertur, eos qui Sardiniae Proregem occiderunt, idem contraxisse crimen, ac si Principem occidissent ipsum, ideoque legis nostræ penitius iure meritoque subijci.

ARGUMENTVM SEXTVM.

Explanatur cuinam ex antiquis Officijs respondeat Proregis officium, & quodnam iurisdictionis exerceat ille genus.

S. VII.

S V M M A R I V M.

- 1 Non est comparatio inter nostra officia, & antiqua.
- 2 Principes nequeunt omnibus adesse Provincijs.
- 3 In Proconsules effundebatur potestas Consulum.
- 4 Ita in Proreges potestias Regis.
- 5 Hoc nomen Proconsul est declinabile sicut Prorex.
- 6 Ciceronis loco probatur.
- 7 Proconsul iisdem insignijs quibus Consul utebatur.
- 8 Habebat plenissimam potestatem, eandemque quam Roma Magistratus omnes.
- 9 Maius Imperium post Principem.
- 10 Nec quidquam est quod non per ipsum expediatur.

11 Di-

- 11 Distinguitur à Consulibus quod sex tātum vtebatur fas-
cibus.
- 12 Quid erant fasces, & quid significabant.
- 13 Alexandria Aegypti priuilegium propter vaticinium.
- 14 Differentia inter Proconsulem, & Legatum.
- 15 Proconsules statim Roma egressi voluntariam exercebant
iurisdictionem, & insignijs vtebatur, contentiousam ve-
ro dum ingrediebantur Prouinciam.
- 16 Omnes Prouincia Pratoria fuerunt usquequo fuit deu-
ta Africa.
- 17 Qui Consul effedescerat Proconsulatum gerebat.
- 18 Non submittebat fasces Praefecto Pratorio Orientis.
- 19 Manumissiones, & adoptiones apud Proconsules fieri po-
terant non apud ipsius Legatos.
- 20 Explicatur l. apud Proconsulē 17. S. 1. D. de manu. vind.
- 21 Proconsul habet Legatum, Praeses Assessorē.
- 22 Proconsul dicitur Spectabilis, Praeses Clarissimus.
- 23 Quæ delicta remittebant Proconsules.
- 24 Proconsules cognoscabant de causis Status.
- 25 Coadiutor Proconsulis appellebatur Legatus.
- 26 Maior Proconsulis, quam Praesidis autoritas.
- 27 Praefectus Pratorio ex insignioribus Populi Rom. officijs.
- 28 Dicitur Praefectus Aula.
- 29 Eligebatur ex equestri, Senatorio, vel Consulari ordine.
- 30 Eius sedes fuit appellata amplissima, magnifica, & emi-
nentissima.
- 31 Solus Principem adloquebatur.
- 32 Encomia Praefecti Pratorio.
- 33 Non multum à potestate Principis aberat.
- 34 Purpura solum ab Imperatore differt.
- 35 Eius edicta vim legis habent.
- 36 Carpento vtebatur Praefectus Pratorio.
- 37 Assurgebat Imperator Praefecto Pratorio.
- 38 Pater, Carissimus, Dilectissimus, & Illustris appellatur.
- 39 Habuit ab Imperatore secundum locum.
- 40 Constantinus Patritios anteposuit.
- 41 Apres-

- 41 A Praesidū sententijs ad Praefectos Pratorio appellabatur.
 42 Postea id sublatum fuit.
 43 Et solum supplicatio interponebatur.
 44 Verba (vice sacra cognoscere) quid significant.
 45 Amicissimis, & Iurisconsulibus cōcedebatur hac dignitas.
 46 Animaduertebat in Presides.
 47 Multam indicebat.
 48 Sententiam voce, & non i scriptis proferebat.
 49 Rubrica C. de sentent. ex peri. recitan. explicatur.
 50 Periculum quid significet.
 51 Recitare sententiam ex periculo idem quod ex memoria.
 52 Poterat bona subdisorum publicare.
 53 Titulus, seu Formula priuilegij Praefetti Pratorio à pluri-
 bus traditur.
 54 Plura de huius dignitatis prastantia remissiū.
 55 Omnia nostra officia cōparant interpretes Praef. Pratoria.
 56 Electores Imperij.
 57 Cardinales.
 58 Regentes.
 59 Senatus.
 60 Vicecancellarius Supremi Consilij Aragonum.
 61 Proregis dignitas similis Proconsulis, aut Praefidos.
 62 Provinciarum Comitibus, & Roma Consulibus equipa-
 rantur.
 63 Alij Praefecto Pratorio.
 64 Alij maiorem autoritatem Proregi quam Praefecto Pra-
 torio irrebusunt.
 65 Proregis officium in Francia solis filijs, vel Regis fratri-
 bus concedebatur.
 66 In Cathatonianō datur recursus neque appellatio à Pro-
 grege ad Regem.
 67 Lasa quolibet ex supradictis Magistratibus lasa Mai-
 estas dicitur.
 68 Assessori Giustitiae Saffaris in Sardinia si badarur ut cri-
 ment la sa Maiestatis punitur hoc delictum.
 69 Dignitas Proregis assimilatur ipsi Regie dignitati.

- 70 Cuius iurisdictionis species suilla Proregis.
 71 Perpetuo concessa dicitur Ordinaria.
 72 Rota Auditores, & Ministri Audientiarum habent Ordinariam.
 73 Iurisdictio Legatorum Papa dicitur delegata.
 74 Quae ex mandato, dicitur delegata, qua à iure Ordinaria.
 75 Si in commissione adest clausula auctoritate nostra dicetur delegata.
 76 Et si legitur verbum Delegamus.
 77 Iurisdictio Proregis in Cathalonia est delegata.
 78 Argumentum contrarium diluitur.
 79 In uno eodemq; subiecto potest iurisdictio delegata & ordinariare reperiri.
 80 Per obitum Principis expirat in Cathalonia Proregis iurisdictio.
 81 Secus in Valentia.
 82 Iurisdictio Proregis expirat statim, si que Princeps Provinciam ingreditur.
 83 Non durat usque ad aduentum successoris, sed expirat triennio lapso.
 84 Privilegia Proregum profant in Regestis publicis Civitatis Barcinone, & Domus Deputationis Cathalonie.
 85 In Cathalonia etiam si Prorex ex parte triennio finiret officium, non remaneret Provincia sine Rectore.
 86 Cur iurisdictio Cathalonia habeatur pro delegata, & Valentia pro ordinaria.
 87 Constitutiones antiqua Cathalonia nō meminerunt Magistratus Locumtenentis Generales.

Spernenda ut inutilis certè non erit argumenti huius inuestigatio, tamen si Pyrrhus in tracta de Magistrat. par. 1. nu. 8. & Surgent in Neapoli illustr. lib. 1. cap. 14. n. 2. inquiant, non æquè bene comparari nostrorum temporum officia cum Magistratibus antiquis; Nunquid fieri comparatio omnimoda similitudinis inter nostra officia, & antiqua. Certa namque explorataque res est, Romanorum temporibus

bus officia fuisse ab Proregis officio nō diffona. † Quod ne-
quirent Principes, aut Republicæ omnibus adesse Prouin-
cijs eorum subditis imperio; delecti propterea Magistratus
qui eandem quam Constituentes gererent personam. Idē-
que quod ad Reges euenit, vt ait l. 1 2. tit. 1. par. 2. ll. Castelle,
*El Emperador o Rey, maguer sean granados Señores, no pue-
den fazer cada uno dellos mas que un home porque sue-
menosfer que huuiesse en su Corte homes que se siruiessen y de
quien se gouernassen las gentes estuviessen en sus lugares.* In-
ter hos Magistratus Reip. Romanæ temporibus fuit, & ille
Proconsulis. † Ut enim sūma Potestas, atque Maiestas Con-
sulibus inerat, à quibus in Proconsules Prouincias recturos
diffunderetur; † Ita nostris hisce temporibus Regum loco
Prorege, aut Proreges dicuntur, vt Corasius adnotauit *ad
tit. de offic. proconf. nu. 2.* † hoc nomen Proconsule declina-
bile faciens, vt nos Prorex, quod obseruauit quoq; Budęus
in l. si aliquam 7. S. cum plenissimam D. de offic. proconf. †
Et singulariter comprobatur ex loco Ciceronis *in orat. pro
lege Manilia*, vbi de Pompeo agitur, *Quo quidem tempore,
cum esset non nemo in Senatu qui diceret non oportere mitti
hominem priuatum pro Consule, Lucius Philippus dixisse
dicitur nō se illum sua sententia pro Consule, sed pro Consu-
libus missere, tanta in eo Reip. benè gerenda spes constitueba-
tur ut duorum Consulum munus unius adolescentis virtuti
committiretur.* † Vt ebatur Proconsul eisdem prorsùs insi-
gnijs quibus Consul, vt aduertit Alexand. ab Alexand. dier.
genital. lib. 2. cap. 27. *Habebatq; Proconsul proconsulatus in-
signia, eademque, ē Consulatus; nam ē lictores, fasces, se-
cures, praetextam curulemq; sellam in Prouincia sibi decre-
ta velut Consul retinebat, quibus insignijs pro Imperij mai-
estate, proque splendore dignitatis conspicuus erat.* † Plenissi-
mam habebat iurisdictionem. Vnusque ipse in Prouin-
cia id poterat, quod Romæ Magistratus omnes *l. si in aliquā
7. S. cum plenissimam*, vbi Corasius *nu. 2. D. de offic. procon.*
Ideoque ait text. l. ē ido 8. eiusd. tit. † Et ideo maius im-
perium in ea Prouincia habet omnibus post Principem. † Et

- 11 *vt l. nec quicquam o. D. eod. habetur, Nec quidquam est in Prouincia, quod non per ipsum expediatur.* † Distinguebatur à Consulibus in hoc tantum, quod sex vteretur fascibus iuxta textum *l. Proconsules 14. ibi, Proconsules non amplius quam sex fascibus vtruntur D. cod. Pancirol. lib. 1. Thesaur. var. cap. 10. Iul. Cef. Bulenger. de Imper. Rom. lib. 4. cap. 23.*
- 12 *cum tamen Consules duodecim ferant fasces.* † Erant verò fasces hi, *vt cum Corasio ad hunc text. nu. 2. id quoque moneamus obiter, virgarum arctè ligati manipuli, interq; eas ferrea securis prominebat, vt moneretur hoc delinquētes, virga primum coerceri qui delicta patrarent, vt emendentur; securi demum vita priuandi qui per virgas leuem, nempè punitionem, nō proficerent.* † *Cùm autem insignijs hisce omnibus in Prouincijs vterentur Consules, atq; Proconsules, vna tamen Alexandria peculiari velut quodam priuilegio fasces nō vidiit.* Nàm, *vt Cicero ait in Gabinium, oraculum haberi, liberam à Romanorum imperio futuram Ægypti Prouinciā, simul ac ij insignijs hisce vterentur ibi, & aduertit quoque Corasius nu. 5.* † *Hoc autem Proconsulē interatque Legatum intererat, quod illius officium annale, huius verò esset triennale, vt habetur ex Tacit. annal. 3. Quanto facilius se abfuturum ad unius anni proconsulae imperium, quia Proconsules quotannis suffragij populi mitiebantur in Prouincias, Legati ad plures annos arbitriu Casaris in eius Prouincias.* † *Proconsules statim Roma egressi voluntariam exercere incipiebant iurisdictionem, & imperij sui insignijs vti; Cōtentiosam verò suam ingredi Prouinciam. Sunt ad hoc text. l. 1. § 2. D. de offic. proconf.*
- 13 *Omnes Proconsules statim quām Vrbem egressi fuerint habent iurisdictionem, sed non contentiosam, sed voluntariam.*
- 14 *Omnes anteà Prouinciae, Prætoriae fuerant. Sed deuicta postmodum Africa, qui Proconsul priùs designatus, missusque, fuit P. Philo anno 428.* † *Post certum autem tempus statutum fuit, vt qui Consul esse desierat, Proconsulis gereret in Prouincijs extra Vrbem officium.* *Vespasianus Asie Proconsul fuit.* *Præfuit Palestinæ vt colligitur ex Hieronymo*

in

in Epitaphio Paula. Pr̄fuit, & Armeniæ vt deducitur ex
 Nouell. 21. † Venerabilis adeò ac magna Proconsulis pote-
 stas fuit, vt nec Pr̄fecto Pr̄etorio Orientis fasces summi-
 tere dignaretur itux̄ Eunap. in Maxi. *Est dignitas illustrif-
 sima, inquit, & non obnoxia Pr̄fecto Pr̄etorio.* † Manumis-
 siones adoptionesq; apud Proconsules fieri poterant l. 2. D.
 de offic. procons. Tametsi Proconsulis Legatus hanc nō ha-
 beret potestatem d.l. 2. S. 1. & l. 3. D. cod. ibi, *Apud Legatum
 verò Proconsulis nemo manumittere potest, quia non habet
 iurisdictionem talēm;* pr̄terquam si hanc ei dedisset Pro-
 consul; † Atque ità intelligendus est textus *l. apud Procon-
 sulēm 17. §. 1. D. de manumiss. vindict.* vt explicauit Osual.
 ad Donell. lib. 17. commentar. iur. cap. 8. litt. II. Cuiac. lib. 10.
 qq. Papiniani ad l. 5. D. hoc tit. absque eo quod opus sit ne-
 gatiuam ex d.S. 1. expiscari, vt concordet cum memorata
 l. 2. S. 1. vt voluit Cuiac lib. 1. obseruat. cap. 1. † Proconsul le-
 gatum habet; Pr̄ses Assessorem; † Proconsul Spectabilis
 decoratur titulo, Pr̄ses verò Clarissimi. Quanquam Apule-
 ius Clarissimum appellari Claudium maximū, Africæ Pro-
 consulem. † Proconsules eorum remittebant delicta quos
 aut ipsi, aut alij relegatione damnauerant, ideoq; ait l. *si in
 aliam 7. §. 1. D. de offic. Procons.* Cum plenissimam iurisdi-
 ctionem Proconsul habeat, omnīū partes, qui Roma uel quasi
 Magistratus, uel extra ordinem ius dicunt ad ipsum perti-
 nent, Et ideo (lex quæ sequitur ait) maius imperium in ea
 Provincia habet omnibus post Principem. † Cognoscabant
 Proconsules de causa Status, quod non dabatur Pr̄sidibus,
 ad quod conducit Plinius locus epist. lib. 10. epistol. 36. Postu-
 lantibus quibusdam, ut cognoscendis liberis, restituendisque
 natib; secundum exēpla Proconsulum ipse cognoscerem,
 respexi ad Senatus Cōsulium, quod de his tātum Provincijs
 loquitur quibus Proconsules presunt. Maiori pollebat aucto-
 ritate Proconsulis Legatus, quam Pr̄sidis Assessor; is enim
 statim ac à Proconsule nominatus, dare tutores poterat l. *&
 legati 15. D. de offic. procons. l. 1. S. 1. D. de tutor.* & cura. datis
 ab his Donel. & Osuald. lib. 3. comment. cap. 7. lit. B. Hoc au-
 tem

18

19

20

21

22

23

24

- tem innuit textus *l. legatus i 2.* ♂ *l. seq.* Inesse ei nempe Iudicis dandi facultatem, quod locum habet solummodo in Legato Procons. eo quod habuerit iste iurisdictionem magis ordinariam, quam delegatam; † Ideoq; Senatus Proconsulis eum dixit Coadiutorem Cuiac. *in paratil. ad tit. D. de offic. procons. & lib. 7. obseruat. cap. 21.* Gothofred. *ad l. 5. C. de iudic.* Osuald. *ad Donell. lib. 17. cōment. cap. 8. lit. N.N.N.*
- 25 26 Robert. *lib. 4. sentent. iur. cap. 22.* † Quare in hoc maior erat Proconsulis, quam Præsidis auctoritas iuxta text. *l. nec mandante 8. D. de tutor.* ♂ *curat. datis ab his. Iul. Cef. Bülenger. de Imper. Roman. lib. 4. cap. 23.*
- 27 28 29 Præfecti quoque Prætorio officium inter maiora, atque præcipua fuit Romanorū munera. † Præfetus Aulæ dictus ab Herodiano. † Moris fuit eligi ex Equestri, Senatorio, ac Cōsulari ordine, & principio quidē ad instar magistri Equitum officij fuit habitum, vt habemus ex *l. 1. D. de offic. præfct. prætor.* Sed data pleniore licentia ad discipline publica emēdationem. † Eius sella appellata fuit *Sedes amplissima l. 3. C. de muner. lib. 12.* Item magnifica, excelsa, atque eminentissima *l. 16. C. Theodos. de cur. pub. l. 2. C. de proxim. scrin.* † Vnusque is erat qui Principem alloquebatur, vt adnotauit Lamprid. *in Alexan.* Neque nunquam solum quemquam preter Præfectum suum vidit. † Ausonius Præfectū Prætorio Virum, dixit, *in specula honorum collocatum, culmen omnium dignitatum, arcem præfectoriam,* ♂ *apicem, fastigiumque dignitatum l. quilibet 40. C. de Decur. lib. 10. l. 3. C. de muner. l. 2. C. de curs. publ. l. in honoribus 7. C. Theodos. de honor. codicil. l. 1. C. de offic. Vicar. Guth. de off. Dom. August. lib. 2. cap. 1.* Amaya *ad l. final. nu. 3. C. de Decur. lib. 10.* Ac præter locum infra citandum ex Cassiod. dicitur ab eodem *lib. 2. cap. 15.* Omnit nobilissimum pondus. † Herodianus autem *lib. 2. de potestate* istius ait, *quod nō multū aberrat à potestate Imperatoris, quando ♂ ipse Imperator saltem suam Præfecto Prætorio credit.* † Eunapius *in vit. Philosoph.* dicit purpura solum ab Imperatore differre, Budęus *in l. 1. D. de offic. præfct. prætor.* † Eius edicta vim legis habebant

Dissertatio Sexta §.VII.

301

- bebant l.2.C.de offic.praefect.Orien.l.apertissimi C.de iudic.
l.fideiuffor 27.C.de fideiuff.Alciat.lib.2.paradox.cap.9.Cu-
iac.lib.6.obseru.cap.10.† Curruque vtebatur genere quo-
dam, quod nō nisi magnis permittebatur viris, Carpentum
vocabant, de quo mentio est apud Nouell.70.Sueton.in.
*Claud.*cap.17.Tacit.lib.12.annal.Symmach.lib.10.epistol.
17.& ibi Iuret.Bulenger.lib.3.de Imper.cap.3.Sauar.in Si-
don.lib.7.epistol.12.Surgent de Neapoli illustr.lib.1.cap.20.
nu.3.† Atsurgebatq; Imperator Praefecto Praetorio Cassiod.
lib.3.cap.21.Venerationi erat omnibus, ac ipse met Prin-
ceps Dorleans ad Tacit.lib.1.annal.pag.54.¶ lib.2.annal.
pag.273.Thom.Dempster.ad Rosin.antiquit.Roman.lib.3.
cap.vlii in fin.Lips.lib.2.Elector.cap.6.Gothofred.in l.1.
C.de apparit.pref.Vrb.Decoratusq; fuit Illustris titulo l.6.
C.Theodo.de anno.¶ tribut.l.29.C.Theod.de petitio.† Ap-
pellatur Imperatori Pater, Clarissimus, Dilectissimus, Illu-
stri, atque magnifica auctoritate vir, culmen, amplitudo, &
præexcelsa magnificentia Nouell.Valent.l.7.C.de suscep.¶
arcar.l.2.C.de his qua ex publ.coll.a.l.vlt.C.de numer.actio.
l.2.C.de cursu publ.† Dignitas sanè hæc secundum habuit
ab Imperatore locum, † priusquam Constantinus celsiori
loco sedere Patrios, quam Praefectum Praetorio statuisset
Zosita.lib.2.Victor in Vespasia.Imperabat Praefectus Praeto-
rio Praesidibus l.1.C.de offic.praefect.prator.† Ideoq; à Prae-
sidum sententijs ad Praefectos Praetorio prouocatio erat l.2.
C.eod.l.precipimus 32.C.de appellat.† Sed à sententijs Prae-
fecti Praetorio, et si daretur olim appellatio, sublata hæc ni-
hiominus fuit, vt ait textus l.1.§.1.D.de offic.praefect.prat.
enius verba tametsi vulgaria, quia tamen nimium hoc de-
corant officiū, transcripsi, & huc attuli, His cunabulis Prae-
fectorum auctoritas initiata in rānum meruit augeri, vt ap-
pellari à Praefectis Praetorio nō possit. Nām cum ante quasi-
ism fuisset applicaret à Praefectis Praetorio appellare, ¶ iure
diceret, ¶ extarent exempla eorum qui prouocauerant; po-
sita a publicè senzenta principalia a appellandi facultas in-
serdicta est. Credisit enim Princeps eos, qui ob singularem,
- indu-
- 36
- 37
- 38
- 39
- 40
- 41
- 42

- industriam explorata eorum fide, & grauitate ad eius officij magnitudinem adhibentur. non aliter iudicaturos esse pro sapientia, ac luce dignitatis sua, quam ipse foret iudicaturus Donell.lib.28.comment.cap.6. vbi Osuald.lit.V.Surgent de Neap.illustr.lib.1.cap.14.nu.19. † Supplicabatur tantummodo l.Praefectis 17.D.de minor.l.vnic.C.de senten.praefect: prator.Nouell.119. quæ est Autb. ut sponsalit.larg.cap.5. & Nouell.23. quæ est Auth.de appell.in princip.vers.Exceptra, vbi Accurs.vers sine Magn. Constant.in l.proconsulibus 18. C.Theodos.de appell.ibi, A Praefectis autem Prætorio, qui soli vice sacra cognoscere uerè dicendi sunt, prouocari non sumus, ne iam nostra contingi ueneratio videatur; † Vbi verba illa, vice sacra cognoscere iuxta Symmachi sententiam lib.8: epist. 17. idem sonat ac, vicem Principis gerere l. 8. tit. 18: par.4.de Præfecto Prætorio locuta habet, fuisse eū loco Regis constitutum; † Et quia summi hoc, ac magnum esset munus, non nisi amicissimi priùs conferri, deinde Iurisconsultis consuevit. Otho Marcianum eo decorauit officio, Seuerus Papinianum, Alexander vero Vlpianum. † Animaduertebat item in Praesides, eisq; ab officij exercendi munere interdicebat Præfetus Prætorio l.3.l.4.C.de offic.praefect.prator.l.2.C.de ann. & capit. † Multam indicebat usque ad quinquaginta auri libras l.4.C.de modo multe. l.1. C.de senten.praefect.prator. † Inter cetera Praefecti Prætorio priuilegia id quoque erat præcipuum, quod sententiam ferre voce sine scripto posset l.2.C.de senten.ex pericul.recit. quod ceteris verabatur Iudicibus Symmach.lib.1.epis.27.l.34.b.vii. C.de pred.Decur. l.ultimo.C.de princ.agen.in reb. L. in sacrif. C.de proxim.sacr.scrin.lib.12. † Atque ita accipienda sunt, quæ dicuntur in Rubr. C.de senten. ex pericul.recit. id est ex tabella, quod planè est quod ait l.2. & 3. siusdem tit. non autem ex breuiculo, ut intellexerunt Budæus in l.final.D.de Senat. & Alciatus lib.1.dispunct.cap.21.ac etiam Langenus lib.5.semestris.cap.5. † Nam periculum idem significabat, ac index quidam, aut scriptura, ut ex Seneca colligitur in declam. ibi, Iudex quam tuleras de Re tabellam. Et Apuleius,

Ta-

Dissertatio Sexta §. VII.

303

Tabella semel lecta nec augeri litera vna, nec minui potest,
Hothomanus licet lib. 3. obseruat. cap. 20. in ea fuerit sen-
tentia, ut vox ista *periculum*, dubium litis designet euētum,
atque periculum. † Nec defunt qui dicant, recitare senten-
tiam ex periculo, innuere velle, ex memoria dicere. Hunc
tractat articulum, qua solet eruditione D. Francisc. de Amaia
in l. final. num. 1 o. C. de Decur. lib. 1 o. † Poterat etiam bona
Subditorum publicare Capycius *decis. i 3 o nū. 4 6. in s. dub.*
Surgent. de Neap. illus. lib. 1. cap. 1 5. nū. 1 6. † Omnes tamen
Prefecti Prētorio honorum tituli, atque prēminentiae ea
formula complectuntur quā tunc tali decorari consueuit tit-
ulo, estq; apud Cassiod. lib. 6. var. formul. 3: quām ego sanè
formulam ob sui elegantiam hunc in locum transcribere
decreueram, sed tamen abstinui, relatam enim totam, & ad
literam repperi apud D. Francisc. Amaia *in d. l. fin. nū. 4. C. de*
Decur. lib. 1 o. quām transcripsit quoque multuniq; illustra-
uit P. Francisc. de Viuar Cisterciensis Ordinis decus *in epist.*
Nuncupatoria Commentarior. quē tanta cum laude scripsit
in Flauij Lucij Dextri Chronicon; Insignis projecto Gothala-
nus Barcinone oriundus, ac Oriētis Prefectus Pratorio eam
etiam ad literam tradit *Surgent. de Neap. illus. lib. 1. cap. 1 4.*
nū. 2 1. eam comparādo cum formula priuilegijs nostrorū
Proregum, † Ad intelligendam ceterum, & deprehenden-
dam dignitatis huius prēstantiam, videnda sunt loca Iul. Ce-
sar. Bulenger. *de Imper. Roma. lib. 3. cap. 2. cum seqq.* Bodin.
lib. 3. de Rep. cap. 6. Petr. Faber *lib. 1. semestr. cap. 1. 2. § 3.*
Coras. epistol. qq. cap. 5. nū. 3. § 4. Dio. *tib. 5 2.* Sueton. *in Gal-*
ba cap. 1 4. § in *Tit. cap. 6.* Cassiod. *lib. 8. epist. 2 0.* *Surgent.*
in Neap. illustr. d. cap. 1 4.

Quot hodie habemus nostra in Republica Officia; - Ex
omnia huic Prefecti Prētorio congruere posse videntur af-
firmare interpretes. † De Imperij Electoribus est Vessem-
bēcij locus *in conf. 40. nū. 4 6. § conf. 40. nū. 2.* tametsi absur-
dam hācappellauerit comparisonem Andreas Kenicher
de Saxonō prouisur. cap. 3. n. 3 4. † De Cardinalibus est glos.
locus *in l. 1. C. de offic. prefest. prator.* † De Regentis officio

qq

et

51

52

53

54

55

56

57

58

- est Joseph de Rustic. locus *in vita Papiniani in proem. nu.*
10; quæ exstat post repetitionem l. cum Annus D. de condit.
59 *Et demens. + Senatus comparatur ab Guid. Papa q. 29. The-*
60 *saur. decis. 2. nu. 1. Fontanel. decis. 3. nu. 3. + De officio Vice-*
cancellarij Supremi Aragonici Cōfiliij est celeberrimus lo-
*cus apud eundem Dominum Vicecancellarium *in suis Ob-**
seruat. in Admonit. ad Lectorem num. 11. vbi id potioribus
comprobationibus, propiusque quam cæteri ad scopum
accedit.
- 61** Hinc ortum duxit quod dixerit quidam, Proregis nempè
dignitatem similem esse Proconsulis, aut Präsidis officio
Luc. de Penn. in l. pro. adibus C. de diuers. præd. urban. lib. 11.
Bald. in Observare. S. proficiisci. D. de offic. proconsul. Coras. in
l. diem functio D. de offic. Assessor. Alciat. lib. 3. Parerg. cap. 3.
Budæ. in l. si in aliquam S. cū plenissimam D. de offic. Procons.
Caffan. in Catalog. glor. mund. par. 7. confid. 10. Frecc. lib. 2. de
subfeud. tit. quis dicatur Dux nu. 29. Conrad. in templo omn.
Ind. lib. 1. cap. 7. nu. 5. Clar. S. final. quæst. 35. Bouadil. lib. 1. po-
litic. cap. 2. nu. 4. Et 6. Gregor. Lopez ad l. 5. tit. 5. par. 5. Et
l. 2. tit. 9. par. 2. Salazar de Mendoza de Dignit. Hisp. lib. 2.
62 . cap. 14. fol. 61. Mastrill. de Magistr. lib. 5. cap. 6. num. 23. + &
Garc. de nobilit. glos. 35. nu. 44. æquiparat eos Prouinciarum
Comitibus, at Dom. Reg. D. Francisc. Vic. super pragm. Ser-
din. lib. 1. tit. 4. cap. 1. nu. 31. Romanorum comparat Consu-
libus.
- 63** Alijs visum, Proregis officium simile Praefecti Prætorio
muneri esse. Ita Sicard. in Lexic. vers. prefect. prator. Alex.
ab Alex. lib. 6. Genial. dier. cap. 3. Petr. Gregor. lib. 6. syntagm.
cap. 8. nu. 7. Et lib. 19. cap. 18. nu. 3. ac lib. 47. cap. 30. num. 1. 2.
*Excellentiss. Dom. Vicecancell. Aragon. *in suis obseruat. in**
Admonit. ad Lectorem num. 16. Solorz. in Polit. Indiar. lib. 5.
cap. 12. fol. 8. 27. vers. Assi mismo D. Lauren. Matheu de Ra-
gim. Regn. Valen. cap. 2. S. 1. num. 11. Specul. tit. de legat. S. 4.
vers. Sed per quem absoluuntur Decian. conf. 23. nu. 6. 5. lib. 3.
Muscatell. de Dignit. Doctor. par. 3. nu. 42. Capiblanc. de
Baron. pragm. 1. nu. 21. Caraut. ad prag. 1. S. 2. ad Macedon.
Giurb.

Dissertatio Sexta §. VII.

305

Giürb. cons. 19. nu. 22. Surgen. in Neap. illustr. cap. 13. nu. 4.
 Et cap. 22. nu. 11. Oliba de iur. fisc. cap. 4. nu. 61. ibi, *Hic ergo per similitudinem cum Praefecto Prætorio comparatur d.l. 1.*
ibi, Regimentis Reip. ad Imperatores perpetuo translatis ad similitudinem. Et inferius, *Et verè magis Praefecto Prætorio potest comparari, quam alijs Magistratibus Romani Imperij in nihilo refragāte, quod dicitur Praefectum nempe Prætorio multas simul rexisse Provincias, vt colligi potest ex tit.*
C. de offic. praefect. prator. Orient. Illyr. & Africa. Hoc enim similitudinem non tollit, quod ad regimen attinet.

64

65

66

67

Placuit alijs affirmare inesse Proregi maiorem quidem auctoritatem, quam quæ fuerit olim data Praefecto Prætorio ut Cassan. d. par. 7. consid. 10. Surge. d. cap. 22. nu. 12. & Petr. Greg. cit. lib. 47. cap. 33. maiorem asserit Proregibus facultatem, quam cæteris Antiquorū officijs: † Inquiens, id munus Franciæ, non nisi filijs, aut Regis fratribus demandari cōsueuisse Mastrill. d. lib. 5. cap. 6. censuit Proreges nostros maiori præfulgere potestate, quam Praefectos Prætorio ob allatas à nobis tertio argumento rationes, ex quo idem fruatur Prorex priuilegijs, atque honoribus, quibus Rex ipse, ijs tantum exceptis, quæ inseparabilia sunt, & præter citatos ibi videndi quoq; sunt Frecc. in tit. *Quis dicatur Dux nu.* 29. *Surgent de Neap. illustr. cap. 22. num. 8. Castal. de Imper.* q. 65. nu. 5. *Milanen. decif. 8.* † Certumque est, Cathaloniae appellationem neque recursum dari à Prorege ad Regis personam, vt explicauit Oliba de iur. fisc. cap. 4. nu. 61. ibi, *Nec ab eo ad Regem est appellatio, aut recursus, idem enim est Tribunal, idem Regium Consilium Cancer. p. 3. variar.* cap. 3. nu. 329. Thom. Mier. super Cōstit. Iitem per sobre nu. 6. par. 2. coll. 10. fol. 50. in antiqu. Nō fuerit ceterum vana comparatio inter dignitatem nostrorum Proregum ad Praesidentis Proconsulis, aut Praefecti Prætorio munus, pro principali nostro scopo. † Nam ex perpensis in præcedentibus argumentis, extra omnem controversiæ aleam est, Ieso Magistratum horum aliquo, contrahi Iesæ maiestatis crimen; eo quod violaretur representati maiestas Principis ut cū Quintiliano

68

tiliano probatum reliquimus toties ijs repetitis verbis, *Iniu-*
riam fecisti, sed quia Magistratus, Maiestatis actio est, & vi-
dendus de dignitate Dictatoris Ioan. Corrasius in l. 2. D. de
orig.iur. † Et in terminis, non quidem Proregis, sed Iudicis
Pedanæi, qualis est Assessor Ciuitatis Sassleris in eodem Sar-
diniæ Regno, declarauit Audientia illa, maiestatis leſæ cri-
mēn contraxisse eiusdem occisores, vt refert D. Jo. Dexart.
in cap. 1. lib. 2. tit. 3. de milii. § eorum priuileg. nu. 4. pag. 394.

69.

At omnibus his sepositis opinionibus, in ea ego sum sen-
tentia, vt vera dignitatis similitudo, quod ad nostrum perti-
net Proregem, nec ad Procōfulem sit, nec ad Pr̄sidem, nec
ad Pr̄fectum Pr̄etorio, vt ex traditis de vnoquoq; ipsorum
colligere est; sed ad eandem ipsam Regiam auctoritatem,
& decus. Ex quo autem hanc sequi placuit opinionem, rep-
peri, ita quoque sentire Dom. D. Ioan. de Solorz. *de Gubern.*
Indiar. lib. 4. cap. 9. nu. 10. quem secutus est D. Laurent. Ma-
theu *de Reg. Regn. Valen. tom. 1. cap. 2. §. 1. nu. 13.* quorum
quidem virorum auctoritate satis nisam puto meam hanc
Dissertationem. Ut proinde ad rem inferatur appositiè, Pro-
regiam dignitatem, non alij magis quam Regie assimilari:
propterea vbi illa violetur, crimen maiestatis in primo ca-
pite committi, cum offensa censeatur ipsiusmet Principis
persona.

70

Quod tandem ad iurisdictionis quam exercet Prorexar-
ticulum; latè is posset disceptari. Eo pr̄sertim quod magna
super hoc iamduuin vigeat contentio Cathalanos inter
atque Valentinos; Affirmantib⁹ his, & expeditam conten-
tibus, atque planam conclusionem hanc, eam nempè iuris-
dictionem ordinariam esse, non autem delegatam; cum ta-
men illi contra delegatā inquiant non ordinariam. Sed quia
parùm id facit ad rem nostram, ordinaria sit hæc iurisdiction
an delegata, breui ab horum nos expediemus examinē.

71

Regula est in re iurisdictionem tangente, eam si perpe-
tuò concedatur ordinariam esse Carauit. *tit. 293. nu. 24.* Me-
noch. *de presump. lib. 2. presum. 16. nu. 8.* § seqq. Petr. Bar-
bosha *ad h̄c Pr̄ator 12. §. 1. nu. 64.* § 70. *D. de iudic.* † Ideo-
que

72

que Rotæ Auditores, Audientiarum, & Principum Cancelleriarum Ministros, tametsi de causis non cognoscant nisi ex commissione, aut Principis distributione, habere dicimus ordinariam iurisdictionem, eo quod perpetuo fungantur munere l. *Iurisperitos in princip. D. de excusat. tunc. Bald. in l. final. C. ubi Senatores, vel Clariss. viri l. precipimus nu. 1. C. de appellat. Iason in l. Ius ciuile nu. 8. vers. limita D. de iurisdict. iur. Et in l. more nu. 52. D. de iurisdict. Purpurat. ibi nu. 59. Felin. in rub. nu. 3. post med. de rescript. quicquid dicat Natta conf. 51. nu. 14. lib. 1. ¶ Ac ea propter Petr. de Bellapert. in repet. l. more nu. 20. D. de iurisdict. omn. iudic. ait, Legatorum quos Papa mittit in Provincias iurisdictionem, esse delegata, cum non sint prepositi officio perpetuo duraturo.*

Aliud quoq; iuris certum axioma in eadem hac habemus te, eam scilicet quæ ex mandato protenit iurisdictionem, delegatam censeri; quæ vero ex lege, aut Constitutione ordinariam. Quod idem est ac si dicas, eam quæ personæ datur, delegatam esse; quæ autem officio ordinariam, ex doctrina Anton. Oliba de iur. fisc. cap. 4. nu. 37. quam licet impugnet Cancer. 3. par. varia. cap. 3. nu. 326. & post eum D. Lauren. Matheu cap. 2. §. 1. nu. 25. Fontanell. tamen claus. 4. glos. 10. par. 1. nu. 100. ac non esse meliorem quam is sequitur.

Inferunt quoq; DD. ad dignoscendum quādo iurisdictione delegata sit censenda, inspicere oportere an in commissione adsit Claufula, auctoritate nostra cap. 1. de Cleric. agro. lib. 6. iunct. glos. vers. auctoritate Clem. 1. de suppl. negotijs Pralat. Clem. Quia concingit de religios. domib. cap. cum aliquibus de rescrip. in 6. & ita limitat Bart. in l. more nu. 8. D. de iurisd. omn. iud. Boer. decif. 151. nu. 5. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 12. nu. 14. Et de presumpt. lib. 2. presum. 16. num. 28. ¶ Ac etiam quando legitur verbum *delegamus*, ex pluribus Petr. Barbos. in dl. cum Prator. 12. §. 1. num. 36. D. de iudic. ¶ Pro regis nostri in Cathaloniz. delegatam esse iurisdictionem sensere Michael Ferrer. 3. par. obseruat. cap. 9. Oliba de iur. fisc. cap. 3. xx. 37. D. Acac. Ripol. variar. cap. 1. nu. 9.

Et

73

74

75

76

77

- ¶ de Regal. cap. 3. num. 133. Bosch dels titols de honor. lib. 2.
cap. 36. §. 39. vers. lo Rey. Cancer. par. 3. var. cap. 3. nu. 326.
Ramon. conf. 3. nu. 121. Fontanel. de pact. nupcial. lib. 1. claus.
4. glos. 10. par. 1. nu. 100. ¶ decis. 493. nu. 5. par. 2. Cortiada
78 decis. 10. nu. 24. † Argumento D. Lauren. de Matheu non.
obstante in allat. ca. 2. §. 1. nu. 27. nempe, quod si Ministerum
iurisdictionis ordinaria est, talis quoque sit oportet, & ea quam
habet Prorex: quippe qui Caput est membrorum illorum,
quæ mysticum construunt hoc corpus Ramon. conf. 3. nu. 34.
cum seqq. Eo quod non possit corpus hoc mysticum magis
vnum censeri, quam physicum. † Quod si in uno eodemque
subjecto non repugnat inesse delegatam simul & ordinariam
iurisdictionem, ut Bald. ait in cap. 1. nu. 2. & Aluarot. col. fin.
tit. de inuestit. in masc. fac. in usibus feud. Nec repugnabit
quoque si dicas Proregis iurisdictionem delegatam, Mini-
strorum vero ordinariam esse. Effectus ceterum, qui ex iu-
risdictione Proregis Cathaloniæ promanant, ostendunt aper-
te delegatam eam esse. † Nam per obitum Principis expi-
rat Proregis eius iurisdictionis, ut adnotauit Michael Ferrer. 3.
par. obser. cap. 9. Mieres in Constat. Præterea nu. 8. coll. 6. p. 1.
fol. 167. Oliba de iur. fisc. cap. 4. num. 32. Despuiol ad Mier.
vers. Locutio Generalis fol. 119. Ripol. var. cap. 1. nu. 10
¶ de Regal. cap. 3. nu. 134. Cancer. par. 3. cap. 3. nu. 327. Bo-
sch del titols de honor. lib. 2. cap. 36. vers. lo Rey. Cortiad. dict.
decis. 10. nu. 25. † contrà quam obseruetur Valentia Cerdan.
in verilog. cap. 1. §. 10. vers. Aurea Bellug. in Specul. Prin-
cip. rubr. 24. §. Postremo nu. 5. D. Laurent. Matheu d. cap. 2.
§. 1. nu. 50. Est & alias delegata iurisdictionis effectus in
82 Prorege, † quod nimis ea expiret statim, ac Rex Pro-
vinciam ubi Prorex est adeat ipse l. 2. ¶ L final. D. de offic.
Proconsul. Oliba d. cap. 4. nu. 37. ¶ 61. Bosch. ubi sup. Can-
cer. nu. 327. Despuiol vers. Locutio Generalis. † Postremus tan-
dem effectus, ex quo delegata cognoscitur est, quod expi-
ret post triennium, nec usque ad successoris aduentum du-
ret, ut probat Fontanell. decis. 496. nu. 17. par. 2. quicquid
83 dicat in claus. 4. gl. 10. par. 1. nu. 100. ¶ seqq. † (non est du-
biu,

bium, quod Fontanell. plures potuit videre priuilegia Pro-
regum, sed non opus est ad hoc fuisse, vt D.Laur. Matheu
placuit, Senatorem; cum priuilegia omnia registrata con-
seruetur publicis in Archiuijs Ciuitatum, ibique omnibus
pateant) nàm *l.meminiſſe 10.D.de offic. Proconf. & l.unica*
§. 1. C. vt omnes iudic. & alij textus legum concord. in eo
quod statuunt, è republica esse, vt negotia expediantur, ne
Prouincia absque Rectore sit, locum non habent Cathalo-
niæ, † vbi quandocunque desit Prorex, Prouinciæ suscipit
Gubernacula absque ullo Regis diplomate Generalis Gu-
bernator, eiusq; loço eiusdem Vicesgerens, vt notauit Ri-
pol. *de Rega. cap. 3. nu. 135.* quem sequitur hoc casu Regia
Audientia ea tamen cum differentia, vt dicatur tunc Vice-
regia Audientia.

85

At séper dubitari, & in disceprationē venire potest cur
Valentiæ Proregis iurisdictio ordinaria habeatur Cathalo-
niæ verò delegata. † Dici quidē potest Cathaloniæ per Cō-
stitutiones nostras antiquas ignotum Locumtenentis Ge-
neralis officium fuisse, ideoq; officium dicitur personæ da-
ri, seù iurisdictio personæ, non autem officio; ac propterea
delegatam censi; † Valentiæ verò, vt adstruit D.Lauren.
Matheu *d.cap. 7. §. 1. nu. 5.* iam ab eo Regno recepto, repe-
ritur facta mentio officij huius in foris Regni, prēcipue au-
tem *in foro 36. de iurisd. omn. iud. & in for. 18. de Curia,* &
Baiulo, & in for. 23. de Procur. Quod magistraliter docuit
Ant.Oliba *d.cap. 4. n. 37.* per hæc. *In notitia Magistratum*
nostra Prouincia Cathalonie non reperiuntur creatum, neque
fundatum Locumtenentis Generalis officium, unde Locum-
ten. potestas, & iurisdictio radicatur, & fundata est in com-
mittente, & concedente, & in eo residet.

86

87

88

AR-

ARGUMENTVM SEPTIMVM.

Enarratur quo in honore fuerint olim Principum statuae
 Tum quod Iesæ Maiestatis Rei in primo capite
 censerentur, qui eas violarent.

S. VIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Idololatria ex statuarum cultu originem sumpfit.
- 2 Statuarum veneratio unde originem traxerit.
- 3 Assyrophenes quis fuerit.
- 4 Turbatur ordo naturæ quando filius pradecebat patri.
- 5 Assyrophenes statuam loco demortui filij erigi iussit.
- 6 Eamque in panitiori adium parte ponit.
- 7 Et persapè alloquitur.
- 8 Serui, & famuli eam venerari caperunt.
- 9 Veniam commissi sceleris per statuam petebant.
- 10 Quod malum fuit communicatum uniuersō Orbi.
- 11 Sed magis affixit Ægyptum.
- 12 Donec Dominus noster Iesus Christus Prouinciam illam
 ingreditur.
- 13 Ninus Assyria Rex primus statuā Belo patri suo erexit.
- 14 Veniam concedebat omnibus qui eam adorassent.
- 15 Idem fecit Nabucodonosor Rex.
- 16 Ab his temporibus usque ad Romanum Imperium sta-
 tuarum usus non ita frequens.
- 17 Romani Idolorum cultores.
- 18 Et non solum suos, sed omnium gentium Deos ad se euocarunt.
- 19 Statua iterum in usu Imperatorum Romanorum tem-
 poribus.
- 20 Et diuinos voluerunt eis praestari honores.
- 21 Et veniam delictorum omnibus ad eas confugientibus
 concesserunt.

22 Nec

- 22 Nec servi habuerunt tutiora per fugia.
- 23 Iura quæ loquuntur de statuis.
- 24 Cognitio Proconsuli demandata.
- 25 Imo, & imaginem Principis secum gestans in moneta à panaliberabatur.
- 26 Transeuntes per loca ubi statua reperiebantur, capita detegebant.
- 27 Indecenter coram eis se gerere capitale erat.
- 28 Et ante eas se nudare.
- 29 Quandoque velabantur.
- 30 Laſa Maiestatis crimen committebant qui eas ladebant.
- 31 Explicatur l. 6. D. ad l. Iul. maies.
- 32 Adducuntur exempla.
- 33 Explanatur d.l.6. D.ad l. Iuli. maies.
- 34 Cassiodori verba ad institutum adducuntur.
- 35 Effigies Principis intacta esse debet.
- 36 Explanatur l. famosi in fine D. ad l. Iul. maies.
- 37 Qui statuam Principis ludit, in contemptum, & odium, illius fecisse videtur.
- 38 Privata statua violationis pena.
- 39 Formatur argumentum.

Vetus adeò statuarum fuit cultus (rem iuuat à suis excutere primordijs) vt Idololatria indè promanarit omnis de quo plura diximus *de Seruis fugit. cap. 3.* † Ex immoderato planè Patris cuiuspiā erga filiū amore, orta clades hæc. † Assyrophenes dicebatur ille, Ægypti Rex tūm fortunæ, tūm naturæ donatus bonis omnibus, vnuſ cui filius erat rerum omnium, eiusque Regni futurus hæres. † Cum autē (turbato naturæ ordine, quod Papinianus ait *in l. nam eis parentibus 15. D. de in officiis. testam.* & ex eo Bulgarus I.C. in obitu filij inquit, *Ordine turbato succidis Bulgare nato*) exsequias filij celebrasset Pater; ægro cordi medelam querens aliquam, eam sibi parauit, quam manca hominum potuit industria. † Et quum viuum amplius intueri non posset filium, inque eo lētari; id sumpſit consiliū, vt demorari r r. tui

1

2

3

4

5

312 Don Raphaelis de Vilosa

tui imaginem filij seu marmoream, seu æneam quoad posset ad eius vultum expressā, haberet apud se, quam viuentis loco posset usque contemplari; suoq; per eam quadam
 6 tenus dolore leuari. † Hanc statuam (ita deinceps appellata) in penitiori ædium parte locatam , s̄pè compellare
 7 pater, † perspè alloqui, s̄p̄iusq; ad blandiri, quo sanè mo-
 8 do erga viuentem affueuerat filium. † Id videntes serui, do-
 mesticoque è famulitio cæteri, Domini æmulati gestus, ut
 est ad assentationem hoc genus hominum factum; eiq; pla-
 çere , quod ad eos erat , cupientes, demortui imaginem ,
 quam viuam veluti haberet parens, æquè ac viuentem do-
 mini filium venerari cœperunt ; tūm caput ante eam ape-
 riendo, tūm sertis, atque corollis ornando, tūm flexis eam
 genibus adorando, alloquendoq; ac si spiritu prædicta esset,
 quæ non nisi imaginem eius gerebat qui fuit olim ; iam
 9 enim esse tunç desierat. † Eoque tandem per gesticulatio-
 nes istas deuenere fiduciæ, ut certo putarent, si quando ad-
 mittēdum quipiam foret sceleris, veniam se per statuam
 illam impetraturos à domino . Nec eos fefellit qua lacta-
 bantur spes: Pater enim nefas ducens fore, si negaret quod
 ita peteretur veniæ, adeoq; filij venerationem lædi, nil nō
 concedebat ipsis. Vnde factum, ut diuini exhiberentur ho-
 nores statuæ. † Quod, dolendo quidem semper exemplo ,
 10 malum toti cōmunicatum fuit postea Orbi, † tametsi Pro-
 11 uinciam affixerit illam magis; † Donec Dei filius , & Do-
 minus noster Iesus Christus humana assumpta carne illuc
 12 ingressus, quum in Ægyptū fugeret, omnia dextruxit genti-
 um Idola . Talem idolatriæ imaginumque cultus origi-
 nem tradunt Diuus Fulgen. *Mytholog.lib.1.* Diuus Bernar-
 din. *Senen.sermon.10.in Domin.1.Quadrages.act.1.cap.1.*
 Abulen. *2.par.Comment.in cap.20.Iosue q.20.* Tametsi ve-
 rò hæc fuerit priuatæ immunitatis origo , quæ statuis attri-
 buta ; † Publica tamen fuit , postea quām Ninus Assyriæ
 13 Rex primus statuam Belo patri suo erexit in Foro, † & per
 14 preconem edixit, ut quisquis delicti cuiuspiam Reus statuā
 Beli patris adorasset, criminum promereatur abolitionem,
 nulla

Dissertatio Sexta §. VIII.

313

nulla proinde plectendus poena. † Cuius forsan institutum
secutus Nabuchodonosor, Assyriorum Rex ipse quoque,
statuam erigendam sibi in campo Dura Prouinciae Babylo-
nis, ut ex sacro textu habetur, incensisq; odoribus adoran-
dam, ut Deum omnibus iussit. † Ab ijs cæterum temporis-
bus ad Romanum usque Imperium statuarum usus in de-
suetudinem videtur abiisse. Artifices siquidem omnes suā
omnem posuere curam in Deorū conflandis, formandisq;
Idolis; Quorum ampliatus adeò cultus, ut Vniuersum penè
infatuarit Orbem. † Quo certè errore, nec Romani vaca-
runt ipsi, tam sapientes alioqui, & rerum omnium peritia,
regnandique artibus illustres, ut Terrarum hactenùs nota-
rum omnium sibi usurparint dominium. † Non enim suis
tantum, patrijs indigetibusque contenti Dijs, deuictarum
gētium Numinia ad se euocare, & conceptis precationum
verbis, in sua statuere Vrbe Tutelares Diuos studuerunt; ut
ita mites facti, atque placati, quam curam populorum Ro-
manis fascibus subiectorum olim gerebant, eam omnem
in ipsis locarent victoribus, & in Vrbe gentium omnium
Domina.

Reuixisse tandem, & reuiguisse videtur earum usus Ro-
manorum temporibus Imperatorum; Quorum tanta fuit
ambitio, & fastus, ut non statuas sibi tantum dicari permi-
serint; sed & diuinos eis quoque præstari voluerint hono-
res. Nec hosce intrà limites se se continuere superbissimi
viri. † Nam quo statuis maior veneratio esset, delictorum
indulgere veniam omnibus ad eas configientibus; † Nec
alia fuere seruis tutiora perfugia, ut Duaren docet in lib. I.
Pandect. iii. 6. de his qui sunt sui, &c. per hēc Arx. Dcorum,
& statua. Principum seruorum erant perfugia, ut æquatam
diceres in hoc Deorū, & Principum conditionem. † Quām
autem frequens in iure nostro de statuis mentio habeatur,
ideque ijs qui ad eas configiunt, nō est opus plūribus ut ex-
plīcem. Consuli namque possunt l. unic. C. de his qui ad sta-
tūas l. 2. D. de his qui sunt sui, &c. l. Capitalium S. ad statuas
D. de pan. & quæ notant DD. nostri ad easdem II. P. Matib.

rr 2

Ra-

15

16

17

18

19

20

21

22

23

- Rader. in *Martial.lib.6.epigra.63.l.1.D.offic.Praefct.Vrb.*
 qua Imperator Seuerus seruis ad statuas se recipientibus Iu-
 dicem designauit Vrbi Praefectum l. 2. s. Ideoque D. de his
 qui sunt sui, &c. † qua haec cognitio Proconsuli demanda-
 ta, & citat. t. unic. C. de his qui ad statuas, &c. qua cautum
 expressè, ne quis per vim ab earū extrahatur conspectu nor-
 rat Budens in *Pandect. fol. 141. in magm. ex Philostrato in*
vita Apollonij, ad statuam Tiberi confugientibus ius fui-
 se Asyliæ. † Quod sanè eo processit prerogatiæ, vt vel ad
 eximendos à pena quavis Reos, satis esset pecuniam, cui
 Principis esset insculpta imago, penes se habere. Philostra-
 tus idem loc. cit. refert apud Aspedios mulctatum malè à
 Magistratu fuisse dominū quendam, quod seruum punire
 veritus non esset, postquam numisma, Tiberij imagine im-
 pressum ei ostendisset.
- Non solùm autem Asyliæ ius hoc ad Principum statuas
 se recipientibus erat; sed & tanto in honore apud omnes
 fuere statuæ, tantaque cum veneratione cultæ, vt qui per
 loca, vbi sitæ statuæ, transirent, omnes aperire caput tan-
 quam coram Principibus ipsis in morem haberent, quod
 adnotauit Andreas Alciat. ad *Lucretiani carminis cuiusdam*
elucidationem lib. 3. Parerg. cap. P. Mart. Roa de die na-

tal. sacr. atque profan. cap. 20. † Et capitale quoq; esset inde
 center coram eis se gerere, itaut *Damnati* (verba sunt
 Spartiani in *Caracalla*, quæ Duaren refert in iis. ad leg. *Iul.*
meiest. cap. 4.) eo tempore qui urinam in eo loco fecerunt in
 quo statua, aut imagines erant Principis, & qui coronas
 imaginibus eius detraxerunt, ut alias ponerent. † Idq; san-
 ctè adeò custoditum, vt capitale itidem esset ante statuas se
 nudare, exacta rigidè pena mortis (Domitiano imperante)
 è muliere quadam, quæ se ita nudauerat; vt suus statuas un-
 dequaque constaret honos, P. Roa vbi supra Dyonis. Go-
 thofred. in l. famosi D. ad l. *Iul. maiest.* Nisi statua Tyranni
 allicuius esset, quo casu caput tollebatur, & boni Principis
 substituebatur, vt notauit Franc. Meinardus in orat. de tem-
 plo *Iustinianus*, vbi de lege 8. C. de negagestis notauit fuisse.

Helio-

Dissertatio Sexta §.VIII.

315

Heliogabeli, & fecisse Iustinianum, quod in Tyrannorum occisione fieri solet cum non modo Tyrannus, sed etiam statuæ Tyranni de medio tolluntur, sed ita non nunquam ut tantum capite minuantur, & in capitibus adempti locum, boni deinde Principis caput substituatur D. Hieronym. in Abacuch cap. 3.

Hinc factum, ut Principum velarentur quandoq; statuæ, & Imperator Claudius è Gladiatorum foro alio iusserrit Augusti statuam trāsferri, ne aut semper velata ibi, aut cruentis adeò adesse spectaculis, nullo tecta velamine conspiceretur P. Roa lib. 6. singul. cap. 2. Dio. in Claud. per hæc, Augusti statuam eo loco posuam iussit transferri, ne aut semper aspiceret cædes, aut semper velata esset.

29

Sed præcipue lēsæ maiestatis crimen incurrerent, Reiq; maiestatis, & quidem in primo capite essent, qui Principū lēsissent statuas, ac si Principes violassent ipsos. † Quæ autē lēsio sit, habemus ex l. 6. D. ad leg. Iul. maies. ibi, Qui statuas, aut imagines Imperatoris iam consecratas, confluerit. † Adeout maiestatis fuerit postulatus ab Atteio Capitone Iuris Consulto Lucius Ennius Romanus Eques, quod effigiem Principis promiscuum ad usum argenti vertisset, ut ex Tacit. annal. 3. docet Francisc. Duaren. in tit. ad l. Iul. maies. cap. 4. Saauedr. insign. 48. eiusdēq; criminis postulatus Marcellus, quod suā ipse statuam eminentiore loco posuisset, qua Imperatoris illa esset, ut testantur Tacit. annal. lib. 1. Arnald. Clapmar. de arcan. rerum publ. lib. 3. cap. 1 r. Theodos. Hoeping. de stat. Et imagin. cap. 20. nū. 221. † Ac etiam ead. l. 6. ibi, aut quid simile admiserit, quod dilucidiū explicat glos. eo loco; inquiens, idem prorsū esse, si lapidibus easdem Imperatorum statuas impetrerit. Multoq; magis si quis eas obtruncasset, vt Budetus aduertit in not. in Pandect. ex Sueton. Tranquill. in Tiber. ità scribente, Augusti quidam caput demps̄erat, ut alterius statua illud imponeret; acta res est in Senatu; Et quia ambigebatur, per tormenta quæsita est; Et ut hac quoque capitalia essent, circa Augusti simulacrum seruum occidisse, vestem mutasse, Et c.

30

31

32

33

Appo-

- ¶ de Regal. cap. 3. num. 133. Bosch dels titols de honor. lib. 2.
cap. 36. §. 39. vers. lo Rey. Cancer. par. 3. var. cap. 3. nu. 326.
Ramon. conf. 3. nu. 121. Fontanel. de pact. nupcial. tò. 1. claus.
4. glos. 10. par. 1. nu. 100. ¶ decis. 493. nu. 5. par. 2. Cortiada
78 decis. 10. nu. 24. † Argumento D. Lauren. de Matheu non
obstante in allat. ca. 2. §. 1. nu. 27. nempè, quod si Ministerū
iurisdictio ordinaria est, talis quoque sit oportet, & ea quam
habet Prorex: quippe qui Caput est membrorum illorum,
qnae mysticum cōstruunt hoc corpus Ramon. conf. 3. nu. 34.
cum seqq. Eo quod non possit corpus hoc mysticum magis
vnum censerri, quam physicum. † Quod si in vno eodemq;
subjecto non repugnat inesse delegatam simul & ordinariā
iurisdictionem, vt Bald. ait in cap. 1. nu. 2. & Aluarot. col. fin.
tit. de inuestit. in masc. fac. in vībus feud. Nec repugnabit
quoque si dicas Proregis iurisdictionem delegatam, Mini-
strorum verò ordinariam esse. Effectus ceterùm, qui ex iu-
risdictione Proregis Cathalonię promanant, ostendunt aper-
tè delegatam eam esse. † Nam per obitum Principis expi-
rat Proregis eius iurisdictio, vt adnotauit Michael Ferrer. 3.
par. obser. cap. 9. Mieres in Constat. Praterea nu. 8. coll. 6. p. 1.
fol. 167. Oliba de iur. fisc. cap. 4. num. 32. Despuiol ad Mier.
vers. Locūtenens Generalis fol. 119. Ripol. var. cap. 1. nu. 10
¶ de Regal. aap. 3. nu. 134. Cancer. par. 3. cap. 3. nu. 327. Bo-
sch del titols de honor. lib. 2. cap. 36. vers. lo Rey. Cortiad. dict.
80 decis. 10. nu. 25. † contrà quā obseruetur Valentia Cerdan.
in veriloq. cap. 1. §. 10. vers. Aurea Bellug. in Specul. Prin-
cip. rubr. 24. §. Postremo nu. 5. D. Laurent. Matheu d. cap. 2.
§. 1. nu. 50. Est & alias delegata iurisdictionis effectus in
81 Prorege, † quod nimirūm ea expiret statim, ac Rex Pro-
vinciam vbi Prorex est adeat ipse l. 2. ¶ L final. D. de offic.
Proconsul. Oliba d. cap. 4. nu. 37. ¶ 61. Bosch. ubi sup. Can-
cer. nu. 327. Despuiol vers. Locūtenens. † Postremus tan-
dem effectus, ex quo delegata cognoscitur est, quod expi-
ret post triennium, nec usque ad successoris aduentum du-
ret, vt probat Fontanell. decis. 496. nu. 17. par. 2. quicquid
82 dicat in claus. 4. gl. 10. par. 1. nu. 100. ¶ seqq. † (non est du-
biuim,

bium, quod Fontanell. plures potuit videre priuilegia Pro-
regum, sed non opus est ad hoc fuisse, vt D. Laur. Matheu
placuit, Senatorem; cum priuilegia omnia registrata con-
seruetur publicis in Archiuijs Ciuitatum, ibique omnibus
pateant) nām *l.meminiſſe 10.D.de offic.Proconf.* & *l.unica*
ſ. i. C. vt omnes iudic. & alij textus legum concord. in eo
quod statuunt, è republica esse, vt negotia expediantur, ne
Prouincia absque Rectore sit, locum non habent Cathalo-
niæ, † vbi quandocunque desit Prorex, Prouinciæ suscipit
Gubernacula absque ullo Regis diplomate Generalis Gu-
bernator, eiusq; loço eiusdem Vicesgerens, vt notauit Ri-
pol. *de Rega.cap.3.nu.135.* quem sequitur hoc casu Regia
Audientia ea tamen cum differentia, vt dicatur tunc Vice-
regia Audientia.

85

At séper dubitari, & in disceptationē venire potest cur
Valentiæ Proregis iurisdictio ordinaria habeatur Cathalo-
niæ verò delegata. † Dici quidē potest Cathaloniæ per Cō-
stitutiones nostras antiquas ignotum Locumtenentis Ge-
neralis officium fuisse, ideoq; officium dicitur personæ da-
ri, seù iurisdictio personæ, non autem officio; ac propterea
delegatam censi; † Valentiæ verò, vt adstruit D. Lauren.
Matheu *d.cap.7 ſ. i. nu.5.* iam ab eo Regno recepto, repe-
ritur facta mentio officij huius in foris Regni, p̄cipuè au-
tem *in foro 36. de iurisd. omn. iud.* & *in for. 18. de Curia,* &
Baiulo, & *in for. 23. de Procur.* Quod magistraliter docuit
Ant. Oliba *d.cap.4.n.37.* per hæc. *In notitia Magistratum*
nostra Prouincia Cathaloniæ non reperiit creatum, neque
fundatum Locumtenentis Generalis officium, unde Locum-
ten. potestas, & iurisdictio radicatur, & fundata est in com-
mitiente, & concedente, & in eo residet.

86

87

88

AR-

ARGUMENTVM SEPTIMVM.

Enarratur quo in honore fuerint olim Principum statuæ
Tum quod Iesæ Maiestatis Rei in primo capite
censerentur, qui eas violaserint.

§. VIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Idololatria ex statuarum cultu originem sumpsit.
- 2 Statuarum veneratio unde originem traxerit.
- 3 Assyrophenes quis fuerit.
- 4 Turbatur ordo naturæ quando filius prædecedit patri.
- 5 Assyrophenes statuam loco demortui filij erigi iussit.
- 6 Eamque in panitiori adiunctorum parte ponit.
- 7 Et persapè alloquitur.
- 8 Serui, & famuli eam venerari caperunt.
- 9 Veniam commissi sceleris per statuam petebant.
- 10 Quod malum fuit communicatum uniuersō Orbi.
- 11 Sed magis affixit Ægyptum.
- 12 Donec Dominus noster Iesus Christus Provinciam illam
ingreditur.
- 13 Ninus Assyria Rex primus statuā Belo patri suo erexit.
- 14 Veniam concedebat omnibus qui eam adorassent.
- 15 Idem fecit Nabucodonosor Rex.
- 16 Ab his temporibus usque ad Romanum Imperium sta-
tuarum usus non ita frequens.
- 17 Romani Idolorum cultores.
- 18 Et non solum suos, sed omnium gentium Deos ad se euoc-
arunt.
- 19 Statua iterum in usu Imperatorum Romanorum tem-
poribus.
- 20 Et diuinos voluerunt eis praestari honores.
- 21 Et veniam delictorum omnibus ad eas configientibus
concesserunt.

22 Nec

Dissertatio Sexta §.VIII.

311

- 22 Nec serui habuerunt tutiora per fugia.
- 23 Iura qua loquuntur de statuis.
- 24 Cognitio Proconsuli demandata.
- 25 Imo, & imaginem Principis secum gestans in moneta à penaliberabatur.
- 26 Transeuntes per loca ubi statuae reperiebantur, capita detegebant.
- 27 Indecenter coram eis se gerere capitale erat.
- 28 Et ante eas se nudare.
- 29 Quandoque velabantur.
- 30 Las & Maiestatis crimen committebant qui eas ladebant.
- 31 Explicatur l. 6. D. ad l. Iul. maiest.
- 32 Adducuntur exempla.
- 33 Explanatur d.l.6. D.ad l.Iuli.maiest.
- 34 Cassiodori verba ad institutum adducuntur.
- 35 Effigies Principis intacta esse debet.
- 36 Explanatur l.famosi in fine D. ad l.Iul.maiest.
- 37 Qui statuam Principis ludit, in contemptum, & odium, illius fecisse videtur.
- 38 Privata statua violationis pana.
- 39 Formatur argumentum.

Vetus adeò statuarum fuit cultus (rem iuuat à suis executere primordijs) vt Idololatria indè promanarit omnis de quo plura diximus de Seruis fugit. cap. 3. † Ex immoderato planè Patris cuiuspiā erga filiū amore, orta clades hæc. † Assyrophenes dicebatur ille, Ægypti Rex tūm fortunæ, tūm naturæ donatus bonis omnibus, vnuſ cūi filius erat rerum omnium, eiusque Regni futurus hēres. † Cum autē (turbato naturæ ordine, quod Papinianus ait in l.nam eis parentibus 15. D.de in officios. testam. & ex eo Bulgarus I.C. in obitu filij inquit, Ordine turbato succidis Bulgare nato) exsequias filij celebrasset Pater; ægro cordi medelam querens aliquam, eam sibi paravit, quam manca hominum potuit industria. † Et quum viuum amplius intueri non posset filium, inque eo lētari; id sumpsit consiliū, vt demor-
r r
tui

1

2

3

4

5

tui imaginem filij seu marmoream, seu æneam quoad posset ad eius vultum expressa, haberet apud se, quam viuentis loco posset usque contemplari; suoq; per eam quadam tenuis dolore leuari. † Hanc statuam (ita deinceps appellatam) in penitiori ædium parte locatam, sèpè compellare pater, † persæpè alloqui, sèpiusq; ad blandiri, quo sanè modo erga viuentem assueuerat filium. † Id videntes serui, domesticoque è famulitio cæteri, Domini æmulati gestus, ut est ad assentationem hoc genus hominum factum; eiq; placere, quod ad eos erat, cupientes, demortui imaginem, quam viuam veluti haberet parens, & quæ ac viuentem domini filium venerari cœperunt; tūm caput ante eam apriendo, tūm fertis, atque corollis ornando, tūm flexis eam genibus adorando, alloquendoq; ac si spiritu prædicta esset, quæ non nisi imaginem eius gerebat qui fuit olim; iam enim esse tunc desierat. † Eoque tandem per gesticulationes istas deuenere fiduciæ, ut certò putarent, si quando admittendum quipiam foret sceleris, veniam se per statuam illam impetraturos à domino. Nec eos fefellit qua laetabantur spes: Pater enim nefas ducens fore, si negaret quod ita peteretur venia, adeoq; filij venerationem lædi, nil nō concedebat ipsis. Vnde factum, ut diuini exhiberentur honores statuæ. † Quod, dolendo quidem semper exemplo, malum toti cōmunicatum fuit postea Orbi, † tametsi Provinciam afflixerit illam magis; † Donec Dei filius, & Dominus noster Iesus Christus humana assumpta carne illuc ingressus, quum in Ægyptū fugeret, omnia dextruxit gentium Idola. Talem idolatriæ imaginumque cultus originem tradunt Diuus Fulgen. *Mytholog. lib. 1.* Diuus Bernardin. *Senen sermon. 1 o. in Domin. 1. Quadrages. act. 1. cap. 1.* Abulen. *2. par. Comment. in cap. 20. Iosue q. 20.* Tametsi verò hæc fuerit priuatæ immunitatis origo, quæ statuis attributa; † Publica tamen fuit, postea quæ Ninus Assyriz Rex primus statuam Belo patri suo erexit in Foro, † & per præconem edixit, ut quisquis delicti cuiuspam Reus statuā Beli patris adorasset, criminum promereatur abolitionem, nulla

Dissertatio Sexta §. VIII.

313

nulla proinde plectendus poena. † Cuius forsan institutum
secutus Nabuchodonosor, Assyriorum Rex ipse quoque,
statuam erigendam sibi in campo Dura Prouinciae Babylo-
nis, ut ex sacro textu habetur, incensisq; odoribus adoran-
dam, ut Deum omnibus iussit. † Ab ijs cæterum temporis-
bus ad Romanum usque Imperium statuarum usus in de-
suetudinem videtur ab ijsse. Artifices siquidem omnes suā
omnem posuere curam in Deorū conflandis, formandisq;
Idolis; Quorum ampliatus adeò cultus, ut Vniuersum penè
infatuarit Orbem. † Quo certè errore, nec Romani vaca-
runt ipsi, tam sapientes alioqui, & rerum omnium peritia,
regnandique artibus illustres, ut Terrarum hactenùs nota-
rum omnium sibi usurparint dominium. † Non enim suis
tantum, patrijs indigetibusque contenti Dijs, deuictarum
gētium Numinia ad se euocare, & conceptis precationum
verbis, in sua statuere Vrbe Tutelares Diuos studuerunt; ut
ita mites facti, atque placati, quam curam populorum Ro-
manis fascibus subiectorum olim gerebant, eam omnem
in ipsis locarent victoribus, & in Vrbe gentium omnium
Domina.

Reuixisse tandem, & reuiguisse videtur earum usus Ro-
manorum temporibus Imperatorum; Quorum tanta fuit
ambitio, & fastus, ut non statuas sibi tantum dicari permi-
serint; sed & diuinos eis quoque præstari voluerint hono-
res. Nec hosce intrà limites se se continuere superbissimi
viri. † Nam quo statuis maior veneratio esset, delictorum
indulgere veniam omnibus ad eas configientibus; † Nec
alii fuere seruis tutiora perfugia, ut Duaren docet in lib. I.
Pandect. iii. 6. de his qui sunt sui, &c. per hec Arx Dcorum,
& statua Principum seruorum erant perfugia, ut æquatam
diceres in hoc Deorū, & Principum conditionem. † Quām
autem frequens in iure nostro de statuis mentio habeatur,
ideque ijs qui ad eas configiunt, nō est opus pluribus ut ex-
plicem. Consuli namque possunt l. unic. C. de his qui ad sta-
tuas l. 2. D. de his qui sunt sui, &c. l. Capitalium S. ad statuas
D. de pan. & quæ notant DD. nostri ad easdem II. P. Matsh.

15

16

17

18

19

20

21

22

23

- Rader. in *Martial.lib.6.epigra.63.l.1.D.offic.Prefet.Vrb.*
 qua Imperator Seuerus seruis ad statuas se recipientibus Iu-
 dicem designauit Vrbi Prefectum l. 2. s. Ideoque D. de his
 qui sunt sui, &c. † qua hæc cognitio Proconsuli demanda-
 ta, & citat. l. vnic. C. de his qui ad statuas, &c. qua cautum
 expresse, ne quis per vim ab earū extrahatur conspectu no-
 rat Budens in *Pandect. fol. 141. in magn. ex Philostrato in*
vita Apollonij, ad statuam Tiberi confugientibus ius fui-
 se Asyliæ. † Quod sanè eo processit prerogatiæ, ut vel ad
 eximendos à pena quavis Reos, satis esset pecuniam, cui
 Principis esset insculpta imago, penes se habere. Philostra-
 tus idem loc. cit. refert apud Aspedios mulctatum malè à
 Magistratu fuisse dominū quendam, quod seruum punire
 veritus non esset, postquam numisma, Tiberij imagine im-
 pressum ei ostendisset.
- Non solum autem Asyliæ ius hoc ad Principum statuas
 se recipientibus erat; sed & tanto in honore apud omnes
 fuere statuæ, tantaque cum veneratione cultæ, vt qui per
 loca, vbi sitæ statuæ, transirent, omnes aperire caput tan-
 quam coram Principibus ipsis in morem haberent, quod
 adnotauit Andreas Alciat. ad *Lucretiani carminis cuiusdam*
elucidationem lib. 3. Parerg. cap. P. Mart. Roa de die na-

tal. sacr. atque profan. cap. 20. † Et capitale quoq; esset inde
 center coram eis se gerere, itaut *Damnati* (verba sunt
 Spartiani in *Caracalla*, quæ Duaren refert in tit. ad leg. *Iul.*
mœst. cap. 4.) eo tempore qui urinam in eo loco fecerunt in
 quo statua, aut imagines erant Principis, & qui coronas
 imaginibus eius detraxerunt, ut alias ponerent. † Idq; san-
 Etè adeò custoditum, ut capitale itidem esset ante statuas se
 nudare, exacta rigidè pena mortis (Domitiano imperante)
 è muliere quadam, quæ se ita nudauerat; vt suus statuas vir-
 de quaque constaret honos, P. Roa vbi supra *Dyonis. Ga-*
thofred. in l. famosi D. ad l. Iul. mœst. Nisi statuæ Tyranni
 alicuius esset, quo casu caput tollebatur, & boni Principis
 substituebatur, ut notauit Franc. Meinardus in orat. de tem-
 plo *Justinian*, vbi de lege 8. C. de nego. gestis notauit fuisse.

Helio-

Dissertatio Sexta §.VIII.

315

Heliogabelli, & fecisse Justinianum, quod in Tyrannorum occisione fieri solet cum non modo Tyrannus, sed etiam statuæ Tyranni de medio tolluntur, sed ita non nunquam ut tantum capite minuantur, & in capitibus adempti locum, boni deinde Principis caput substituatur D. Hieronym. in Abacuch cap. 3.

Hinc factum, ut Principum velarentur quandoq; statuæ, & Imperator Claudius è Gladiatorum foro alio iussit Augusti statuam trāsferri, ne aut semper velata ibi, aut cruentis adeò adesse spectaculis, nullo tecta velamine conspiceretur P. Roa lib. 6. singul. cap. 2. Dio. in Claud. per hæc, Augusti statuam eo loco posuam iussit transferri, ne aut semper afficeret cades, aut semper velata esset.

Sed præcipuè lēsæ maiestatis crimen incurrent, Reiq; maiestatis, & quidem in primo capite essent, qui Principū lēsissent statuas, ac si Principes violassent ipsos. † Quæ autē lēsio sit, habemus ex l. 6. D. ad leg. Iul. maies. ibi, *Qui statuas, aut imagines Imperatoris iam consecratus, conflarebit.* † Adeout maiestatis fuerit postulatus ab Atteio Capitone Iuris Consulto Lucius Ennius Romanus Eques, quod effigiem Principis promiscuum ad usum argenti vertisset, ut ex Tacit. annal. 3. docet Francisc. Duaren. in tit. ad l. Iul. maies. cap. 4. Saauedr. insign. 48. eiusdēq; criminis postulatus Marcellus, quod suā ipse statuam eminentiore loco posuisset, qua Imperatoris illa esset, vt testantur Tacit. annal. lib. 1. Arnald. Clapmar. de arcan. rerum publ. lib. 3. cap. 11. Theodos. Hoeping. de stat. Et imagin. cap. 20. nū. 221. † Ac etiam ead. l. 6. ibi, aut quid simile admiserit, quod dilucidius explicat glof. eo loco; inquiens, idem prorsus esse, si lapidibus easdem Imperatorum statuas impetrerit. Multoq; magis si quis eas obtruncasset, ut Budetus aduertit in not. in Pandect. ex Sueton. Tranquill. in Tiber. ita scribente, Augusti quidam caput dempserait, ut alterius statua illud imponeret; acta res est in Senatu; Et quia ambigebatur, per tormenta quæ sita est; Et ut hæc quoque capitalia essent, circa Augusti simulacrum seruum occidisse, vestem mutasse, Et c.

Appo-

29

30

31

32

33

- 34 † Appositè ad rem faciunt Cassiodori verba lib. 3. variar.
quæ recitat Dionys. Gothofr. in notis ad citat. l. 6. de Theodo-
dorico Rege sic scribente, *Moneia debet integritas queri;*
ubi & *vultus noster imprimitur.* † Quodnàm erit tutum si
in nostra peccetur effigie? si mundum quod ad formam no-
stra serenitatis adducitur. Claritas Regia nihil admittit in-
festum. † Idemq; ex memorata l. famosi in fin. ibi, *Crimen*
maiestatis factò vel violatis statuis, vel imaginibus D. ad
l. Iul. maies. docet Gothofred. *ibidem* ità, *violat qui deycit,*
qui fimo iniecto per Plateas raptat. Et ex Sozomen. qui ea-
rum capita detruncat Xiphilin. & Dio. in Domitian. Petr.
Gregor. Tholosan. *Syntagm. iur. lib. 35. cap. 7.*
- 37 Nàm qui statuam Principis publico loco positam ita
violat, dubio procùl vlo in odium, contemptum, ac Prin-
cipis contumeliam fecisse, adeoque ipsummet Principem
lesisse censetur Gambacurt. *de immun. lib. 5. cap. 44. nu. 10.*
latè Tiber. Decian. *tract. criminal. lib. 7. cap. 52. per tot.* vbi
plura scitu digna.
- 38 Priuatorū ceterùm statuis, vt & hoc obiter moneamus,
suus quoque non defuit honor. Si quis enim sepuleris adfir-
mas violasset statuas, etsi sepulcri violati agi in eum nō pos-
sit, iniuriarum tamen actio poterit intendi, tex. est expres-
sus in l. si statuas D. de iniur. & docent Tiraquell. *de nobilit.*
cap. 6. nu. 16. Auendan. *de exsequen. mandat. cap. 1. nu. 4.*
- 39 Si igitur capitale adeò crimen, & lesæ meiestatis in pri-
mo capite, vt dictum est hactenus, fuit Principum violasse
imagines: Quidni & lesæ maiestatis in primo capite reatū
incurrere dicendus ille sit, qui Proregem interficit? quem,
superioribus argumentis, esse ipsummet representatum.
Principem, nō Principis statuam, aperte demonstrauimus.

ARGVMENTVM OCTAVVM.

Ponit quodnàm delicti genus sit, Principis Legatos, seu
Oratores lèdere; Tum infert, maius quidem crimen
esse, si in Proregis personam parricidæ injiciantur manus.

§. IX.

S V M M A R I V M.

- 1 Non agitur de antiqua origine Legatorum.
- 2 Ante Diluvium uniuersale fuit.
- 3 Lapidibus designabantur termini.
- 4 Inde iurgia, & bella super diuisione.
- 5 Propterea missi, qui decomponendis differentijs tractarent.
- 6 Quales debeant esse Legati remissiùè.
- 7 Sicuti fingebatur Mercurius
- 8 Quotuplex sit Legatio remissiùè.
- 9 Quibus ceremonijs creebantur etiam remissiùè.
- 10 Quam inviolabiles esse debeant.
- 11 Legati introducti ut cades, & bellorum motus componebant.
- 12 Sine illis aeterna essent iurgia, & nunquam finirent bella.
- 13 Iure gentium sancti legati, & sancta legatio.
- 14 Sagmina herba quas sint.
- 15 Quomodo apud Gracos appellebantur
- 16 Eius natura.
- 17 Caduceus quid sit.
- 18 Faciales qui
- 19 Eorum Collegium.
- 20 Violatores Legatorum sunt perpetuo eorum scruui.
- 21 Tenentur etiam l. Iulia de vi publica.
- 22 Vis publica nō solū armis fieri dicitur, sed etiam sine eis.
- 23 Legati sunt in tutela, ac fide publica.
- 24 Qua-

- 24 Quanam pena erat legis Iulia de vi publica.
- 25 Oblisionem Legatorum Principes qui eos miserunt vindictam sumpserent.
- 26 Corinthus à Romanis hac de causa fuit euersa.
- 27 Bellum aduersus Mithridatem eadē de causa decretū.
- 28 Legatio etiam si sit rebellium Ciuitatum dicitur sancta.
- 29 Majestatis rei sunt, qui violant Legatos.
- 30 Quia representant personam Principis qui eos mittit.
- 31 Legati mittuntur nobilissimi viri, Ex Consiliariis, Ex Primitibus.
- 32 Etiam si ob priuatam inimicitiam Legatus ladatur.
- 33 Etiam si qui ladit non sit subditus eius qui mittit.
- 34 Intelligitur enim iuregentium datus commeatus à Princeps ad quem mittitur.
- 35 Etiam si finita sit legatio, Ex adhuc in via sit.
- 36 Maius delictum est ladere Proregem, quam Principum Legatos.
- 37 Differentia inter ladere Legatum, Ex Principem ipsum
- 38 Duces, Ex Principes bello capti seruabantur.
- 39 Exceptis quibusdam Barbaris, qui numerantur.
- 40 Magis atrox est lajio à subdito, quam à non subdito commissa.
- 41 Nō obstat quod delictum hoc videatur personalissimum.

Delegatorum, seù Oratorum, qui à Principibus ad Principes mittuntur, amplissimo, & antiquissimo apud Nationes omnes munere, delibare tātum est animus, quod ad argumenti huius confirmationem sufficiat. Nec enim omnia persequi, quæ hac de re scribi possent, nūc est opus, Argumenti siquidem stabiendi loco, in librum, nec tamen paruum, id excresceret; Vitioque mihi verti præterea posset, quod materiam mihi sumam exarādam, latifundia cuius tām benè coluerint Scriptores multi; Et vrceo (quod dicitur) instituto, eò excurreret rotor, vt vel magna indè exeat amphora. † Differere igitur omittam, de Legatorū, siue legationis muneris antiquissima origine. † Quam ante

ante Diluvium fuisse ex eo conijscere licet, quod cum ex sacra Genesi habeamus, Chainum, occiso Abele fratre suo, Ciuitatem sibi ædificasse, Henoch filij sui nomine appellatam; & à Setho tertio Adami genito prognatos, filiosque Dei, iuxta nonnullorū Patrum sententiam vocatos, seorsim à Chaini filijs suas habuisse Sedes; iam tūm cęperint Legati inuicem mitti. † Diuisis namque agris, terminisque constitutis per lapides illos terminales, qui Deorum loco postmodum à gentibus habitu, vnde de termino illud etiam nūm circumfertur, *Nulli ne Ioui quidēm cedo*; credibile omnino est, de possessione, & finibus, inter dissitos animis populos, persæpè orta dissidia, & contentiones. Corrupe-
rat quippe omnis caro viam suam; seque in omnium malorum coniecerat sentinam, vel Noeticum ante diluvium; vt iratus Deus exercituum Dominus cataclysmate illo memorabili obruerit mundum. † Inde bella, Vrbiumque & populorum direptiones, ac cedes, & cetera quæ nunc cer-
nimus, & patimur ipsi mala; si verum, vt verissimum est, quod Ecclesiastes ait, *Quid est quod est? Ipsum quod fuit, quod mox futurum est*, & ex eo P. Famianus Strada de bell. Belgic. historiae initio per hęc, *Visque adeò in rebus huma-
nis persona, & tempora mutantur, caussa & causa eodem
recurrunt*. † Missos proindè, qui de componendis rebus, de
populorum gentiumq; iuribus, de inducijs, fœderibus, pa-
ce, restituēdis ablatis, reponendisq; agerent finibus. † Tūm
afferre omittam, quomodo obeunda legatio sit, quiuè qua-
lesq; debeant esse, qui ad munus hoc deligūtur explendū;
probi nempè, nobiles, liberali facie viri, sepius, diuites, ca-
sti, sobrij, comitate insignes, ab assentationis vitio abhor-
rentes, Religionis, & patrij moris tenaces, docti, eloquen-
tes, † qualis Caduceator fingitur Mercurius, Nuncius In-
terpresque Deorum, vt eorum ad quosmittuntur flectere
queant animos, linguarum periti, prudentes, imperterriti,
sagaces, sed tamen sinceri, veraces, fidi, at sumimè cauti, li-
berales, atq; magnanimi. † Necnon quotuplex sit legatio,
an publica, an priuata temporaria, an perpetua; ordinaria,

ſs

an

an extraordinaria; ab equali ad æqualem; à maiori ad Supremum Principem; à minori ad maiorem; Quænam dicitur libera, seù honoraria legatio, & ornamenti tantum caussa à Senatu, vel Principe impetrata; Quæcumque cum liberis mandatis, & summa potestate, in re præsentि decernendi, & quæ sine libera hac facultate; † Quibus cum ceremonijs creantur olim legati, & quo cum honore excipiendi. † De quibus agunt partim Camill. Borrell. in cōment. de Hispan. legation. partim Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 5. cap. 3. partim verò Budæus in annot. reliqu. in Pandeet. f. m. 49. Scilicet omnium latissimè, ac luculentissimè P. Carol. Scriban. in suo Politico-Christian. lib. 1. cap. 26. cōsulendus omnino, à quo excepisse puto auctorem Theatr. vita human. quæ adnotauit verb. legatio. in nouiss. edit.

Hoc mihi nunc tantum institutum est, quām in uiolabiles fuerint semper, sintque habendi Principum, & rerum publicarum legati (vnde sancta legatio dicitur) & quam criminis contrahant notam legatorum violatores, ostendere per hæc: vt ad Proregis inde necis Reos, facto gradu, velut à minori deueniamus ad maius; quod nostro hoc proponimus octauo, & fundamus argumento.

Sanè, cum videretur antiquis legationis munus apprimè necessarium, ac utile, vt essent qui iurgia, cedès ac bellorum inter gentes componerent motus, pacatosque redde-rent Regum, & Populorum animos, ad mutua iterum cōmoda, & officia exercenda, quibus vita ciuilis, constat omnis, vt Lips. ait Politic. lib. 1. cap. 1. & sine quo commercio, ac societate, ferarum belluarumq; viueretur ritu, nilque humana esset ratio, diuinique luminis particula mens nostra, vitam in syluis, & alta inter spelæa per silentium totam alioqui transacturis hominibus, pecudum certè more, que natura prona, ac ventri obedientia fixit, vt Sallust. ait Bell. Jugurt. hist. initio, cum tamen Deus hominem formarit, vt cecinit Ouid. in Metamorphos.

*In effigiem moderatum cuncta Deorum;
Pronaque cum spectent animalia cetera terram,*

Os

Dissertatio Sexta §.IX.

321

*Os homini sublime dedit Calumque videre
Iussit, & erexit ad sydera tollere vultus.*

Id ceperunt consilij gentes omnes, quarum res in hoc agebatur omnium, ut sancti inuiolabilesq; essent legati; quo tutò agere, & à suis ad hostes meare, tūm ab hostibus ad suos illēsi possent remeare. Ne si quā fortè violandæ legationis esset vnquam suspicio, à tam necessario retraherentur munere, qui ad id diliguntur probi viri: Nec essent deinceps, qui legationem vellent suscipere, magno planè hominum detrimēto, immò malo. ¶ Protraherentur enim iurgia, æternum durarent bellorum, armorumq; strepitus, perpetuis squalleret cedibus mundus, & fœda vbiique cerneretur, cruentaque Martis facies; quia deessent qui vltro, citroque ferentes, referentesque confligentium inter se. Populorum petitiones, pacique componendæ egregiam suam exhibentes vtiliter operam, fœdera iniri, dissidentes conciliari, pacemque curarent constabiliri.

12

Iure itaque gentium constitutum, vt sancta legatio sit, inuiolabilesq; & sancti legati. Sancti autem (vt & hoc, perfunctoriè tamen moneamus) dicti à sagminibus: ¶ quæ sūt, vt Marcianus I. C. ait in *l. sanctum S. sanctū D. de rer. divis.* quædā herbæ, quas legati Populi Romani ferre solēt ne quis eos violaret; ¶ sicuti legati Gr̄corū ferunt ea quæ vocātur Cerycia. Sagminum exemplum habemus apud Liuum, lib. 1. cum legati mitterentur, & formulā eos creandi quam transcripsit Gulielm. Budēus in annot. ad citat. l. sanctum in Pandect. ¶ additque etiam hæc, *De sagminibus Plin. lib. 22.* Hac etiam herba verbenaca vocatur latinè à Gracis Hierobotane dicta, idest sacra herba, vt idem Plin. docet lib. 25. Cerycea autem dicuntur à Gracis, quæ latinè Caducea dicuntur, quibus Greci vtebantur, vt inquit Marcianus Ceryx enim Caduceator est. ¶ In caduceo autem serpentes in vicem complexi insculpebantur, quale illud Mercurij pictū visiū, cuius meminit Plin. lib. 29. & Macrob. lib. 1. Saturn. ¶ Quoniam autem apud Liuum hic fecialium mentio fiat, prætereundum non est, Romanos feciales, fœderibus

13

14

15

16

17

18

sanciendis rebusq; repetendis, ac bellis indicendis habuif-
se, à Tullo Hostilio, seu Anco Martio; aut, vt alijs placet à
Numa Pōpilio creatos, acceptis ab antiqua gente Equicolis
iuribus, & solēnibus verbis, quibus res repetuntur, & bella
indicuntur: Ipsorumq; Collegiū à principio viginti fuisse;
Eorumque Principem Patrem patratum fuisse dictum, cui
vn̄i belli indicendi facultas erat, caput Verbena coronato.

19 Huiusque Collegij proprium fuisse, tam de bellis, iustisq;
fœderibus, pactionibus, & conditionibus populorum, Re-
gum, & Nationum, quam de illatis iniurijs socijs fœdera-
tisque gentibus cognoscere, vt latè persequitur Alexan. ab
Alex. cit. cap. 3. lib. 5. dier. genial. vbi etiam verba iuris fecia-
lis affert per hæc, *Belli, pacis, fœderum, induciarum, Ora-
torum, faciales indices sūto*. Verùm fœdera hæc sancire, aut
pacta cum socijs concipere faciales in iussu populi, aut ci-
trà Senatus auctoritatem nō poterant. Consulis propterea;
aut Prætoris intercedēte auctoritate S.C. fiebat in hæc ver-
ba, vt priuas Verbenas, priuosque lapides Prætorem posce-
rent, qui Verbenam ex arce, & sagmina, ac lapidē silicem
ex templo Iouis Feretrij daret facialisibus, vt per sacrificia
conceptis verbis, ac c̄eremonijs fœdera percuterentur, vt
docent idem Alex. ab Alex. vbi supra, & nonnihi Tiber.
Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 5. sub nu. 1. i. E seq. Dyonis.
Gothofred. iu not. ad l. final. D. de legation. Iacob. Cuiac. ob-
seruat. lib. 1. i. cap. 5.

20 Quisquis igitur legatos violasset, fas hostium, ius gentiū
rupisse existimabatur; ideoque iure statutum vt hostibus
tradatur, eorum futurus perpetuò seruus l. final. D. de lega-
tion. vbi Pomponius I.C. ita fertur respōdisse, *Si quis legatū
hostium pulsasset, contrā ius gentium id cōmissum esse existi-
matur, quia sancti habētur legati: Et ideò si cū legati apud
nos essent gentis alicuius, bellum cum eis indictum sit;* Re-
sponsum est liberos eos manere; Id enim iuri gentium conue-
niens esse. Itaq; eum qui legatū pulsasset, *Quintus Mucius
dedi hostibus, quorum erant legati solitus est respondere,* E. c.
l. sanctum. §. sanctum, vbi glo. D. de rer. division. Bart. in l. r.

in

Dissertatio Sexta §.IX.

323

*in princip. nu. 2. D.ad l.Iul.maiest. quem refert Caball.re-
sol.criminal.cent.2.eaf. i 50.nu.4. Et 5. + Visum præterea
est nonnullis lege Iulia de vi publica teneri, qui hostium
lēsissent legatos ex Vlpiani responso in l.7. D.ad l.Iul.de
vi publ. §.final. Item quod ad legatos (ait Vlpian.) Et Ora-
tores Comitesucē attinebit, si quis eorum quem pulsāsse, si-
ue iniuriam fecisse arguatur. + Nam quia vis publica non
tantū fieri dicitur, cum armis infertur §.item lex Iulia in-
fit.de public.iudic. eo quod armorum usus publicus est, nō
privatus l.1. D.et.C. ad l.Iul.de vi public. Sed etiam, cum
quid publicē sit, aut aduersus publicam fidem etiam sine
armis: Eam ob rem l.Iulia de vi publica tenentur, qui lega-
tos siuē Oratores pulsant. + Hi enim in tutela, ac fide publi-
ca sunt, ut perbellē Duaren.docet in iiii.ad l.Iul.de vi publ.
cap. i. + Pēna ceterū l.Iuliæ de vi publ. (si hostibus non
dedantur qui Legatos pulsarunt) deportatio est Instit. de
public.iudic. §.item lex Iulia de vi publica. Exacerbatur ve-
rō propter homicidium secutum; Et Legatorum occisores
ultimo afficiūtur supplicio, tametsi eorum aliquis occisus
sit, qui caussam huic præbuerunt sceleri l. quoniam multa
C.cod.iii.quam citat Duaren loc.laud.cap.4.*

*Verū enim verò, præterquamquod ob violatos lega-
tos suos, qui Populi, & Principes eos miserunt, ac ij ipsi ad
quos missi legati, Reges, & gentes magnam de offensori-
bus sumpsere semper vltionem, quippè quod inter confu-
sa arma, vna legatio pacis nomen, & onus præferat, vt
propterea hostium legati, hostes non sint censendi, quod
officio dumtaxat boni viri, ac suæ Patriæ, & Principis Pro-
curatoris fungantur, abundē testantur gentium omnium,
omniumque temporum historiæ; quarum vnam, aut alte-
ram nūc recensere operæ præcium est. + Corinthus à Ro-
manis nō aliam certè ob caussam euersa, quam quod ipso-
rum legati durius fuerant appellati, vt refert Cicero pro le-
ge Manlia, quem laudat idem Gothofred. in notis ad dict.
l.final.D.de legation. + Bellumque aduersus Mithridatem,
vt susciperent, hortatus fuit Cicero idem Romanos suos,*

ad

ad eamq; rem Pompeium Ducem deligerent; quia Romanorum legatos occidi iusserat Mithridates teste memorato Gothofred. *vbi sup.* alia refert Liuius *lib. 5. § 20.* multa quoque P. Carol. Scriban. *loc. cit. à fol. 43 6. in paruis qui fol.*

28 *445.* † etiam rebellium Ciuitatum legationem sacrostan. Etiam ait doctos plures defendere, ceterique Historici cum veteres, tum recentiores, quae per seipsa legere quisq; potest; Nos enim ab eis recensendis duximus supersedendū, ne longius quam par est, & argumentum hoc ferat, protrahatur oratio.

29 Quod ij, qui legatos violassint Maiestatis lēsæ Rei sint censendi expressè docuerunt Bald. & Felin. *in cap. 1. de officiis delegat.* per tex. *l. off. 8. § fin.* ibi, etiamsi non ipse prohibitus sit, sed procurator eius, quia intellectu aliquo (id est ut notat Gothofred. re ipsa effectu ipso) ipse prohibitus videtur D.

30 *de religioſ. § ſumptu. funer.* † Cum legatus, eius a quo missus est Principis representet personam, Senatus faciem secum attulerat, auctoritatem Republicæ ait de quodam legato M. Tullius Philip. 8. & videndus Hugo Grotius *de iur. belli lib. 2. cap. 18.* adeoque ipsum qui ledit, Principem censetur lēſisse, cuius gerit personam, & negocium Bald. & Felin. *ibid.* & probatur ex cap. *fanè*, vbi Abb. idem statuit *de officiis delegat.* & ex text. *in cap. Nobilissimus 97. distinct.* ibi, *Nos au-tem vos in illo honorantes.* Boſſ. *in tit. de crim. laſ. maiest. n. 3.* ad quod facit quoque text. *in cap. ex literis de officiis delegat.* Bart. *in Extravag. qui sint rebelles ver. rebelles in ver. quod hic dicitur nu. 4.* Martin. Lauden. *in tract. de legat. Princip.* q. 19. *ex glos. in cap. cum olim magister de officiis delegat.* Habant enim legati, ut diximus publicam securitatem ex genitium iure *l. final. D. de legat.* Eaq; propter qui publicam violent securitatem, lēsæ maiestatis crimen incurruunt *l. 2. D. ad l. Iul. maies. Gig. de crim. laſ. maies. iii. Qualiter,* *§ à qui- bus q. 16.* † Eo præsertim, quod legati plerumque mittuntur nobilissimi viri, atque ex Consiliarijs, & Primatibus, ut probatur ex *l. sciendum § ordine D. delegat.* & tradit Luc. de Penna *in l. Mulieres col. 5. vers. sexto circa legationes C. de dignit.*

31 *l. Iul. maies. Gig. de crim. laſ. maies. iii. Qualiter,* *§ à qui- bus q. 16.* † Eo præsertim, quod legati plerumque mittuntur nobilissimi viri, atque ex Consiliarijs, & Primatibus, ut probatur ex *l. sciendum § ordine D. delegat.* & tradit Luc. de Penna *in l. Mulieres col. 5. vers. sexto circa legationes C. de dignit.*

dignit.lib. 2. Et in rubr.C.de legat.lib. 1 o.col. 5. vers. eligen-
dus est, & conduceat text. in cap.ad Apostolica, ibi, Speciales
Nuncios, Et magna auctoritatis viros duximus destinan-
dos, de re iudic.in 6. quos DD. & iura citat, & sequitur Ti-
ber. Decian.lib. 7.cap. 5. nu. 11. & post eum Farinac.de cri-
min.las.maiest.q. 11 2. inspect. 4.nu. 160. post Nat.in addit.
ad cons. 13.Alex.nu. 4.lii.C.verb.periineat lib. 1. Corrad.in
prax.rubr.de lafa maiest. cas. 48. nu. 5. aliosqte à Deciano
relatos: † Etiam si ob priuatam inimicitiam legatus ledatur
Tiber Decian. & Farinac. in alleg.locis † Etiam si qui Nun-
cios ledit non sit subditus Principi, à quo missus Orator est:
† Cū enim Dominus suus, Princeps nempè ad quem mit-
tuntur legati securitatem faciat, detque commeatum, seu
iure gentium id datum intelligatur, si subditus hanc fran-
gat fidem, lēsæ maiestatis Reus fiet, vt est text. in l. 1.D.ad
l.Iul.maiest. † Etiam si ledatur legatus, qui finita legatione
manet adhuc in Regno illius, ad quem missus Orator fue-
rat; & qui in itinere adhuc est, aut etiam intrà fines Prin-
cipis sui regressus Decian. ubi sup. à nu. 12.ad 17. Farinac.
à nu. 163.ad nu. 174.

32

33

35

His breuiter, quod ad legatos attinet, positis; facile erit;
me iudice, id inferre hinc, quod argumenti proposuimus
initio; † Maius nēpè crimen esse Proregem violare, quam
Principum ledere legatos. Quod vt ratum testatumque
faciam, illud cum primis meminisse oportet; Maiestatis
ideo postulari, qui legatos violassint, quia non solum inter
cōfusa, vt diximus, arma vna legatio pacis nomen, & omen
præsefert, hostiumque legati hostes non sunt censendi, eo
quod boni viri funguntur officio, ac sunt Principis aut Po-
puli sui Procuratores; sed etiam, quia legatus Princis sui
repræsētat personam. Quare legatum qui ledit Principem
ipsum mittentem dicitur lēsisse, vt ex Bald. Felin. & alijs
apud Prosper. Farinac. & Tiber. Decian. demonstraumus
supra. Meminisse deindè opus est, nos hoc eodem etiam
argumento firmasse, Maiestatis Reos esse etiam nō subdi-
tos, legatorum violatores, ob securitatem, & commeatum

Prin-

Principi mittenti factum ab eo ad quem legatus mittitur, vnde ius gentium, hostiumque rumpitur fas sacroſanctū, quod ſanctum vndiq; & teſtum eſſe debet: Qui enim publicam frangit fidem Reus eſt maiestatis ex *citat.l.i.D.ad leg.Iul.maiest.* † Quibus memoria repetitis: Finge non legatos ad Principem quempiam missos, ſed Principem ipſum, eum adiſſe Regem, qui cū de ſui populi, aut ſuis age-ret rebus: Hunc autē à Principe illo, ſeu eidem ſubditis, aut pulsatum, aut etiam occiſum; Quænam erit de his fu-menda vltio? Nulla certè erit, qua tantum expiari queat ſcelus, etiam ſi viui cremen-tur, qui infandum id auſint co-mittere, nedūm patrent facinus. † Duceſ atque Principes ipſos, omni æuo, bello captos, & feruatos ſcimus; tūm quā-doq; ac ferè ſemper cum honore, iuſtiſque conditionibus di-miſſos legimus, apud Historicos, Christianorum præfer-tim temporibus: Paucula niſi quædam excipias, & deteſta-nada ſemper Barbarorum exempla; quale Tomyris illud in Cirum, cuius caput obtruncatum, humano ſanguine refer-to vt re includi iuſſit impotens Scytharum Regina, ad feri-tatem ob filij necem, debacchata; Saporis Perſarum Regis in Valerianum Romanorū Imperatorem, quem bello ca-ptum, & ad ludibrium Romani nominis, cauea inclusum ferrea, poſt ſe geſtari mandauit, vt cum equum vellet ascen-dere, Imperator ei pro ſtapede velut eſſet; & opilionis olim, Scytharum demum Regis, ſuperioribus ſeculis factum; Tamerlanis nempè Zagatai; qui eodem Saporis exemplo incitatus Baisitum Turcarum Regem, in ſuorum dedecus, ferrea etiam cauea immiſſum, viſendum omnibus circum-ferre, & quum equitandum ſibi eſſet, per ipſius proni hu-meros conſcendere equum ſolitus eſt; donec vițe protelus Baſites, alliſo ſepiuſ ad ferrea caueæ repagula capite, miſeram tandem, ſed non ſine ignominia nota, effauit ani-mam, vt plures, iisque grauiffimi teſtantur Historicci.

- 37 *leg.Iul.maiest.* † Quibus memoria repetitis: Finge non legatos ad Principem quempiam missos, ſed Principem ipſum, eum adiſſe Regem, qui cū de ſui populi, aut ſuis age-ret rebus: Hunc autē à Principe illo, ſeu eidem ſubditis, aut pulsatum, aut etiam occiſum; Quænam erit de his fu-menda vltio? Nulla certè erit, qua tantum expiari queat ſcelus, etiam ſi viui cremen-tur, qui infandum id auſint co-mittere, nedūm patrent facinus. † Duceſ atque Principes ipſos, omni æuo, bello captos, & feruatos ſcimus; tūm quā-doq; ac ferè ſemper cum honore, iuſtiſque conditionibus di-miſſos legimus, apud Historicos, Christianorum præfer-tim temporibus: Paucula niſi quædam excipias, & deteſta-nada ſemper Barbarorum exempla; quale Tomyris illud in Cirum, cuius caput obtruncatum, humano ſanguine refer-to vt re includi iuſſit impotens Scytharum Regina, ad feri-tatem ob filij necem, debacchata; Saporis Perſarum Regis in Valerianum Romanorū Imperatorem, quem bello ca-ptum, & ad ludibrium Romani nominis, cauea inclusum ferrea, poſt ſe geſtari mandauit, vt cum equum vellet ascen-dere, Imperator ei pro ſtapede velut eſſet; & opilionis olim, Scytharum demum Regis, ſuperioribus ſeculis factum; Tamerlanis nempè Zagatai; qui eodem Saporis exemplo incitatus Baisitum Turcarum Regem, in ſuorum dedecus, ferrea etiam cauea immiſſum, viſendum omnibus circum-ferre, & quum equitandum ſibi eſſet, per ipſius proni hu-meros conſcendere equum ſolitus eſt; donec vițe protelus Baſites, alliſo ſepiuſ ad ferrea caueæ repagula capite, miſeram tandem, ſed non ſine ignominia nota, effauit ani-mam, vt plures, iisque grauiffimi teſtantur Historicci.
- 38 Atqui, ſi atrox adeò & detestabile cenſetur ſcelus hoc, ſi quando in Principem vllum (quod Deus auertat malum) à non ſubditis admitti contingat: Quò atrocifſimum magè, &

& detestabilissimum cendum est, si ab ijs committatur
ipsis in Principem suum subditis, qui maiorum suorum sa-
cramento obstricti, & suo sub Principe nati, eiusque velut
sinu foti, paternoq; amore recreati, non gentium vno, sed
omni iure, non ab externis tantum eum vindicare iniurijs,
sed vitam quoque cum res ita poscit, deuouere pro Princi-
pe suo tenentur? Si qui etiam inter hostes tutus, & sanctus
est, apud suos ante crudelitatis aram, superbissimorum ali-
quot, ac turbarum motorum ciuium, subditorumque vi-
etima velut, & piacularis homo cedatur? Quam vellem.
hic eloquentiae neruos intendere omnes ad scelus hoc de-
testandum; tum ostendendum, nullum excogitari pœnæ
genus posse vel à Phalaride, Mezentio, atq; ipso Procuste,
quod infandissimo sceleri, æquo respondeat iure; mentem
ni subiret, nō declamatorem me, sed Iurisconsultum nunc
agere; A meo proinde munere alienum id esse.

Quod si obijcas, verum hoc esse, quum Princeps ipse
leditur à subditis; non tamen si qui Principis personam ge-
rit Prorex; eo quod personalissimū (vt dicunt aduersæ par-
tis fautores) sit hoc delictū, nec Principem ultrà ipsum pro-
trahatur, etiamsi ea ledatur persona quæ Principem imme-
diatè repræsentat magis, vt est Prorex; Qui sanè horum
Achilles est fortissimus; nil turbat nos obiectio: Quippè
qui secundo, & tertio dissertationis huiusc argumentis
probauimus latè, atque fundauimus altè, immediatam,
quam Principis repræsentat personam Prefectus ijs Regnis,
quæ Aragoniæ subsunt Coronæ; Nec non cum sexcentis
DD. testatum fecimus, Proregem huiusmodi, non secun-
dum à Rege, vt Ioseph, & Aman, sed ipsum eundem habe-
re locum, quem Rex teneret ipse, si in credita Proregi Pro-
uincia adesset ipse; Idemque solium habere, quod Rex, vt
proindè idem ei débatur honos; Appellarique eum pro-
pterea *Alter Nos*; Ac immediatè Principis repræsentare
personam, itaut iure dici queat in Prorege Princeps, Rex al-
ter repræsentatus; Omnemq; in ipsum transferri auctorita-
tem, quæ penè Regem est. Posse proinde facere quidquid

tt

Rex

Rex posset ipse, si in Prouincia adesset illa quam regit Prorex, eisdemque frui honoribus, atque prerogatiis, quibus. Rex fruitur, ijs tantum exceptis quæ à Corona inseparabilia sunt, & cōmunicantur nemini, quod ratum magis, magisque testatum faciunt priuilegij verba, & clausulæ, quum ad regendum Regnorum huiusmodi quodpiam mittitur à Rege Prorex quispiam, quas nos tertio retulimus argumēto, & cum Mar. Giurb. *conf. 19. nū. 7.* Excellentiss. Domin. Vicecancell. Crespi de Valdaur. *obser. 1. nū. 230.* & D. Joan. Solorzan. *de Indiar. gubern. lib. 4. cap. 9. nū. 12.* quorum ipsis, simas ad hoc appositissimasq; transcriptissim periodos, præter sexcétos, ut diximus, alios DD. id consaburrauimus magis; Pluraque alia addidimus, quæ recensere denuò opus quidem non est; ne nostra hæc legentibus tedium afferam, & vlo sine fructu; cum legisse eos putemus priùs, quæ superioribus exarata sunt argumentis; deinde ad hæc percurienda deuenisse.

Manet igitur; maius crimen, atrociusque esse, quod ob violatum contrahitur Proregem, quam quod pulsatos ob Legatos committitur. Quod demonstrandum erat.

ARGUMENTVM NON V.M.

Cum ob Constitutionem Gregorij Papæ XIV. istantum ab Ecclesiæ immunitate excludatur, qui ipsiusmet Principis personam lèdit; ac excludatur etiam, qui in Proregem impias protendit manus; perspicue infertur hinc quam similia immò paria sint hæc delicta.

§. X.

S V M M A R I V M.

- 1 *Immunitatis ius Sacris Ædibus concessum.*
- 2 *Ex eius violatione irato's Deos putauit antiquitas.*
- 3 *Apud Hebraos Ciuitates confugij dicebantur.*
- 4 *Hanc immunitatem habuit Dei tabernaculum, ac templo*

- plum à Salomone extuctum.
- 5 Ecclesijs Christianorum fuit iure canonico concessa.
 - 6 Ob avari homines, & cuiusvis criminis rei immunitate gaudent iuxta Bullam Gregorianam.
 - 7 Excipitur reus maiestatis in persona ipsiusmet Principis.
 - 8 Et qui Proregem interficit ob Regis representationem.
 - 9 Aliqui contrarium sentiunt.
 - 10 Vera sententia proponit.
 - 11 Pater Gambacurta laudatur.
 - 12 Læsa maiestatis Rei quocunque in capite seclusa Gregoriana Bulla immunitate non gaudent.
 - 13 Eius delicti immunitas expenditur.
 - 14 Gregoriana Constitutio non novum ius inducit, sed antiquum dubium declarat.
 - 15 Exceptio alicuius casus non firmat regulam.
 - 16 Quando exceptio de ijs sit qua ex sua natura sub generali regula continentur.
 - 17 Consuetudo nunquam delictum hoc exceptit.
 - 18 Cardinales imponentes galera Reo maiestatis non liberant Reum.
 - 19 In persona Principis quomodo dicatur commissa delictum?
 - 20 Sententia Patris Gambacurta proponitur.
 - 21 Explicatur.
 - 22 Alij plures tenent hanc sententiam.
 - 23 Quam probabilem esse probatur.
 - 24 Plures Doctores non per pensis rationibus amplectuntur opiniones.
 - 25 Qua opinio dicatur probabilis à ratione.
 - 26 Qua ab extrinseco.
 - 27 Ex eo quod Bulla excluserit solum Reos in personam Principis non exclusit offendentes Proreges.
 - 28 Imo eos voluit immunitate priuari.
 - 29 Ea verba dixit Summus Pontifex ut includeret Barones, Duces, & Comites.
 - 30 Representatio immediata facit ut idem sit in personam Proregis, ac Principis.

31 Conclusio argumenti.

- A**sylia, sive immunitatis ius, sacris ædibus concessum antiquissimum sanè est, & iam ab ipsis Æthnicorum temporibus usitatum. Qui non statuis tantum, & imaginibus Principum, quæ seruorum fuisse turissima perfugia docuimus in tract. de seru. fugit. cap. 3. Et 3. dissertatione huius argumenti. sed & Deorum aris, lucis quos sacros appellavit antiquitas, ac delubris asylii ius tribuerunt, ut consuli præceptoris possunt ex priscis auctoribus Liu. bistor. lib. 5. vbi de asylia templi Apollinis Delij. Tacit. annal. lib. 3. vbi de Dianæ Æphesi templo, & Varr. lib. 5. de Albenis. Ex Collatio qui de Romuli asylo idem Liu. lib. 3.5. qui de templo Apollinis Delphici. + Fuitque tanquam in hac Gentilium religio, ut violatam ob asylia iratos quandoq; Deos putarint multis templorum violatores, & qui vnde asylia non essent, afflixisse malis, vt scribunt Justin. & sua histor. Pausan. in Attic. iijem in Achair. Ex Manu. in Adag. Sybaris & calamitas. + Vt præferre am inferim apud Hebreos q[uod] fugij quædā fuisse loca, & Ciuitates, ex Dei veri præcepto, quo quis se præfere recipere, qui ob casu aequali q[uod] admisum delictum eò confugerent, ac cæteras ob causas, quas habemus ex sacra Scriptura Numer. cap. 35. Deuteronom. cap. 4. & Iosuè cap. 20. + Eandemque hanc immunitatem habuisse Domini tabernaculum, altare, arcam foederis, ac etiam Templum, quod magnifico, & incredibili penè sup tu à Salomone Rege fuit extructum, vt colligitur ex his quæ narrantur Reg. lib. 3. cap. 2. si perpendatur bene historia, & expressè docent Ioann. Ign. in L. S. I. D. ad S. C. Syde lan. am. 2.5. Capell. Thobaf. q. 4. 2. & Villadieg. in tract. de immun. Eccles. in 2. presuppos. Sed hec notoria sunt, quam ut per me ulterius innotescere queant.
- N**ostris autem Christianorum aris, Ecclesijsque tributa Jure Canonico immunitas hec, nemp̄ can. miror cap. definiuit, can. nullus. 17. q. 1. cap. inter alia de immunitate Eccles. eo processit, post Constitutionem Gregorij XIV. que incipit

piis cum alias nonnullis (que an fuerit in Hispaniarum, & alijs Regnis eis suppositis accepta, vel vsu recepta nūc non agimus) auctoritatis atq; sanctitatis, & vt obērati omnes, aut cuiusvis criminis Rei ad Ecclesias confugientes, asyliæ sanctæ iure tui immunesq; sint, nec ab eis extrahi queant invicti, extractique restituantur, excommunicationis alioqui censuram incursum, qui contra Constitutionis huiuscem te morem Ecclesie violassent immunitatem; Exceptis tamen criminum speciebus aliquot, quibus qui notati fuerint, Ecclesiarum nil suffragetur immunitas.

Quoniam vero inter ceteras exceptas species ea est, qua Maiestatis Rei in personam ipsiusmet Principis, si ad Ecclesias confugiant asylium, eo nullatenus gaudent, sed tantam ob sceleris huiusmodi immunitatem, ab hoc excluduntur priorsæ confusio; Quod ad priorem argumenti partem, seu maiorem (ut cum Scholasticis loquar) ipsius propositionem attinet, probations certè non indiget. Expressè namque patet ex ipsamet Constitutione, qua summus Pontifex Gregorius ab Ecclesia immunitate arcet eos, qui Regem aliquem, Imperatorem, aut Principem quempiam alium Superiorem in terris non recognoscentem ledit. Et in hoc planè conuenit inter DD. omnes, tūm Canonistas, tūm Morales Theologos.

Negosij nihilominus non nihil facere videtur minoris argumenti propositionis probatio; ab Ecclesie nempe asyliæ excludi etiam eos, qui Prefectum viuum, quem Proregem dicimus interficiunt, ex vi immediatae presentis representationis qua Principem gerit ipsum; ipsumque Regem, & Constitutionis Gregorianæ verbis nisi, ab Ecclesie immunitate non excludi autumant eos, qui Regno Prefectum gubernando, seu Proregem ledunt; quia Constitutio de offendentibus tantum ipsummet Principem loquitur. Quos quidem DD. videlicet apud P. Anton. Diana resolut. moral. par. i. tract. i. resolut. 7. par. 4. tract. i. resol. 103. Et par. 6. tract. i. resolut. 18. ubi Pausanæ factum adducit, qui Maiestatis postulatus apud Lacedemonios ad Palladis

Chal-

Chalcidæ Templum cōfugiens asyliz iure tutus fuit Am-
broſin. do immu. Eccles. cap. 9. nu. 7. Bonacin. ad 1. decalog.
præcep. disp. 3. q. 7. par. 6. §. 6. nu. 4. & P. Thom. Delben. de
immun. & iurisdict. Ecclesia. cap. 1. 6. dab. 23. sect. 4.

- 10 Sed DD. opinione istorum quicquam non refragante,
censeo cum alijs infrà citandis, quicquid Cōstitutione hac
Gregoriana de lēſæ maiestatis Reis in personam ipsiusmet
Principis statuitur, locū habere omnino aduersus eos quo-
que qui Proregem lēdunt. Quod vt manifestum, & vnde-
cunque fiat perspicuum; Illud primò mihi est assumēdam
cum P. Gambacurta & eruditissimo, & de utroque iure opti-
mè merito viro in tractat. immunit. lib. 3. cap. 43. ante Gre-
gorij Constitutionum & lēſæ maiestatis Reos quounque
ceniēantur capite, admissos fuisse nūquam ad Ecclesiæ im-
munitatem: Nām, Christianorum repetitis temporibus, li-
cet inteniamus priuilegium generale, amplissimis quidem
verbis Ecclesijs datum, ut quicunque ad eas conſugerent,
grauia quamvis, & enormia comiserint delicta, exorbi ne-
queant ab eis, à quo generali tamen priuilegio nonnulla
delicta excepta olim fuere: Non inteniamus nihilominus
lēſæ maiestatis diuinæ, aut humanae crimen antea vñquam
exceptum. Cum igitur excep̄tum id non fuerit, non inde
sequitur immunitatem habuisse tale delictum, & tantum
enim eius pondus est, immunitas tanta, tantumque ex eo
promanans damnum, vt sicut multa habet specialia in ac-
cusatore, testibus, probationibus, penis, adeo et in his om-
nibus à generalibus iuris regulis recedatur; ita nec com-
prehendi censeatur sub generalitate priuilegij immunita-
tis. Ideoque valde probabile videtur (vt ait P. Gambacur.)
nunquam de iure communi immunitatem habuisse hoc
delictum.
- 11 12 13 14 Deinde, ex quo iure communi attento, probabile est, de-
lictum huiusmodi asyliz iure nunquam fuisse protectum,
cum Gregoriana Constitutio id ab immunitatis beneficio
excludat aperte, non constitui per eum nouum ius sed an-
tiquum, quod alicui dubium videbatur, & obscurum decla-
rari

rari clarius; omnemq; in posterum dubitandi tolli occasionem. Probat autem hoc P. Gambacurt. loc. cit. pluribus medijs, & tandem ait; Posito crimen illud non contineri sub generalitate priuilegij, & consequens inde fieri, exceptiones quorundam casuum non firmare regulam quod ad hunc casum; qui ideo exceptus non est, quia sub generali illa concessione non continebatur. ¶ Cum enim exceptio suapte natura de ijs sit, qui ex sui natura sub generali regula continentur, itaut nisi exciperentur sub generalitate illa comprehendenderentur; non potest ad non contenta in regula extendi; sic enim ampliaret potius quam restringeret regulam, ut notat Felin. in cap. Quoniam frequenter ut lit. non contest. num. 1. l. m. 1.

15

16

17

18

19

Ad hæc, cum ita sit de iure; Consuetudinem in hoc nullam allegari posse, qua immunitas ante Constitutionem Gregorij suffragata sit vñquam delicto huic. ¶ Immò (ut inquit Gambacur. ibid. nu. 6.) cum S. R. E. Cardinales id habeant prærogatiæ, ut si obuio cuique criminis Reo, qui ad mortem ducitur, imponerent super caput ipsius galera, eum à morte queant liberare, nunquam fuit seruatum ut Iesæ maiestatis reum liberent. Et ad hoc allegat Barbat. *de potest. Cardinal. par. 3. q. 4. vers. sed pone* Hypol. de Marsil. in l. unic. C. de rapi. virg. nu. 10. § in l. 1. D. de quest. nu. 23. § in l. de minore nu. 4. D. de minor. § in singul. 164. & Gig. de crim. Ies. maiest. lib. 3. rubr. de plurib. § var. qq. q. 3. n. 16.

Postremò. Cum verba Constitutionis restrinquant solum exceptionem ad ea maiestatis crimina, quæ in personam ipsiusmet Principis committuntur; Hæc autenī quattuor sint secundum Paul. Manut. à P. Gambacurtia allegatum d. lib. 5. cap. 44. cum tamen ab eodem Gambacurt. cap. 41. memorati lib. 5. recensità fuerint quatuor, & quinquaginta, quæ sub hoc crimen veniunt, capita; Primum nempe eorum, quæ in personam Principis, secundum eorum, quæ in personam Magistratum, tertium eorum, quæ in Rèmp. quartum eorū, quæ in Pop. Rom. ex restrictione huiusmodi liquere, nouo hoc iure non tolli immunitatem quod ad poste-

posteriora tria capita, sed quod ad primum tantum; Ceteris, si prius de iure, vel Consuetudine competebat immunitas, eam non esse ablatam, si prius negabatur non esse concessam. Per hanc enim Constitutionem, neque antiquo iuri, neque rationabili consuetudini est derogatum, sed indultibus tantum, & abusibus, indultorum occasione introductis, ex P. Gambacurt. sententia.

His verò ita assumpjis, premissisq; irrefragabilis quantum inde deducatur illatio, Ecclesiae nempè immunitate non gaudere, qui Proregem ledit: Cum nec antiquo iure, nec consuetudine lessæ maiestatis Rei immunes fuerint cœfugientes ad Ecclesias; ideoq; nec nouo ex traditis hactenus protegi queant: † Iuuat tamen eam huc transcribere, quam ponit ipse P. Gambacurt. d. cap. 44. per hæc, *De Proregibus, & Gubernatoribus Regnum, ac Provinciarum*, cum summa potestate Principis primo certum est eos, qui in Regnis subiectis in eo conspirant laderet maiestatem, Magistratus enim Supremi Maiestatem habent, & nos cap. 41. inter modos quibus luditur maiestas, hunc ipsum numeramus sexto loco, & quinquagesimo. Secundo videntur laderet maiestatem in personam Principis, tūm quia iste res presentat potestatem persona Principis, unde & gravissima quadam iubet de mandato Principis, & se Principem vocat, & dispensat in iure communi. & ius novum condit, & gabellas imponit, & supplet defectum probationum, contra quedam crimina iubens de mandato Principis capite plecti, & extremo puniri suppicio eum, quem propter aliquem defectum probationum iudex damnare non posset ad necem. Cōsequenter puto tertio istum carere immunitate Ecclesiarum, propterea quod cum iste gerat vicies Principis in Provincia cum potestate, sitque Alter Nos, ut in eiusmodi eorum litteris appareat à Principe concessu, *PAR PERTVRBA TIO REIP. PAR PERICVLVM EXHVIVS, ATQVE EXPRINCIPIS IPSIVS NECE ORITVR.*

Quanquam autem isthæc Gambacurtæ illatio nō videatur oriri ex premissis ante ab eo; Cōsiderandum nihilominus

nus est, Doctorem huc ad duo respexisse, Primo accipiendo Proregis personam, qua Magistratus est, & maiestatem habens, sed seorsim à Principe quem representat; Et hoc casu locum habere, quæ per eum posita sūt cap. 43. Et cap. 44. Deinde accipiendo Proregem ut Principem ipsum ex vi immediatae. quam dicebamus, representationis personæ Principis; ita ut alter Princeps representans iure dici queat, & vere sit; & eo casu etiam attentis Bullæ verbis, citra nullum omnne dubium, qui eū ledit ab asylia excludatur fruenda; Atque ita facto gradu, à minori velut ad maius, argumentatum eum fuisse liquet.

Neverò hanc putet quis unius esse Gambacurtæ sententiam, quæ propterea tanquam singularis opinio debeat explodi; sciendum est in hac esse quoque Sarum, quem refert P. Dian. d. par. 6. tract. 1. resol. 18. Mar. Cutell. de immu. Eccles. lib. 1. q. 9. nro. 2. 5. P. Megal. in 3. pract. lib. 4. cap. 2. q. 1. nro. 22. & memoratum P. Thom. Delben. citat. cap. 1. 6. dub. 24. sect. 4. nro. 2. qui ita ait, *Quorum opinio (Cutellij nempe, et Gambacurt.) ut verum fatear non omnino improbabilis est in casu quo verbi gratia decidatur Fiscus Regius, Praeses Justitia, Consiliarius, vel sumus Magistratus, lateri supremi Principis afflans, qui sit pars proprii corporis illius, scilicet faciat unum corpus, seu unum Tribunal cum illo.*

Nostri muneri est demonstrare non modo probabilem hanc esse, ut fateatur Thomas del Bene; sed si rationum perpendantur momenta veriorem quoque esse ea, quam Adversariæ Partis factores Constitutionis constitutem tenentes propugnant: Non quidem ab extrinsecō, seu à DD. auctoritate (ut cum magno Théologiz. myst. Ioanne Casanuile. Joquar) fatemur etenim probabilem illam videri; maiori siquidem DD. est ripata numero: sed ab intrinsecō, seu a ratione; quæ præstat profindè magis, magisque est quam extrinseca probabilitas: f Contingit sane plerumq; in scientijs omnibus, plures DD. ad unum tantum referri, qui leui fortassis motu ductus aliquid affirmet oscitans, non bene perpensis quæ pro parte altera possunt afferri: Et qui hunc

uu sequun-

22

23

24

sequuntur Coriphēum, oscitantèr etiam se gessisse; itaùt alium alijs referentes, & alijs alijs credentes, inque alterius verba iurantes, numero vincant non ratione. Vnde tot irrepsisse, in iure nostro præcipue, videmus errorum monstra; perpetuumque bellum inter DD. indictum, ac desitum, nunquam, donec literæ erunt, ac vigebunt artes. Præterquā- quod Philosophorum, ac Theologorum Scholæ omnes si mens sana est, milenos quamvis iactent DD. eosq; magna suspiciendos eruditione, ad vnum tamen Aristotelem, Platonem vnum, vnum D. Thomam, vnum Scotum possunt referri. Peripatetici namq; omnes vnum crepant Aristote- lem, eiusque venerantur cōmentationes; Platonici vnius ore Platonis locuntur; Thomistæ Thomam; Scotistæ Scotū sapiunt vnum omnes. Tanta eq̄im est Præceptorum aucto- ritas, vt religio sit alia verba, alios edere mentis fētus, quam quæ effuderint, quos illi conceperint ipsi,

25

26

Quod autem prestet nostra hēc sententia vel inde patet, quod validis eam adeò firmavit fundamēntis Gambacurta, vt probabilis non tantum ab intrinseco, seu à ratione opti- mo iure dici possit † (Ea namq; opinio à ratione probabilis est, quæ euidentèr falsa non est, & nihilominus graui fune- damento suffulta, quam possit vir doctus defendere, cui op- positam idem possit acriter impugnare, vt docet Ioa. Cara- muel. *Theolog. fundamen. funda. tis. diu. Transfars. 3. 1. 1.*) Ne- rum etiam ab extrinseco, cū quaeratur eam DD. defendant, quos regulimus supra, & hi sufficiunt, ut dicatur ab extrin- seco probabilis opinio, seu ab auctoritate DD. iuxta Carā- muelis doctrinam, vbi supra. Quādā vt opinio sit probabi- lis, alterutra facis esti probabilitas, eidem Caramuel prox. cib-

Tum quod contraria opinio id, solum pro se afferat pre- sidium, quod S. P. Gregorius excluderit ab Ecclesiis umbras munitate maiestatis Reges in personam ipsiusmet Principis. Cum itaque perperam accipiuntur verba hæc, quæ non solūm de offendentibus Reges, Imperatores, ceterosq; Superiorem in Terris non recognoscentes Principes intellexit Pontifex, sed de ijs quoque, qui Proreges ledunt Prefectos

pre-

pr̄fertim regendis Aragonicæ Coronæ subiectis Regnis ;
liquido patet non benè locutos fuisse DD. istos.

Voluisse verò Summum Pontificem, etiam hunc comprehendere casum, vel inuitus fatetur Aduersæ Parti alioqui addictus ipsem et Thomas Delbene *loc. laud. scet. 4.* cū haud improbatum censeat Cutellij, & Gambacurte sententiam, quod ad excludendos ab immunitate eos, qui Fiscum Regium, nedūm sūmum lēdunt Magistratum. Imò cū hanc ipsam sententiam validioribus roboret argumentis, quam contrariam, cui tanquam communiori initio subscriperat, sed frigidè quidem, si in rationib⁹ sistamus; dum demum pro hac nostra opinione plura quidem, & efficacia omnino, congerat argumentorum pr̄sidia.

Pr̄terea liquet noluisse Pontificem summum, asylię iure tutos eos, qui Proregem lēdunt, quamquam in Bulla exprimantur verba illa, *in personam ipsiusmet Principis:* Cum Principis hic non gerat modò vices; sed Principem representet ipsum; & immediatè adeò, vt dicatur *Alter Nos*, omniaque in eum censeantur transfusa, quæ Principi competit, ijs tantum exceptis, quæ à Corona sunt prorsùs inseparabilia, & verè sit Princeps representatus in eum representante Prorege, vt latè 2. & 3. docuimus arguento. † Sed cum multi sint in Christianorum Regnis Barones, Principum, & Ducum decorati titulo, & summa cum potestate, in Regno pr̄fertim Neapolitano, vbi post Regis Alphonfi II. tempora, Barones Regiam penè auctoritatem omnem sūt adepti: Hos vtique per verba illa Bullæ fecludere voluisse Pontificem Summum; cum & hoc in controvërsiam quoq; veniat apud DD. nec desit propugnator acer Gambacurta, istorumq; occisores immunitate frui; Non autem qui Proreges lēdunt; quorum necem tanta consequuntur mala, quanta quiuis fana pr̄dictus mente, reputare animo potest.

Atqui si huic quam sequimur sententiæ accedit, quod latè nos 2. & 3. Dissertationis huius exarauimus arguento de immediata, vt pr̄fertur representatione. Spe ducimur certissima, firmiorem validioremq; eam futuram; futurūq;

neminem deinceps, qui eam ausit conuellere , firmis adeò nixam rationibus . Quin potius, contraria, explosa, nostræ huic inhæsurum, P. Gambacurtæ (absit verbo inuidia) præeunte lumine, speramus; quam à Bullæ Conditoris mente non abludentem putamus. Planè si Sanctissimum nunc Pontificem alloqui , eiusque in hoc habere daretur oraculum; responsurus profectò censeretur probabilissimè ; Etiam Proreges sub ipsiusmet Principis persona cōprehendi sua voluisse Constitutione . Absurdum namque est cogitare , eum qui Regem representat, & *Alter Nos* dicitur nullo in precio apud Pontificem esse , quod ad immunitatis attinet Proreges lēdentibus suffragaturam prærogatiuam.

31 Exclusis igitur ab Ecclesiæ immunitate etiā ijs, qui Proregem lēdunt, tāquam Maiestatis Reis in personam ipsius met Principis; Id consequenter venit (vt nostrum absoluimus pensum) quod argumenti initio posuimus, similia immò paria ferè esse crimina hæc , nullis vltò effundendis à nobis , ad illationem ducendam , verborum logis , atque perergis.

Hæc (ceterum) sunt argumenta, quibus, amice Lector, meam hanc aduersus oppugnatores præualidos propugnam rem sententiam, eamq; tot nisam rationibus constabilirem magis; vt Aduersariorum delusis arietibus , machinisque cæteris, quibus veritatis huiuscē arcem, velut ex compacto, euertere contendunt, nullam de cetero patiatur vim, nullis impetratur telis.

Sed cuni mē non fugiat, haud satis esse, in legali nostra scientia, rationibus solis substruere quod sentis, iuriq; consonum putas, vt velut ab intrinseco, seù à ratione probabili facta sententia, Sectatores saltem habeat per paucos, vbi præsertim factiōnum turbines iuris exagitant Oceanum; nisi & quod à ratione probabile est, tale quoque ab extrinseco, seù ab auctoritate DD. esse testatū facias; à meo alienum munere nō est, Iurisperitorum omnium hic adtexere Catalogum; qui diuersa: amen via , in nostram hanc iuere sententiam. Fiet enim hinc, ni me fallit quam concepi spes, vt.

ut nemo, aut vix unus, aut alter futurus sit, quem sibi tot non
mancipent rationes, ad se non pelliceat tot magnorum au-
toritas virorum; & a nobis non modo stet, opiniones am-
plexus nostras, verum & sub nostro merens labaro, ad eas
propugnandas se ipse non succingat alacriter, quando tot
nimirum adsunt antesignani.

Capyc. decif. 130. nu. 49.

Ginrb. conf. 59. nu. 59. § 60.

Farinac. q. 112. nu. 39. 51. 64. 71. 140.

Idem Farin. de immu. Eccles. cap. 14. nu. 137. consulen.

Valenzuela conf. 101. lib. 2. nu. 39.

Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. claus. 3. glos. 1. nu. 5.

Cortiada, qui hos refert, & sequitur decif. 10. nu. 13. p. 1.

Idem Cortiada decif. 94. nu. 29. p. 2. consulen.

Bartol. in Extrauag. Qui sint rebelles vers. rebellando nu. 4.

*Idem Bartol. in Extrauag. Ad reprimendum vers. quod di-
citur num. 4.*

Cardinal. in Clem. Pastoralis in princ. col. 3. de re indic.

Prapos. in cap. in primis §. de persona nu. 20. § 21. 2. q. 1.

Comens. conf. 153.

*Petr. Gregor. de Republ. lib. 4. cap. 6. nu. 17. 18. § 19. § lib.
35. Syntag. cap. 3. § seq.*

Xammar. de offic. Iudic. p. 1. q. 2. nu. 45.

Narbon. ad II. Reg. p. 2. lib. 4. tit. 1. l. 20. glos. 6. nu. 99.

Gratian. discept. forens. lib. 1. cap. 54.

Cassan. in Catalog. Glor. Mund. p. 7. consid. 1.

Ancharan. conf. 277. col. 5.

Jul. Clar. §. la sa maiestatis nu. 2. & ibi Baiard.

Tuschus lit. M. conclus. 8.

*Anndra. de Isernia in bac dissertatione laudatus in tit. Quia
fins Regalia §. § bona committenium nu. 80. § viden-
dus in eius via Nardus Siparulus plura non incuriosa
tradens.*

Fachin. lib. 9. controvers. cap. 32.

Azeuedo lib. 1. nu. 3. tit. 22. lib. 3. Recopil.

Hermosill. l. 2. tit. 4. par. 5. glos. 3.

Ioar.

*Ioachim. Mynsing. lib. 3. inst. de heret. que ab iniſt. defer.
ſ. interdum verſ. Perduellionis.*

Paul. Manut. in nos. ad Calep. ver. Perduellio.

Roland. à Valle conf. 1. lib. 3. ſi bene perpendatur.

Godofred. à Bauo tract. Reatuum q. 7. nu. 5.

Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 20.

Baribol. Filipe in tract. delos Conſejeros diſcurſ. 7. priu. 8.

*Didac. Perez. in l. 39. tit. 19. glos. Matar Alcalde lib. 3. Or-
dinam. pag. 389.*

Platea in l. nemo C. de dignit. lib. 1 2.

*Maith. de Aſſl. in cap. 1. ſ. Et bona committentium nu. 4. Et
22. tit. Qua finit Regalia, Et in Constit. Regn. lib. 2. tit. de
bis, qui fideiūſſor. Et in conf. vi participatio col. 2. nu. 6.*

31 Landen. in tract. de Principe nu. 21.

*Gregor. Lopez in l. 1. ver. Adelantados, Et glos. ſeq. tit. 2.
partit. 7. Et l. 1. tit. 16. partit. 2.*

Thor. in compend. p. 1. ver. pena l. quifquis.

Mastrill. de Indult. cap. 36.

Vermigliol. conf. 1. nu. 11.

Paschal. de patr. potest. par. 4. cap. 5. nu. 14.

Caball. refol. criminal. cas. 148.

Ripol. de Regal. cap. 13. à nu. 37.

Carraſco cap. 3. ſ. 4. nu. 7.

*Cutell. Megal. Thom. del Bene, Et P. Gambacurt. in loco al-
legati. hoc eodem 9. argum.*

*Gig. de criminis. maiest. lib. 1. q. 8. Et q. 14. num. 1. per hac,
conſpirans in necem Consiliarij Imperatoris, vel illius
Collateralis incidit in dictum crimen, quia offenditur
Imperatoria Maiestas, quia pars corporis, &c.*

*Rursus idem Gig. q. 15. in princip. Quid dicendum de of-
fendente Vicarium Imperatoris Regis, vel Principis?
Dicas quod ex hoc legitur Maiestas Principis; ea propter
talis leſæ maiestatis Reus erit tunc enim perinde est, ac
ſi contra Principem ipsum attentatum effet.*

*Dec. conf. 410. in fin. Crimen leſæ maiestatis (ait) commit-
titur etiam cum offenduntur illi, qui nomiue Principis
adminiſtrant.*

Pc-

Dissertatio Sexta §. X. 341

Peregrin. de iur. fisc. lib. 3. tit. 8. nu. 9. ibi, machinando aduersus personam Principis, & suorum Officialium.

Jacob. Gothofr. ad l. quisquis, C. Theod. ad l. Cornel. de sicar.

Inter crimina leſe maiestatis (*inquit*) numeratur item si factio de nece inita sit in eos, qui pars corporis Principis habentur, puta Viros Illustres, Consistorianos, Senatores.

Rursus ibidem per hac, Tandem quis credat in uno Senatore Maiestatis, & quasi perduellionis crimen admissum; ac nō etiam in summo Magistratu cui Prouincie totius fortè cura demandata erat, quique maius imperium in ea Prouincia habebat omnibus post Principem? quod de Proconsulibus, & Praesidibus dicitur.

Calicius in Margar. Fisc. dub. 6. nu. 27. Trigesimus casus (*ait*) confiscantur bona eius, qui cōtrā maiestatem Principis, vel Consiliariorum eius commisit.

Thomas Mieres in Curia Montisalbi Alphonſi III. coll. 5. cap. 31: nu. 7. Crimen maiestatis propriè committitur in personam Principis, & ad eius latus stantium.

Tiber. Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 5. nu. 3. Et cap. 2. nu. 4. Et quod maiestatis (*inquit*) etiam leſe reus dicatur, qui Magistratum offendit.

Boss. de crimin. laſa maiest. nu. 5. Quando committitur in personam Principis, & assistentium lateris eius.

Boer. de sedit. n. 9. Illud dicuntur committere crimen leſe maiestatis, qui contra Principem, vel qui contra eos qui iuxta latus suū sunt, aut contra Rēmp. Romanam moluntur.

Ioa. Bruneman in Comment. ad Cod. Justin. in l. quisquis, C. ad l. Jul. maiest. Nam duplex est crimen maiestatis, &c. secundum in specie quod aduersus splendorem, & dignitatem Principis, aut Reip. sine hostilitate committitur.

Notandum autem primo illud crimen rebellionis, vel perduellionis propriè in ipsum summum Principem; deinde suo modo etiam in Consiliarios Principis admitti, & Senatores eius, ac Duces militum.

Ioan. Saresbarien. de Nug. Curial. lib. 6. cap. 25. Sunt autem plurima (*ait*) quæ maiestatis informant crimen ut si de morte

morte Principis tractetur, aut Magistratum.

Ioan.de Neuizan.conf.68.nu.17. Cum ergò iste Dominus Philibertus esset vasallus, & jurauit fidelitatem Comiti, ergò occidendo eius Locumtenentem, & Consiliarium incidit in crimen leſe maiestatis,&c.

Chrifoph.Torniol.conf.23.num.5. de hoc criminе agens ait ità, Quę iura ciuilia velut à iure canonico quoq; recepta, & approbata locum sibi vendicant in Terris Ecclesiæ,& in Papa, eiusq; Vicarijs,&c. quemadmodū & in Vicarijs, & officialibus Imperatoris, & alterius Prīpis inferioris.

Ioa.Vincen.Hondedeus conf.104.nu.76. Offendens (inquit) Consiliarios Imperatoris, vel eius Collaterales incidit in crimen leſe maiestatis.

Anton.Gomez.lib.3.var.iii.de delict.cap.2.nu.6. Item committitur quando quis offendit eos qui sunt de Consilio, & Consistorio Imperatoris, vel Regis.

Idem sentit Ioa.de Aylton, & Laynez ibidem Prax.Papien. tit.2.glo.10.nu.49. Qui aliquid molitur, seu machinatur dolosè contra personam Imperatoris, vel contra eos qui circa eius latus sunt, crimen leſe maiestatis committit.

Jean.Mattienzo in Dialog.Relat.cap.4. Quo sit ut tangens, vel offendens eodem etiam in minima parte corporis totum Principem infestare censeatur,&c.

Jacob.Menoch.Iatissimè conf.99: consulendus omnino, vbi nu.49. ait ità: Et ob id incidit in crimen leſe maiestatis, qui offendit Cesaris Vicarium, vt ille qui Cesarem ipsū ledit. *Eccles.67.* Tertia est, quaz mihi maximè probatur opinio, vt duo hæc legis Iuliæ capita distinguamus. Primum cum leditur, vel Princeps, vel eius Magistratus, qui apud Principem, vel in Provincia Principis loco est, ita ut Principis tranquillitas perturbetur,&c.

Plures alios habes penes citatos quos referre supervacuum ducimus.

F I N I S.

IN

INDEX RERVM. ET VERBORVM.

Quæ in hoc Opere continentur.

A

ABDUCERE est propriè per vim aliquem è loco abstrahere cap. 2. nu. 23. paellam quis datur nu. 24.

Nic. Ioa. ABRVSCIVS laudatur Differ. 3. nu. 27.

ABSENS ignorat ea quæ contra ipsum fuit Differ. 5. §. 2. nu. 73. nō potest vocari negligens nu. 74. dicuntur tūstè abesse si est occupatus in Regio seruitio nu. 75. habet in integrum restitutionem num. 76. non attenditur contra ipsum præscriptione nu. 77.

ABSOLVTIO data ab eo, qui non est Sacerdos, licet pro tali communiter habeatur, non valet cap. 17. nu. 83. secus si verè Sacerdos esset licet careret iurisdictione ordinaria nu. 84.

ACTIO de dolo subsidiaria est cap. 1. nu. 36. sàpè concurrit cum alia nu. 37. quando detur nu. 38.

ACTIO furti est noxalis sicuti legis Aquiliae cap. 10. nu. 21.

ACTIO legis Aquiliae datur contra dominum, nō contra bonæfidei possessorem, si seruus qui in fuga est damnum dedit cap. 10. nu. 20.

ACTIÖNE noxali ut quis teneatur necesse est ut seruum habeat in potestate, hoc est ut habeat facul-

tatem exhibendi cap. 10. nu. 28. quando quis tenetur quia seruus alij furtum fecit, ipse noxalem actionem habere nō potest nu. 26.

ACTIO præscriptis verbis nascitur ad similitudinem cõtractum nominatorum cap. 1. nu. 29. non oriatur ex contractu facio ut des, sed de dolo nu. 27. & seq.

ADIVDICATIO est unus ex legitimis modis adquirēdi dominiū cap. 5. nu. 25. comparatur emptio ni, & venditioni nu. 26. an sententia in iudicio probata dici possit adiudicatio nu. 27.

ADVNCTI siue associati reputantur eiusdem naturæ cuius est Consilium cui adiunguntur Differ. 3. nu. 43. quomodo admittantur in Supremo Aragonum Consilio Differ. 5. §. 2. nu. 32.

ADMIRATIO ignorantiae filia Differ. 6. §. 1. nu. 4.

ADVLTERV M non facit solus animus, nec solum factum cap. 8. num. 14.

ADVOCATI cuiusdā Regni Sardiniae dictum Differ. 6. §. 1. nu. 9. detestatur eius opinio nu. 10.

ÆDIFICIA quia publica ideo eorum muros violare capitale erat cap. 18. §. 2. nu. 21.

ÆGYPTI Provincia statuas ma-

INDEX RERUM,

- xime venerabatur Differ. 6. §. 8.
num. 11.*
- ÆQV ALIT AS** in Consilijs est in-equalitas Differ. 6. §. 1. nu. 8.
- ÆQV IT AS** non arctat Differ. 5. §. 1. nu. 109. videtur habere locū ubi ius deficit num. 121. quid sit nu. 123. & vulnerata dicitur iu-stitia etiam in aequitate nu. 125. filia Magistratus, splendor pru-dentie dicitur nu. 125. naturalis idem est quod iustitia nu. 127. est iustitia dulcore misericordie tem-perata nu. 128. in Aragonia p-rualet opinio magis aqua etiam si alia sit communis num. 129. ei ni-tuntur Dei iudicia nu. 133.
- ÆS ALIENVM** vide ver. Debitor.
- ÆQV IT AS** non potest facere vere-harem cap. 17. nu. 25. facit ut gesta per Barbarium tanquam à vero Praetore facta subfstant nu. 24. multa propter eam sustinētur que sumo iure infirmantur n. 46.
- ÆSTIMATIO** rei communis quo-modò sit facienda cap. 5. nu. 21.
- AGENS**, & patiens idem esse non potest cap. 5. n. 14. & cap. 9. n. 46.
- ALEATOR** ut quis dicatur, & animus, & factū requirūtur cap. 8. nu. 17. quid sit alea n. 18. fuit interdicta legibus Romanis. 19.
- ALCIBIADIS** dictum cap. 1. nu. 11. noluit comparere ad causam dicendam cap. 18. §. 6. nu. 9.
- ALEXANDRIÆ** Ægypti priu-legium Differ. 6. nu. 13.
- ALIMENTA** prestari debent à creditore debitori cap. 19. §. 6. nu.
44. dummodo seipsum alere possit
num. 47. alias poterit iniuriarum actione agere nu. 48.
- ALPHONSI** Regis iudicij Differ. 3. num. 11.
- D. AMBROSIUS** explicatur cap. 19. §. 1. nu. 35.
- AMOR** est species furoris cap. 18. §. 5. nu. 33. mentē turbat, & exer-cit num. 34. sicut vinum inebriat nu. 24. nihil eo vehementius n. 36. excusat eum qui fines exiliū frege-rat num. 38.
- ANCILLA** fugitiua censetur furti-vitio affecta, & sic est inusucapi-bilis, & partus censetur ab ipso contractatus cap. 12. nn. 18.
- ANGARIARI** quid significat cap. 19. §. 3. nu. 55.
- ANTESTATIO** quid sit, & qua-re inuenta cap. 1. nu. 5.
- ANTONINVS** Imperator iusdi-xit Differ. 3. nu. 24.
- D. Nicol. ANTONIVS** laudatur cap. 1. nu. 1.
- APPARITORES** Magistro mili-tū subiçuntur cap. 20. §. 1. n. 15.
- APPELLATIO** denotat superiori-tatem cap. 20. §. 1. nu. 43. appel-landi causa euocatus nō potest pro debito ciuili in eo loco detineri cap. 19. §. 2. nu. 74. & 77. & seq.
- APOSTATA** vide ver. Religiosus
- APIANVS** expeditur Differ. 1. num. 19.
- APVLÆI** locus explicatus cap. 1. num. 22.
- AQVARII** solebant signari notis cap. 14. nu. 27.
- ARA**, que Athenis ignoto Deo fuit sacrata

E T V E R B O R V M I

sacrata quenam fuerit cap. 3. nū.
15. an fuerit distincta ab ea quā
filij, & nepotes Herculis sacraue-
rant cap. 3. nū. 14.

A R A G O N I E S E S an. 1626. gra-
tiam Vicecancellarij petierunt pro-
nato in uno ex tribus Regnis, focus
an. 1646. Differ. 5. §. 1. nū. 93.
94. & 95. petitio refertur nū. 96.
traditur decretum nū. 99. alia pe-
titio nū. 100. decretū nū. 101. &
102. eorum laudes nū. 141. quare
sic dicti nū. 163.

A R A T R V M imponere quid sit
Differ. 1. nū. 10. per illud Cimita-
tes esse desinunt nū. 14.

A R B I T R E R inter coheredes, &
socios dividit rem communem cap.
5. nū. 18. nihil contra leges stabi-
lire potest nū. 24.

A R B I T R I A sunt in duplice diffe-
rentia absolutum, & liberum, &
secundum rationem, seu boni viri
cap. 18. §. 2. nū. 35. & 36. in du-
bio secundum boni viri arbitrium
intelligitur nū. 38.

A R G V M E N T V M de cōtraēti-
bus ad delicta nō procedit cap. 12.
nū. 10. à contrario sensu quando
habeat locū cap. 9. nū. 40. & 41.

A R Q V I N T I Gubernatoris Rome
iudicium Differ. 3. nū. 16.

A R C O P H A R N I S Thracum Re-
gis iudicium Differ. 3. nū. 10.

A S S E S S O R Ciuitatis Saffaris in
Sardinia si leditur est crimen leſe
Maiestatis Differ. 6. §. 7. nū. 68.
in propria Provincia nētō effe po-
serat Differ. 5. §. 1. nū. 46. ne gra-
tiosus, vel calumniosus apud suos

esse videatur nū. 47. indulgentia
Principis concedebatur nū. 48. nisi
cōsuetudo esset incontrariū nū. 49.
vel esset ciuis eminentissima scien-
tia num. 50.

A S Y L V M Cadmi fuit primū cap.
3. nū. 12. ibi se recipientem extra-
hi non licebat nū. 10. an abolita
omnino fuerint nū. 17. & seq.

A S S Y R O P H A N E S introduxit
immunitates statuarum cap. 3. nū.
1. & Differ. 6. §. 8. nū. 5.

A V C T O R cur de fugitiis tractatū
composuerit cap. 1. nū. 2. eius car-
ceres narrantur cap. 18. §. 1. nū. 3.
eius de praecedentia casus Diffs. 2.
nū. 10. nominatus à Domīno Rege
pro executione pacis generalis Dis.
2. nū. 41. regio decreto praece-
diam adquirit nū. 70. secundum
decretum nū. 71. nomina eorū qui-
bus hæc res commissa fuit nū. 72.
decretem ultimū in fauorem au-
thoris nū. 73. dignitate supremi
Mediolani Cancellarij cum reten-
tione Regentie decoratur Diffs. 5.
§. 1. nū. 18. fuit primus ex Regen-
tibus Cathalanicis, qui honorem in-
saculationis in domo deputationis
meruit Differ. 5. §. 2. nū. vlt.

A V D I T O R G E N E R A L I S
exercitus in Regno Neapolitano de
quibus cognoscat cap. 20. §. 1. nū.
20. & seq. de eo appellatur ad
Proregem nū. 12. cognoscit de can-
toribus Regie Cappelle nū. 13. &
domesticorum, & cōtinuorum Pa-
latij nū. 13.

D. A V G V S T I N I locus explicatus
cap. 1. nū. 22.

INDEX RERUM 3

AVGUSTVS ius dixit assidue
Differ. 3. nu. 18.

AVLI GELLII locus adductus
cap. 14. nu. 39. vers. sed ego. Alius
eiusdem cap. 15. nu. 10.

AVRIS memoria sacrata fuit cap.
1. num. 6.

AVSONII locus intellectus cap.
14. nu. 13.

B

BANNITVS captus nō potest
impune occidi, bene vero si est
relaxatus sub conditione cap. 18.
§. 3. nu. 20.

BARBARIUS Philippus ex ser-
uitute ad Praetoram cœctus cap.
17. num. 1. eius seruitus inuitu
Antonij triumviri celata est nu. 5.
quomodo. ad Praetoram peruenierit
nu. 6. non solum fuit Praetor des-
ignatus, sed Praetoram exercuit
nu. 13. equitas facit ut gesta per
ipsum sustineantur nu. 24. & 42.
& veritas publica nu. 26. & 42.
eum nunquam populus Praetorem
confirmasset nu. 27. stricto iure nō
valebant facta per ipsum nu. 44.
sustinentur ne turbetur Respubli-
ca nu. m. 45. non adquisiuit per fu-
gam quasi possessionē libertatis cap.
17. nu. 52.

BÄRCINO Metropolis secularis
Cataloniae Differ. 6. §. 5. nu. 22.

BELLO plura puniuntur absq; dolo
cap. 20. nu. 73. & seq.

BENEFICIA Principum stir la-
tissimè interpretanda cap. 20. §. 2.
num. 29.

BERENGARIVS Comes Barci-
none duodecim Reges Mauros tri-
butarios fecit cap. 19. §. 3. n. 120.
vocabatur Raymundus quasi ra-
dius mundi ibi. quartus viuis no-
minis matrimonium cōtraxit cum
Petronilla unica filia Regis Ara-
gonum. Differ. 5. n. 153. eius res
geste nu. 146.

Io: Bap. Bonetus Senator Mediola-
nensis laudatur cap. 18. §. 5. num.
45. & Petrus Paulus eius filius
ibidem.

BRACHIA sunt tria ex quibus cō-
ponitur Magistratus Deputationis
Cataloniae Differ. 5. §. 2. num. 2.

BULLA Innocētij Papæ decimi su-
per iurisdictione Vicarij Genera-
lis exercitus cap. 20. §. 2. nu. 5.

BVRSAE que vocentur in domo De-
putationis Differ. 5. §. 2. nu. 3.

C

CADAVER hominis ob debi-
ta nō debet sequestrari cap. 19.
§. 2. nu. 103.

CÆSAR AVGUSTA caput Re-
gni Aragonii Diff. 5. §. 1. nu. 136.
suffraganea Tarracona nu. 164.
usque ad annum 1318. nu. 165.

D.CAROLVS CALA Dux Dia-
nila redatur Differ. 3. nu. 35. vers.
At in hac re.

CALVMNIATORES solebant
inūri littera K. calumnia occasio
imago Cæsaris cap. 3. nu. 5.

CANCELLARIVS quid olim sa-
gnificabat. Differ. 3. §. 1. num. 11.
unde nomen deducit nu. 11. ma-
gna

E T V E R B O R V M .

gna dignitas erat etiam Romano-
rum temporibus nu. 12. sub nomi-
ne questoris cāandidati nu. 13. apud
omnes Nationes maxime fuit au-
thoritatis ibi. legebat libellos Prin-
cipi nu. 15. ei sigilla cōmissa n. 16.
Mediolani cōseruatur sub nomine
Magni Cancellarij nu. 17. Aman
fuit Regis Assueri nu. 22. Daniel
Balthazaris nu. 23. Ioseph Pha-
raonis, & Iosaphat Davidis n. 24.
Regis Iacobi primi fuit Episcopus
Barcinone nu. 25.

CAPTVS dum in manibus satellitū
inuenitur dicitur esse in vinculis,
vel custodia cap. 18. §. 5. nu. 1. di-
citur. *captus* qui promisit iudicio
sisti cap. 19. §. 3. nu. 104. quōmodo
id intelligatur nu. 107. fit seruus
capientis Differ. I. nu. 21.

CARCEREM contempnunt Philo-
sophi cap. 18. §. 1. nu. 1. Authoris
consolatio quando in carceribus re-
periebatur nu. 3. Carcer non vide-
tur in quo Socrates n. 4. in Iosepho
erat corona castitatis nu. 5. vindex
sceleris dicitur nu. 7. Læthes apud
Persas vocabatur, ad quē nisi mo-
riturus trahebatur nemo nu. 11. est
locus horridus custodiæ delinquē-
tium deputatus nu. 13. elegantior
definitio Caffiodori nu. 14. licet nō
detur ad penam n. 15. sed ad cu-
stodiam n. 16. tamen continet pē-
nam nu. 17. & inter pēnas connu-
xieratur nu. 18. mala mansio dici-
tur num. 19. appellatur cruciatus
corporis nu. 22. seruituti compara-
tur nu. 24. miserrimum in carcere
reperiiri nu. 25. iūstum metum in-

ducit nu. 26. plura incōmoda ad-
fert num. 27. semper de iniustitia
carceris excipi potest nu. 28. equi-
paratur morti n. 29. est magni pra-
iudicij, & infamia nu. 30. est spe-
cies torturæ nu. 31. tempus compu-
tatur in diminutionem pēne n. 32.
etiam in condemnatis ad triremes
nu. 33. securus in bono carcere n. 35.
carceris diuisio nu. 36. erant sub-
terranei nu. 38. erant perpetui nu.
40. etiam apud Ecclesiasticos nu.
42. iure ciuili erant prohibiti nu.
44. & uti reus Maiestatis habe-
tur, qui priuato carcere utitur nu.
45. alter carcer est ad custodiam
n. 46. appellatur thesaurus n. 48.
non propter pēnas, & multas nu.
49. sed propter publicum bonum
nu. 50. carceratus fugiens sui ac-
cūsator fuit cap. 18. §. 2. num. 3. si
ad Superiorem eo quod iniuste tran-
staretar, vel Iudicis sauitiam ti-
meret non est fugitiuus cap. 2. nu.
15. qua pēna puniatur effractor
carceris cap. 18. §. 2. nu. 4. & nu.
14. non sunt carceres contra bonos
mores nu. 16. sancti appellantur
nu. 17. publicè dicati, & ideo sa-
cri erant nu. 19. eorum violatio pē-
na ultimi supplicij puniebatur nu.
20. eorum constructio ad Vniuer-
sitatem, custodia ad dominum per-
tinet nu. 22. à coercendo dicti nu.
28. est domus quæ nos quieto domi
custodit nu. 29. pēna Iudicis arbi-
trio relinquitur nu. 30. nō est con-
fessati criminis nu. 39. in cōtuma-
ciam contra fugientes proceditur
num. 44. & 45. si capiuntur tor-
quentur

INDEX RERVM,

- quætur pro modo delicti nu. 47. &
 48. idem in eo, qui fractis vinculis aufugit nu. 49. & qui evadit è custodia nu. 50. sumpta pena pro fuga in arctiores carceres detruduntur nu. 55. Iudex potest priuatum carcerem constituer cap. 18. §. 3. num. 3. eadem pena punitur ab eo aufugiens nu. 6. dicitur carceratus qui est sub præcepto, vel fideiussione constitutus cap. 18. §. 3. nu. 10. & ideo induito generali continetur nu. 11. Iato modo nō stricto nu. 13. iniuste carceratus effractor carceris non punitur cap. 18. §. 4. num. 1. nec in foro conscientie num. 2. imo si aliter non potest evadere custodes occidere potest n. 3. requiritur quod nec quo ad Iudicem iuste carceratus dici possit nu. 5. dicuntur carceres Ecclesiastici, in quibus Scholares Salmantica mancipatur nu. 8. effractor an incidat in penam Bulle Cenæ Domini remissiæ num. 8. requiritur quod aliter evadere non possit nu. 9. non dicitur fugitiuus, qui in breui reuersus est cap. 18. §. 4. num. 17. & quomodo intelligatur nu. 21. conspiratio punienda etiam si fractura nō sit sequuta nu. 24. & 25. qui est sub custodia dicitur carceratus cap. 18. §. 5. nu. 3. qua pena teneatur eximens n. 4.
- CAROLI MAGNI** iudiciu Dis.
 3. nu. 13.
